



O. N.

M. O. R.

FA
XVI
A 1
3

61





CAROLVS VIVIANVS COLLENSIS
LEONARDO TORNABONO
Viro Clarissimo. S.

2VA Temporis parsimonia Tornabone optime, quo-
rerum ordine ne minimum quidem interpolato ue-
teres illi ad immortalitatem consequendam uteren-
tur, non grauiora tantum ipsorum studia, sed uel cō-
uiuia abunde nobis declarant, in quæ uidelicet non
ciborum cupedias uerum quæstionum argutias con-
stitabant remissis potius quàm dimissis studijs, ut ue-
terum cenæ plus omnino sobrietatis quàm mera no-
strorum sobrietas redolere uideantur, id quod Plato
Plutarchus, Macrobius, alijsq; librorum titulos à cō-
uiujs auspiciati testantur. Hæc tu quidem uir generosè
nobis quotidie in mentem reijcis, qui cum probe faci-
as omnia, eiusmodi quæstiones inter cenam discute-
re lucro & quidem maximo, apponis. Quales in
Classiano tuo superioribus diebus inter eruditos,
quos illuc non præter solitum accersiueras, agitatae
sunt. Quæsitum ibi est, paria ne priscis illis hodie na-
scantur ingenia, an diuturno quasi parum effæta sit
(quod uulgo creditur) rerum trater Natura qua qui-
dem de re, quoniam digna uisa est, secretiori ope dis-
serendi in animo habemus. Quæsitum præterea est quo
maxime commentandi genere res litteraria hodie in-
uari possit, ubi non parum multis incunde simul &
grauiter prolatis facillè omnes recognoscentibus bo-
nos auctores primas dederunt, illos in hac prouincia

A ij

Leonardo Tornabono

summo opere damnantes, qui ueterum codicum neglecta fide coniecturis bonos libros adulterant, non alio aut periculo aut iactura quam qui purulento alioqui carcinomati cutem utcūque maligna ope obducunt. Aldum iure optimo laudarunt pleriq; omnes. Qui quamuis labore alieno magnam partam gloriam uerbis in se transmouerit, Reipub. tamen litterariæ opem tulit minime despicabilem, atque utinam diligentiam suam olim moriens cum delphino anchoræ aduoluto duorum iam Cesarum auspiciatissimo signo, posteris reliquisset, sed scilicet omnia in peius ruunt. Virtutis insignia nusquam non reperias, uirtutem requiras frustra, iustitiæ uexillis & pietatis nominibus plena sunt omnia, iustitia uero & pietas quis scit ubi gentium degant? at quoniam ferenda potius sunt quam culpanda (ut inquit ille) quæ uitari non possunt. Ad cœnam redeo in qua Ouidiam nam Metamorphosin integritati suæ restitutam dixisti cupere te transformata enim fuerat librariorum inscitia in monstra propè plura quam ipsa alienas referat transformationes, quorum bonam partem Aldus extinxerat pars adhuc honestam faciem deformabat. Dedi igitur operam ut quàm emendatissima ederetur, sed cum maxime uarias passim lecticnes reperirem eundem tamen sensum præferentes ut ab ingenio illo affluentissimo in opere non emendato relictas maiori ex parte contenderem. Splendidi uirum consilium secutus sum q̄ non quod sibi bene sapiat quibus suis tantū apponit: sed uaria ferculoꝝ genera,

us suo q̄sque palato satisfaciat, has igitur è ma-
riarum sylua collegi tum ad genuinas de-
endendas lectiones, tum ad poetica locutionis
iudicij instrumentum copiamq; facturas, quã-
n uereor ne tanquã Sorex (ut Terentianus ille)
cio meo peream, qui poteram exemplarium fi-
dissimulare, ubi quid minus sincerum prodissim-
si has simul edidissim, sed ingenue omnia trã-
ida sunt, ingenue exemplarium, fidem ser-
i, citra quam ex coniectura quicquam aude-
ix expiabile existimauerim, profuerunt au-
nobis cum multũ alij spectatissime fidei Co-
s ex Florentinis bibliothecis quæ disciplina
n omnium monumentis referta publice pa-
a, tum nobilissimi duo Angeli Politiani unus
lree Daxij alter uiri utriusque doctiss. pariter
diligentiss. Quæ quidem omnia omnes ora-
elim pro iudicio magis quàm pro iudicio acci-
ant. Adieci singulis libris argumenta tuo im-
e u atque etiam errore, qui ingenioli mei primis
in tanti poetæ fronte conspici poteris, &
operantibus (ut ipse tu mihi testis es) impres-
aus dictatas, sint sanè necessaria (quod aie-
s) ad memoriam adminiculatiorem tot breui-
b: quasi catena connexis rebus, pereant etiam
on tibi satisfecerim cui omnia debeo, cui ni-
rini quibus sit q̄ litteras litteratosq; assidua libera-
ut
A ij

litate fouere, qui quotidie te familiamq; tuam clarissi-
mam celebrant & aedes has tuas frequentant regi-
bus dignas, immo uero te dignas Ioanneq; fratre
tuo integerrimo, Qui reges animo aequatis. Quo-
niam uero inter litteratos & domesticos intra parie-
tes ingenium meum non aspernaris, ita mihi pla-
ceo ut sperem me tibi olim multo maiora, quae iam-
dudum parturio, largiturum. Vale.

CAROLI VIVIANI COLLENSIS
Castigationes, & ueterum exemplarium
Ouidiana Metamorphoseos
lectiones uariae.

QVONIAM exemplaria omnia, & quicumq; hoc opus citant Metamorphoseos unitatis numero habent Aldus nimis curiosus uidetur Metamorphoseon graecorum imitatione legens, equidem potius crediderim Ouidium unitatis numero delectatum, cum mira carminis deductione fabulam unam canere uideatur, et ex omnibus quoddam quasi elementum conficere, quod uero Raph. Regius ad hanc sententiam assertit Ouidium id approbare, cum dicat, Sunt quoq; mutatae ter quinque uolumina formae, ridiculum plane est, opus. n. ne à limine quod salutauiſſe uidetur, quod interpretatur, cum. s. mutatas formas dixerit in primo Carmine. In noua. f. a. m. d. f. Et primo de Tristibus, Carmina mutatas hominum dicentia formas. sed longe diuersa ratio est numeris in carmine utendi et opera inscribendi.

Ante mare & terras & c. uetustissimus codex tellus habet, quod maxime placet.

Quem dixere chaos, uel quod utrunque recte ex ancipiti relatiui adiectione.

Margine terrarum porrexit Amphitrite, in ueteribus Amphitrites quod minus placet, quis dici possit nec tellus porr. bra. Amphitrites uel Amphitrites genere masculino. ut Ser. & Macr. de alijs dijs qui utriusque sexus participationem habent, abunde dixerunt.

Quaq; erat & tellus illic & pontus & aer. sic in om-
nibus, Porphirio tamen apud Hor. lib. iij. Carm. eo lo-
co utcunq; mecum uos eritis Vt pontus & aer. Le-
git sic illud exponens utcunq; prouibicunq;. Vt. n.
pro ubi ponebant antiqui. Virg. in. y. Cæsis ut forte
inuençis. Ouid. Quaq; erat & tellus il. ut pon. &
aer. Quod Politianus agnouit ex ipso Porph.

Et pressa est gravitate sui, uel, sua. utrum uero melius
sit, illorū iudicio relinquo, qui tot iam labentibus an-
nis, de huius pronois reciprocatione digladiantur.

Vix ita limitibus discreuerat & c. uel. Vix ea, uel
discerperat.

Sydera cæperunt toto efferuescere, uel, feruescere, uel
fulgescere, uel, clarescere.

Et qui dominari in cætera possit, uel, & quod.

Ille opifex rerum mundi melioris origo, uel, imago.

Cognati retinebat semina cœli, uel, uicini, cœli.

Sauicia uomeribus, uel, uulneribus, ut in. ij. quod ad-
uinci uulnera aratri. r. q. f.

Contentiq; cibus nullo cogente creatis, uel, nullo cultore.

Arbutos fetus, uel, arboreos fructus.

Et iuncta cortice uirga, uel, iuncta, sed tanta cognatio
est in his dictiōibus & litterarum & sensus, ut ubiq;
uaria legantur.

Tertia post illam successit Ænea, uel, successerat ænea
sine dieresi.

Communemq; prius ceu lumina solis & aura, uel, au-
ra, aura mihi blandius quid sonat.

Cautus humū lōgo signauit limite mensor, uel, messor
uel, fossor, mensor magis ex petere uidetur uerbum si-
gnauit, & quod Virg.

- Nec signare quidem, aut partiri limite campum.
- A** ltaq; congestos, a s. t. m. uel, coniectos, ut inferius, & excussit subiectum pelion offæ.
- S** cires è sanguine natam, uel, natos utrunq; recte natam progeniem, uel, natos homines.
- F** œda lycaonia r. c. cœna. sic in ueteribus probatoribus, in alijs mensæ, quod qdē non minus placet.
- I** ngentes aios, dignas Ioue ꝑcipit iras, nil magis heroicū, nil qd assurgat felicius hac lectiōne, quā licet meliores admittant, quidam tamen amiserunt legentes. Ingentes animo & dig. quod quā longē absit ab heroica illa maiestate alij iudicent.
- H** aciter ē supis ad summi tēta tyrāni, sic in ueteribus qbusdam qd (licet in uulgatis tonantis legatur) maxime placet, graphice. n. humanā regiam depinxit.
- O** uid. tyrāni uero nomen apud ueteres bene audisse. Sæpe alias Oui. & Virg. eo loco testatur pars mihi patris er. d. t. t. Seneca quoq; tyrānum a rege magis re q̄ noie differre, inquit, tyranni tamen non ita placet, ut tonantis displiceat.
- H** aud, nimeā magni dix. p. cœli in ueteribus nonnullis regis non cœli.
- S** ceptroq; insignis eburno, uel innixus, sed apud alios poetas ēt uarie legitur in hoc loco insignis mihi placet, quoniā innuit Iouē iter alios dignosci, et qd celsior loco, et qd insignis sceptro eburno eēt, utruq; tamē
- N** ūc mihi q̄ totū Nereus circūsonat, uel cūctonot. (recte
- Q** uas dedimus certe terras, uel, quas dedimus terras illis, certe maiorem uim habet & elegantiorē.
- C** ontrēmere oēs, sic in ueteribus in qbusdā ꝑfrenuere.

Enumerare, minor fuit, uel, Discere nanq; fuit minor.
Nec contentus eo est in nonnullis deest uerbum substan-
tiuum, nec male.

Quos simul imposuit mensis, uel quod.

In dominū dignosq; en. t. p. in nonnullis deest copula.

Solitæq; cupidine cædis uertitur in pecudes, uel uirtur.

Et mundi moles operosa, uel proles obsessa.

Canis fluit unda cap. uel madidis, qd nō minus placet.

Fit fragor & densi, uel hinc densi.

Ubi nuper arabat. in uulgatis ararat, uel arauit mihi ex
ueteribus arabat, magis placet imperfecto & uici-
nioritempore.

Obruerat tumulos, uel cumulos.

Conchaq; sonantū, uel sonaci. Apuleius in asino Buccā
nam sonacem dixit.

Colles exire uidentur, uel collesq; sine copula incandior
& purior lectio.

Quem postq̄ uidit inanem, uel apertum inanem magis
placet, quia sequitur. Et desolatas a. a. s. t.

Hæc quoq; adhuc uita, uel nunc quoq;.

Quo consolante doleres, uel dolores.

Si te modo pontus haberet, uel si te quoq; modo respon-
det superiori nunc quis tibi s. s. m. f. e. f. nunc ani-
mus. m. f.

O utinam possem populos reparare, uel Nunc utinam. p.
p. renouare.

Iussisq; de æ par. r. uel monitis, utrūq; recte, inferius adeo
cælestibus ambo diffidunt monitis item Iacere hos
p. t. iubemur & iussos. l. f.

Sed quid tentare nocebit sic in omnibus Aldi tamen hæ

redes nocebat legunt quod magis placeret nisi tenta-
uissent sed nocebit uidetur legendum, sunt. n. poetæ
uerba ex illorum persona.

Inde promethides in ueteribus prope omnibus prome-
thiades interposito a, quod & apud græcos et apud
Latinos in usu est. Prisc. tamē i li. ij. promethides legit
Postq̄ uetus humor ab igne percaluit, uel incaluit.

Et in his quedam modo cœpta per ipsum Nascendi spa-
tium, quedam imperfecta, uel quedam modo nata,
sub ipsum. n. s. q. imperfecta, utrunq; recte, si recte di-
stinguas.

Quippe ubi temperiem sumpsere, uel sensere.

Irritare tua, in ueterum plerisq; inflammare in nonnul-
lis etiam indagate.

Atq; sagittifera. p. d. t. f. sic in ueteribus inuulgatis
Deq; s. p. & c.

Pulchra uerecūdo suffundens, uel suffunditur, uel suffu-
Quodq; cupit sperat, uel quæq;.

(derat.

Crura notent sentes in ueteribus nō paucis secent.

Aspera qua properas, uel quæ, uel quo.

Moderantius oro curre. f. q. i. moderantius. i. i. uel mode-
ratus, ut sæpe alias.

Inuentum medicina meum est opiferq; per orbem, opi-
fer uenista lectio & eruditis acceptissima. Aldus ta-
men cum uulgatis alijs opifex, sed opifer legendum,
ut in. xy. de Æsculapio. Cum deus in somnis opifer
c. u. et de eodē li. ij. eodē sensu totiq; salutifer orbi & c.

Hei mihi quod nullis amor est medicabilis, uel sanabilis
Medicabilis acceptior lectio & efficacior.

Vocant tempe per quod, uel quæ.

S pumosis uoluitur, uel, sinuosis.

Eridanusq; senex hęc lectionem codices oēs, Planudes interps græcus et eruditi multi agnoscūt: Aldus tñ et Regius parę scite Apidæus reposerūt, qđ .s. iter popularia Pœneis flumina nō sit Eridæus, qđ si uero nō totius Helladis potius q̄ unius Thessalię populares appeller flumios, cū Æas, Epyri, Inacus Achaicę sit flumius, Eridanus, Atticę, atq; ęt Thessalię, ut inqt Apule. Lodouico cœlioteste, qđ flumius fortuna qua piã laborauit apud ueteres, cū Æschylus Pli. teste i. Hyberia hoc ę Hispania Eridanũ eę dixerit, eũ dęq; appellari Rhodanũ. Euripides rursus et Apollõius i. Adriatico litore pfluere Rhodanũ et Padũ i. tãta orbis ignorãtia poterat credi Oñi. cū his mutasse flumio patriã, uel ad flumioꝝ occultas apud Virg. nias alluisse, qñ poetarę propositiõibus nō semp narratiões usq; quaq; rñdēt, uel ęt errasse quę admodũ errant Luca. sup. Tamyre urbe Herm. test. at errãt potius hi qđ proniores sũt ad intrudēdas adulterias qđ tuēdas genuinas lectiões.

Aut horę aut horę nemoꝝ et mōstrauerat ambas hic in uetustiss. exēplarific legitur: Altoꝝ nemoꝝ et nemoꝝ mōstrauerat umbras, qđ qđ ę uersus toto ore Ouidium refert patrem, crediderimq; utrunq; ab ipso relictum. Cōsitaq; arboribus lycea rel. a. sic legēdũ nō lycea, ut ę in corruptis codicibus, qđ neq; syllabę, neq; geographia rō patitur, qđ uero lycea seu lyncea (utroq; n. mō legitur) arua sint. Euse. de tpi. et pausaniã i. Argolide satis docēt, qđ iterps quoq; repent et Steph. de ur Nec humēti sensit tellure remitti uel, creatas. (bibus. Crudele suos addicere, uel, abdicere. Cōsiterat quocũq; mō. sic nos ex ueteribus emēda uimus

quis Aldus, aliq; impssi quocnq; loco legat. Argus
n. nō trāsmittebat acie mōtes, id qđ ostēdit, cū sūmū
montis cacumē ascendit unde partes specularentur in
oēs. significat igitur quocnq; modo. i. auersus an ad
uersus, qđ manifeste indicat. Ante oculos To. q. a. b.

Et conata loqui, uel queri, quod minus placet.

Littera pro uerbis. q. p. i. l. duxit. uel fecit, uel, fixit.

Luētus eras leuior, uel, erat.

Talia mcerēti stell. s. uel, dicēti, uel, dicētē, qđ minus placet.

Abstrahit ipse procul, uel, abstulit inde. (cet

Dum uenit adductas, in ueteribus, dum uehit.

Talia uerba refert, restabat uerba referre Hemistichia illa

duo, Tibi nubere nymp̄ha uolētis. Votis cede dei oīno

subdititia uidētur, nō n. in uetustis repiūtur et multo

uenustius sōnus iteruenit dicturo uerba, ut taceā Nu

bere fœmiæ eē propriū qđ Mart. d. clarat uxori nube

re nolomeæ. et Iuu. qđ q̄ris? nubit amicus, ubi amicus

uxoris munere fūgitur. Polin. quoq; trāsuerso calamo

Falleret, ut credi posset & c. sic nos ex ueteri (deleuerat.

bus quis uulgatū, Et credi legant, qđ tñ nō displicet.

Donc Arenosi placidum lad. ad. a. sic in oībus. Daxius

tamē noster rapidū pro placidū reponēdū suspica

batur, qđ idē in fastis dicat. Quiq; citis ladon. i. m. c. a.

Et alibi Arcades hunc ladonq; rapax & c.

Hoc mihi p̄siliū, uel, colloquiū, quod nō minus placet.

Quos potuit solos tollens ad. s. uu. sic i ueteribus. et i uulga

tis Aldus tamē, tēdens legit, quod Regius damnat.

Ex Lib. II.

Cuius ebur nitidū Fast. s. tenebat. sic ex ueteribus re

cognouimus in uulgatis tegebat, at q̄s crediderit a

poeta in descriptiōibus suis locupletissimo adificatā

regiam luminis auctori fastigio ebore obducto et in
crystato magis q̄ ex solido ebore & presertim in In-
dia ubi Elephanti maxime abundant teste Plin. Soli.
& alijs.

Nam Mulciber illic, uel Mulcifer.

Ad patrios sua fert uestigia u. uel flectit uesti.

Purpurea uelatus ueste, uel præclarus.

Culpam sub imagine cælat, uel uelat.

Pignora da genitor, uel da generis, q̄ maxime placet.

Et illud me tr. feres, uel ut ill. m. t. feras.

Promissi testis adesto, uel promissis.

Et quæ non uiribus istis, uel nec quæ modo.

Plus etiam q̄ quod. s. c. possit uel fas est.

Fit timor & pauida trepidat uel sit t. & p. trepidet.

Ergo qualicuit in ueteribus quibusdam taliter ergo diu.

Mundumq; rubescere uidit uel cælum.

Cornuaq; extrema uelut ueluidet.

Iussa dea celeres per agunt uel faciunt.

Effugit australem, in ueteribus aliquot effugito utrunq;
recte, potest enim ad circulum & ad Phaethontem
referri, uel Effuge ut non sit cæsura quod maxime ra-
rum in Ouidiana phrasi.

Alius egressus cælestia signa uel testæ.

Grates agit inde parenti, sic legendum ex probatoribus
non quod Aldus agit ille importuna enim esset repe-
titiō cum superius dicat occupat ille leuem & c.

Pennisq; leuati uel leuatis.

Quadriuges spatium, uel quadriungi.

Iam cognosse genus uel cognosce uel iamq; agnosse q̄
maxime placet.

quæ lectio elegantior est & maiorem habet vim quàm
Aldina & aliorum scilicet hoc etiam quamuis hæc
quoque & inueniatur & non displiceat.

Adimam tibi namque figuram, uel, nempe.

Dixit & aduersa. p. a. f. c. uel, arreptam. p. a. f. & c.

Arguit omnipotens, sic in omnibus uetustis. quidam Ar-
cuit impresserunt, sed litterarum cognatio apud anti-
quos, & sensus Arguit quoque, tuetur.

Mens antiqua tamen facta quoque; mansit in uersa, uel. m.
a. manet ut uerbum repetatur quod parum placet.

Est uero cur quis, uel, est aliquid. uero, magis placet ironi-
cæ accomodata dictio apud poetas omnes.

Seruandum dederat sed non confessa quid esset, ut mit-
tam seruandam quoque; reperiri, Regius hanc lectionem,
sed non conf. ita impugnat ut hac compositione ni-
hil asperius fingi posse contendat asperrimus ipse et
ineptissimus. Aldus sed in confessa quod licet ipse
quoque; Regius tueatur mihi omnino minime proba-
tur reclamante syllaba in nonnullis sic inconfessa, in
alijs sed enim inconfessa.

Commissa duæ sine fraude tuentur, uel, tenebant.

Me petijt pallas licet hoc à Pallade quaras. sic nos ex an-
tiquis alij Me petijt ipsa. l. h. a. p. q. alij, Me petijt
et hoc ex ipsa. p. q. alij Me reperit pallas & c.

Radices fixerat imas, uel, egerat.

Tractoque; à uulnere ferro, uel, à pectore.

Quam quondam Nympha Caiici. Politianus Chariclo
exponit quæ fuerit uxor Chironis teste Apollonij
Rhodij interprete Pindaro & alijs, sed non propter
reia iudicio meo respicienda est uetus lectio. Nympha

enim hæc cuius nomen more poetico ab Oui. tacetur
in ripis Caiici enixa est. maxime cum in nullo exem-
plari Cariclo legatur. Chariclo est in nonnullis. qd
ex Cariclo libratorum incuria fieri potuit.

Vocisq; meæ præuertitur usus, in uulgatis præcluditur.

Onus dextræ baculus syluestris oliuæ. sic nos ex ueteri-
ribus. Politianus Onusq; fuit baculum syluestre fini-
stræ. Aldus & alij impressores onusq; fuit baculus
syluestris oliuæ quod mancum uidetur.

Senserat hoc furtum nemo nisi notus in illo. r. s. sic ueteres.
Aldus, natus, legit, sed notus lepidior lectio uidetur,
cum sequatur Batum uic. t. n.

Sub illis.

Montibus, inquit, erant & erant sub montibus illis. ita
& ueteres & recentiores uenustissima repetitione,
quam tamen Aldi hæredes neglexerunt legentes sub
illis montibus inquit erant & erant, sed noscunt me-
liora probantq;, deteriora sequuntur.

Pura coronatis. p. s. c. uel, thura cor.

Iterq;.

Non agit in rectum sed in orbem. c. e. uel, non agit in cœ-
pium, in rectum, melius, quia sequitur sed in. o. c. e.

Cæloq; petit diuersa relicto, uel, terrena qd nō displicet

Domus est imis in uallibus antri, uel, huius, antri plu-
res & meliores.

Ingenuit uultumq; ima ad susp. d. sic nos ex ueteribus
castigamus. Aldus & alij uultumq; deæ ad susp. qd
tamen non displicet.

Risus abest nisi quem uisi fecere, uel, mouere.

Nec fruitur somno uigilantibus ex cæta curis. Politianus

vigilacibus emendat.

SUCCESSU namq; Mineruæ sic ex uetustissimis castigantibus carminis ductu & latinitate frequentiori i uulgatis successorumq; in nonnullis successibus atq;.

BACULUMq; capit quæm spinea torum. Politianus quod spinea emendat & notat Baculum genere neutro. Ut superius emendauit onusq; fuit baculum syluestre sin. genere itidem neutro ut Silius in descriptione panos dei. Pastorale de obaculum.

FœLICISq; bonis aliter, uel, leuius, aliter, melius.

PARTES quas cunq; sedendo flectitur, uel, flectimur.

VIX ah uix cætera differt, uel, uix iam uix & c.

Virginea palpanda manu, uel, plaudenda, palpanda in plerisq;.

Et dextra cornuum tenet. exemplaria omnia, cornu habent, sed Prisc. lib. yi. cornum legit ubi ait nomina in u, ut cornu gelu tonitru in, um, quoq; ab antiq; proferri eodem genere, & in, us, genere masculino & quartæ declinationis, ut Lucanus in. yij. Cornus tibi cura sinistri, et in eodem. seu Tonitrus ac tela iouis p̄ sa ga notauit. Ouid in. ij. Meta. dextra cornuum tenet & in. y. flexile cornum & c.

Tremulæ sinuantur flamine uestes, uel, tennes.

Ex Lib. III.

Ille uolubilibus squamosos nexibus orbes, uel, squamosus.

Et immensos saltu sin. i. a. uel, immenso.

Tegimen direpta leoni. sic in ueteribus, Aldus leonis legit, quod minus placet.

Vitæ atas inficit herbas, uel, auras.

Ille diu pauidus pariter cum uoce, uel, mente.

Fortunaq; dies habuit satis. Quae uarietas sit tum exem-
plarum, tum ingeniorum in re leuicula quandoq;
patet, Raph. Regius in omnibus fortunam & recte
legi, & à sciolis quibusdam fortuna supponi conten-
dit. Ego uero in bonis omnibus fortuna repperi &
pro genuina lectione accipio, quis enim nescit? quam
eleganter generandi casus huiuscemodi aduerbijs apud
auctores passim iungatur. Non tamen fortunam usq;
qua; excludimus, ut ille fortuna.

Excipiant latices Nipheq; uel, Nymphæ, uel, Nephelæq;

Fugit Autonocius heros, i. Actæon Autonoes filius, ut
in ij pentheus. Fer opem matertera dixit.

Autonoemoueant animos Actæonis umbra,

Planudes tamen interpretatur δ ἀκταίωνος ἕρωος

Et Dromas & Canache sticteq; Planudes καρακίς
legit & δῖκτι.

Precipitata uia est in quibusdam Anticipata, quam le-
ctionem agnoscit Politianus & mihi maxime pla-
cet cum dicat.

Tardius exierant sed per compendia montis.

Nec sum saturnia sinon & c. uel sum. mihi sum magis
placet alludit ad saturni patris æuitiam in filios.

Prima fide uocisq; rata, uel, data, rata magis placet, ut
rata uerba & rata uox passim apud poetas.

Enixa est huicero pulcherrima pleno.

Infantem Nymphæ iam. t. q. p. a. uel, nymphis, utrūq;
recte, Nymphæ enixa ē, uel, q; posset amari nymphis

Nam quater ad quinos unum. c. a. sic in ueteribus mul-
tis & uulgatis quod si ætatis diuisionem à Ser. Tullio

factam sequamur, qui infra .xv. annum pueros ap-
pellauit et ab eo anno ad .xvi. iuniores, quos bello ap-
tos legebat, poterat puer & iuuenis uideri in .xxi. an-
no. in nonnullis tamen, Nāq; ter ad quinos & c. Et
profecto Ouid. quintum & sextumdecimum annū
in pueris celebravit, ut in .ij. Arcas adest ter quinq;
ferens natalibus annos. .iiij. Is tria cū primū fecit qui-
quennia. y. Bis adhuc Ottonis integer annis.

Corpus putat esse quod umbra est, uel, unda est umbra
melius quāuis Ouid. ferē nunquam corpus appellet
nisi in re animata.

Ac stupet ipse sibi, uel, à stupet, uel, at, uel, ad.

Spectat humi positus geminum ceu lumina sydus, uel,
geminum sua.

Et dignos baccho digitos & ap. cr. uel, & dignos bac-
cho dignos & .a. c. quod placet quaterq; intonsus.

Quod amas, amittere, perdes. in antiquissimo legitur, qđ
amas tibi suscitatur unda.

Summo uestem diduxit ab ore, uel, uestemq; reduxit Po-
litianus summa ab ora agnouit.

Lumina mors clausit, uel, mox, uel, amor qđ n̄ displicet.

Ne bacchica sacra uideres. sic ex ueteribus reposuimus
ut referat quare sc̄lix esset si fieret luminis orbis. in
alijs tamen, nec legitur. utrunq; recte.

Quamq; haud procul aug. es i uulgatis, quā nō procul.

A Tyro hac posugos. p. s. p. sic ueteres uulgatiq; omnes.

Aldi tamen her. Hac Tyron ac prof. legunt qđ Sylla
ba in Tyro (ut putauerunt ipsi) claudicet, qua si uero
Virg. non dixerit insula ionio in magno & c. Vale
Vale inquit Iolla et qđ ipsissimum est. sub ilio alto

praeterea lectio ipsa. Hac Tyron ac profug. coactum
nescio quid & insuave praesferre uidetur, suum tar-
men cuiq; palatum est.

Qua sitis stirpe creati, uel, simus.

Dextra Naxos erat, uel, dextera, quam Aldus & alij
Dextra melius uidetur, quoniam sequitur. Dextra
nihil linte a danti.

Exilium dira poenam, uel, exilio.

Primusq; Medon nigrescere coepit Corpore depresso &c.
sic in plerisq;, in nonnullis tamen nigrescere pinnis
Corporeq; & presso &c.

Vixq; animum firmat, uel, uixq; meū, uel, uixq; metum
quod nō displicet, repetitione nō inueniūta.

Diamq; tene, quis Planudes Chiam transferat, maio-
ris tñ auctoritatis sunt apud me bona exēplaria, et rō
ipsa, Siqdē bacchus supius Naxon rogabat deferri,
quā alio noie Diam uocari testantur Pli. Stra. et alij.
Diodorus li. iiii. de Theseo, cū Ariadne (inqt) clam
recedens in insulam appulit, aliqñ, Diam nūc Naxō
uocitatam, de qua Ariadna Catullus.

Namq; fluenti sono prospectans littore Dia.

Vtira mora uires adsumere, uel, absumere, qd nō ita pla-
cet, furiosus. n. Pentheus irā adhuc augere cupiebat
mora, non diminuerē, iudicio meo, quamuis ira tem-
poris mora absūmī soleat.

Stygia dimittite morti, uel, nocti.

Vbi festus faciēda ad. s. cytheron, uel, ubi electus.

Ille ēt uellet cū brachia tendere matri, hunc uersum quē
Raph. regius ex ueteribus agnouit, dum quidam ex
pungere omnino uolūt, ita nullius esse sensus ita sub-

saltare dicunt, ut si maxime inueniretur expungendus
omnino esset. ego uero pro Ouidiano quibentissime
accipio, non ignarus repetitione hac Ouidium mirifice
delectatum in qua pathos non parum moueat, ut in
primo iisdem penè uerbis de Io.

Illam etiam infelix Argo cum brachia uellet.

Tendere, non habuit quæ brachia tenderet Argo.

In. ij. Tēdebat brachia supplex. Brachia capūt. n. h. u.

In. iij. Alter ad intortos cupiens dare brachia funes.

Brachia non habuit.

In. iij. Brachia iam restant, quæ restant brachia tendit.

In. yi. Hi quoque uos moueant qui nostro brachia tendunt
Parua sinu, & casu tendebat brachia nati, & sæpe
alias, ut apud alios etiam poetas.

Trunca sed ostendens disiectis, uel, deiectis.

Talibus exemplis monita noua sacra, uel, mites sua sacra.

Ex lib. IIII.

Insecta quæ p̄ se reponunt, uel, insecta, insecta acceptior lectio, ē
festa pro nō festa, profana quibus occupari diebus festis

Inconsupta iuuenta, ē in ueteribus plerisque iuuentus. (nefas ē.

Quique senex ferula iungentes ebrinus artus sustinet aut p̄
do & c. sic nos ex probatissimis reposuimus, Aldus
& alij sustinet & pando, sed nescio quō sustineat
artus ferula simul & hereat asello.

Dereci sic legēdū ex uenustissimis codicibus, et Her. bar.
auctoritate quæ fabulā hanc recēset, alij tñ Dirce legūt, ē

Cre. coluisse si. uel celebrasse, uel mutasse (ter quos Plan.

Contiguas habuere domos. in nonnullis continuas eodē
dem sensu cōtiguas, frequentius reperitur.

Quoque magis tegitur tanto magis e. i. uel tectus magis.

Id uicium nulli per secula longa notatum, uel, notatum

B iij

est sine uerbo est accusatiui est casus uerbi sequentis
uidistis.

Stant ut nocte, uel, sub nocte.

Et aquis nox exit, uel, surgit.

In loca plena metum, uel, metus.

O multum miseriq; mei il. q. p. sic in plerisq; omnibus
Ald. her. O nullum miserimeus il. q. quod minime
placet, sed pudorem quorundam superat mutandi
semper aliquid cupido.

Oculos iam morte, uel, in morte.

Quos hora nouissima iungit, uel, iunxit.

Nunc tegis unius mox es, uel, nunc es, quod placet.

Solis referamus am, uel, referemus, referamus blan-
dior lectio.

Circumdata collocat apte, uel, arte, ut inferius. Arte uiri.

Thalamoq; deus sine teste relictus, uel, relicto.

Nec loquar ut quondam, uel, loquor.

Mercurio puerum diua Cythereide natum, quidam in-
ter quos Aldus diua et Cyt. legunt. mihi sine copula
placet, Mercurio in dandi casu usitatissime & ele-
gantissime posito.

Sæpe cytoriaci, uel, cytheriaci.

Hæc tibi siue aliqua est. m. s. f. u. in ueteribus. Sed tibi
non minus recte.

Alternaq; brachia ducens, uel, iactans.

Desinis? aut fugio, uel, Desine, uel fugio melior prima
lectio.

Nil poterit uno nisi multos flere, uel, inultos ferre,
quod non minus placet.

Per cognata suis exēplis uxoribus, uel sororibus, qd mi-
nus placet.

Exercent aliam partem sua pœna coerctet. hic uersus
in ueteribus penè omnibus desyderatur.

Intrenuit limen, uel, ingrenuit, quod placet.

Et tres latratus simul, uel, semel.

Et in facinus traherent Athamanta furores, uel, sorores, ut superius p cognat. ex furoribus, uel, sororibus.

Et obstantes reiecit ab ore colubros, uel, colubras, uel, Et ob. colubros. r. a. o.

Leucothea q; deum, in ueteribus multis leucothoe.

Serie q; malorum, uel, laborum.

Nec uerba uolenti, uel, loquenti.

At illis, lubrica lubrica perlucet, uel, At illa l. p. mulcet.

Quid q; prius fuerint, uel, quod q; prius fuerant.

Sape est ablatus, uel, delatus.

Constiunt hesperio regnis Atlantis, uel, regi, quod Aldus & quidam alij legunt, sed si regnis legatur, ut in ueteribus. nec illepidam erit appositio, nec syllaba licentia poetica excusanda, in alijs, regnis q; Atlā. q; prodest.

Et fessos excipit axes, uel, ignes.

Ex auro ramos ex auro poma tegebant, Aldus, ferebāt. at nescio quomodo frondes ferant ramos & poma, nisi per hypallagen legamus.

Qua q; patet, uel, patent.

Maduere graues aspergine penna, uel, leues, utrūq; recte Littora cum plausu clamor. s. q d i. d. Aldus, cū plausu clamor, quod minus placet, clamor cum plausu impleuere notissima figura est.

Semina q; ex illis ut erant, uel, iterant.

Quarenti proinus unus. Narrat Lyncides mores q;

Habitumq; locorum. Aldi heredes hunc sex quies-
sum omiserunt, qua causa ipsi uiderint, cum ueteres
omnes & uulgati, & quidem necessario admittant,
in nonnullis legitur. Narrat Lyricides.

Phorcidas unius sortitas, uel, partitas.

Pegason & fratrem. i. chrysaora, quam lectiorem agno-
scit Politianus, uel, & fratres. i. colubros, uel, et fote.

Cir una sororum, uel, sola.

Mutauit in hydros, uel, angues.

Ex Lib. V.

Nec coniugalia festa, sic nos castigauimus ex ueteri-
bus quemadmodum & in. XI. nec coniugiale solutū
est, quibus lectiōibus ad stipulantur, codices duo an-
tiquissimi Marciana bibliothecae unus, bibliothecae
Dinae salutatae alter. Aldus & alij hic. Nec con-
iugalia illic, nec coniugale, sed codicum culpa, cum
in hac quoq; parte fortuna dominetur, uidelicet, ut
in bona incidat exemplaria.

Assimulare fretō, uel, assimilare, ut in. xy. protinus assi-
milat tetigit quoscuq; colores.

Pectora rupisset, uel, fregisset.

Sub acerbo uulnere uitam, uel, sub acerbo uulneris ictu.

Ecce syenites, in ueteribus syenites, quoniam libenter
litteris latinis utebantur ueteres. Plin. & alij de sye-
ne urbe meminerunt. Ouid. primo de ponto.

Quid tibi si calida profit laudare siena?

Iussus eras celebrare dapes, festumq; canendo, uel,
canebas.

Tractum de uulnere telum, uel, de corpore.

Sperchionidenq; lycetum, uel, sperchesiaden.

Hinc gemini fratres Broteasq; uel Proteas. Planudes
Βροτέας.

Raptaq; de dextro robusta repagula postli, postli legit
Priscia. in. yij. in exemplaribus posse.

Bactrens Alcioneus, uel, Battrens Alconeus. Planudes
ὁ Βαρκῶν Δῆς, Barceus a barce urbe Aphricæ (ut
eruditū qdā putant) gentili noīe formato, uerum Bar
ces urbis gentile Βαρκεῶν οἰς non Barceus au
ctore Stephano. Sunt qui legunt Bactrius a Bactris
Persiæ ciuitate.

Immotusq; filet arm. q. m. i. uel filex, filet magis placet
cum subita mutatione & constiisse & conticuisse,
elegantē illum dicat cum & clamaret et curreret.

Regisq; Thoastis Armiger, uel, Thoastis ut Thoastes
fuerit rex, uel, Thoacti, uel, Thoactes, Planudes.
ὁ Θεοαῆς.

Et mille secuti Phinea. tela uolant &c. Sic distinguen
dum, ut Phinea accusatiui sit casus, participij illius se
cuti, quidam phinea tela uolant coniungunt qua
si phinea possessiuum sit, sed male, phineum enim
deriuatiuum mediam habet longam, ut superius
Phinea cecidere manu, qui error in Aldina im
pressione est condonandus, tamen impressorum
incuria.

Quæcunq; ea tolle, uel quæcunq; est.

A dextra Cythno Gyaroq; relictis Cypro, in ueteribus
quod Geographiæ ratio respuit, sed facili deprauatio
ne in Cyprum degenerauit, Planudes. meliores na
ctus codices Cythno uertit.

Te tamen o paruerector Polydette scriphi, quidam po-
lidecta scribendum censent, quoniam græce δ πολυδ'εκτης ὦ πολυδ'εκτα.

Fusca repurgato. f. n. c. uel fusa.

Impetus ire fuit, quidam deprauatum suspicantur esse
hunc locum, q̄ cum adhuc sedato animo essent mu-
sæ impetum ire fuisse dicat, quod non nisi ad perturba-
tos pertineat. at Ouid. ad furorem poeticum alludit
quem alibi impetum appellat, ut in primo fastorum.
Scimus & ad nostras cum se tulit impetus artes.
Ingenij currant flumina quanta tui. Et lib. iij. de
ponto. Impetus ille sacer qui uatum pectora nutrit.
qui prius in nobis esse solebat, abest.

Hominemq̄; putat Ioue nata locutum, uel, loquentem.

Surgit & immisso hedera, uel, immensos.

Vasta giganteis ingesta, uel, iniecta.

Depositiq̄; metus, uel, deposuitq̄; metum, quod placet,
uel depositoq̄; metu, quod habent uulgati, nec satis
probat.

Et tamen in cælo (quæ iam patientia nostra est?) uel
quoq̄; iam patientia nostra est.

Haud procul æthneis lacus est à mœnibus, uel, enneis,
uel montibus.

Tinctas ferrugine habenas, uel rubigine, sed ferrugineæ
dicuntur res inferorum a poetis, ut Virg. Et ferrugi-
neæ subuectat corpora cymba. Claudian. de rapto
Proser. Tum ferrugineo lachrymas deterfit amictu.

Et me dilexit Anaprus, uel, anapis, sic uerit Planudes.
dicunt tamen anaprus scribi debere, sed uarie scriptum
legitur, ut Fast. iij. Præterit & Cyanen & fontes le

nis Anapi. alibi. Quaq; suis Cyanen miscet anaspis
Solis aboccafus uel, ad occasus. (aquis.
Dulce dedit texta, quod. c. a. p. uel tosta.
Et tangeremonstra pauentem, uel, parantem, quod con
gruit cum uerbo fugit.
Sydera nunc uentiq; nocent, sic in ueteribus. in alijs
Syderaq; uentiq; nunc aduerbium mihi placet, quia
superius. Et modo sol nimius, nimius modo cor. im.
Exit in aethereas, uel, iuit.
Proq; meo ueni supplex tibi Iuppiter, uel, o Iuppiter.
Furuis peperisse sub antris, uel, fuluis sub undis, uel,
sylvuis sub atris.
Testemq; profanam fecit amem, uel, profanum.
Mistae syrenes eratis, uel doctae mistae in plerisq;
Vt uestram sentirent a quora curam, uel, senserunt.
Propioris margineripae, sic nos ex uetustiss. emenda
uimus, cum Aldus & alij fontis pro ripae impresser
int insinceros secuti codices ripae legendum est cu
sequatur. Altera uestes ripa meas habuit.
Vsq; sub orchomenon psophidaq; i quibusda corrupte le
guntur sophida, uel, siphida. Planudes Ιωφίδος ψο
phis pausania teste multar; urbium nomen est, sed
quod ad nos pertinet in Arcadia à Plin. & alijs po
nuntur, qua fugiebat Arethusa Siphe thesprotia est op
pidum, quod neq; Orchomeno, neq; Cyllene uenit.
Per tamen & campos per opertos, uel, & oper.
Nisi sic timor, uel, si timor.
Sonitq; pedum terrebar, uel, terrebat.
Armigeræ Diana tuæ, in multis, Dietyma.
Coniuniauctæ, cum facerent, uel, iacerent.

Plangere diuinꝫ; uolunt, uel diuinꝫ; uolunt plangi.

Ex Lib. VI.

Deseruere sui nymphæ uineta Timoli Aldus Tmoli nulla (ut uideo) carminis habita ratione, præcipue cū Plin. lib. y. dicat Tmolium montem ante Timolum dictum fuisse.

Faciendæ maxima telæ, uel, lanæ unde lanificium.

Subitusq; inuita notauit Daxij nostri codex notabit pro notauit habet non temporū sed litterarum . u. & . b. cognatione ut apud Persiū uetauit pro uetabit, utrāq; uero lectiōnem à Poliniano ex uetustis. exemplaribus publice exhibitam Daxius idem asserebat.

Insecti pectine dentes, uel, inserti.

Percussis solibus arcus, Aldus & uulgati alij percussus habent, sed ueteres percussis quod Plin. declarat li. ij. his uerbis, manifestum est radium solis immixtum caua nubirepulsæ acie in solem refringi colorū uarietatem mixtura nubium aeris igniumq; fieri. certe nisi sole aduerso non sunt.

Exhibuisse frenum, uel, serum 10. Baptista Egnatius uir bene doctus frenum metur in racemationibus suis.

Variis Deoida serpens in nonnullis Deolida sed eruditi omnes Deoida admittunt.

Gignis Aloidas, sic quidem legendum, ut Virg. Hic & Aloidas geminos immania uidi corpora.

Et antiquas exercet Aranea, uel, stamine Aranea acæptior.

Ite satis propere sacris, uel, ite sacris pro. sacris.

Quodq; licet tacito. u. m. n.

Latona, turba quantū distabat ab orba, alij turba ut sit,
turbae uenerantur. n. l. t. m. & c. alij turba quantum
dist. ab illa, alij aliter, sed nulla mihi lectio satisfacit
atq; aliquid intercapitum, uel, deprauatum uide-
tur, cum Latona inferius dicat, et me (quod in ipsam
recidat) orbam dixit, Atq; Niobe nunquam ipsam
appellauit orbam, qua de cā aliqd̄ desyderatur, nisi
(qd̄ de dea nefas credere) mentiri uelit Latona ut ex
irae aggeratione acriores in Niobē moliatur p̄enas.

A, dextro paulatim defluit armo, uel, deficit sed defluere
ex equo non solum poetæ sed historici etiam usurpāt.

Q. Curtius lib. yij. de Menedemo duce loquens sic ait
Hac agentē anima defecit, corpusq; ex equo deflu-
xit in terram.

Frena tamen dantem, inueteribus nonnullis Frena dabant
tamen hunc, quod maxime placet ex repetitione pu-
riori, quia superius frena dabant Sypilus.

Hærentia uiscere tela, uel, uiscera telo quod nō minus pla-
cet Prisc. tñ Hærentia uiscere tela, legere uidemur.

Duplicataq; uulnere cæco est, uel, tota est.

Errantem accipit, uel, orantem, utrūq; recte errantē ta-
mē Ouidianum quid magis sapit, ubi nix soror erran-
tica errantem sororem accipit, ut superius Hospita-
tu terris erras ego (dixit, in undis.

Distulit irasitum, uel, sustulit.

Concolor hichumerus, uel, huic, qd̄ minus placet

Barbara Mopsopios, uel, Cecropios utrūq; recte à Mo-
psopo enim & à Cecroperegibus quemadmodum.
& à multis alijs, ut Pausanias Strabo & alij testan-
tur acceperunt nomen.

Infausto cōmittitur ordine sermo, uel, omine.
 Satis est procul esse sororē sic in omnibus & recte Aldi.
 Her. Satis est uidisse scrorem.
 Utq; fide pignus in ueteribus quibusdam ut fidei pignus
 prisc. tamen li. yij. Utq; fide agnoscit ubi fide pro fidei
 positum dicit.
 Ut simul imposta est, uel, At simul.
 Non hęc mihi debita pœna, uel, hostis mihi deb. p.
 Vite caput tegitur, uel, Vitta caput tegit & .c.
 Attonitamq; trahens intra sua mœnia, uel, limina.
 Abstulerunt ferro, uel, abstulerint, uel, abstulerant
 Inus habes quod poscis, uel, quem.
 Egestaq; uiscera, uel, semessaq;.
 Orithyian amās sic nos ex ueteribus, uulgati Orithyiam
 adamans.

E quibus æolides Cæphalus quidam bene docti cū non
 Æoli filius sed Deionei, uel, Eionei Cæphalus fuerit
 Eustathio, Pausania, Phærecide & alijs testibus Eio-
 nides cæphalus agnoscunt nos uero cum exemplaria
 omnia & Planudes interpretes æolides habeant et in
 yij. Aspicit Æoliden cæphalum. quærendum potius
 cur æoliden appellarit Ouidius q̄ codicum fidem uia
 landam esse putauimus.

Ex Lib. VII.

Voxq; datur Mynijs, uel miseris, uel, uisq; datur numeris
 Thalamos alieni concupis, uel, concipis.
 Forma mouere potest, uel, ore. m. p.
 Prodam ne ego regna. p. uel, perdam.

Titulum

- Titulum seruata pubis, uel, puppis.**
Cultusq; artesq; uirorum, uel, locorum.
Pulsusq; resederat ardor, uel, fractusq;.
Totoq; recanduit ore, uel, expalluit. recanduit flammæ proprium est.
Creditus accipit, uel, creditur.
Diriguere memi Myniæ, subitille, uel, subito Myniæ.
Ille nec ignes sensit anhelatos, uel, ullos anhelatus, uel, illos anhelantes.
Victor Iolciacos, uel, Cecropios. Iolcos Iasonis patria erat, in Thessalia, Planudes κειρο τῶ ἰατρῶν uer tit. i. cecropias turres.
Dissimilemq; animum subiit pater Æta rel. uel, subiit Æeta, quod fortasse melius, cum Æeta trisyllabum fere inueniatur, ut superius.
Concipit interea ualidos Æetias ignes. Val. Flaccus.
Hunc ferus Æeta: scy. pha. q; r. Catullus.
Phasidos ad fluctus & fines Ætæos. hæc eadem Varietas in Epistolis Hypsipyles & Medæe reperitur, ut illic satis differuimus.
Homines uolucresq; ferasq;.
Soluerat alta quies, nullo cum murmure serpens.
Sopitæ similis nullo cum murmure serpit, in hoc loco à multis meliora desiderantur exemplaria, equidē (ut ingenue fatear) mihi minime satisfacio, quis legi possit Quies serpens nullo cum murmure soluerat etc. ut Vir.
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris.
Incipit, & dono diuum gratissima serpit.
& Medæa sopitæ similis serp. n. c. m. quod alij se legis se testatur nō mihi displicet ex pūcto s. medio uersu.

Soluerat alta quies, nullo cum murmure sepes
Immotæq; silent frondes &c.

Et uisis regionibus ap. an. uel, et cretis.

Multa quoq; Eridani pl. gr. c. huc referenda sunt quæ li.
primo diximus in illo loco Eridanusq; senex. nã hic quoq;
q; Apidani neglecta exemplarium fide reposuerunt,
paruo negotio poterat à magicis draconibus trasue-
bi Medea ex Thessalia in Atticam, nisi Ouidius Eri-
danum in Thessalia ponat.

Dissimilesq; animi subeunt ætate relicta, uel, Dissimileq;
animum subijt æt. r. miror tam libenter à quibusdam
Tuccæ & Vari partes usurpari, ut uersum huc quoq;
tanq; superfluum excluserint, mihi sciãssime apposi-
tum uidetur cum Arist. uigorem humani corporis an-
no. xxxv. iã euanescere, ai uero. xlix. testetur in Poly-
ticis & Rhetoricis. ostendit igitur Ouidius non cor-
poris tantum uires sed animi quoq; (quod magis mi-
rum) ab Æsone receptas esse, quod si omnia expun-
genda sint ex hoc opere, quæ hac ratione superfluere
uideri possunt, iam ad minimum (opinor) egregiũ
opus redigetur.

Idq; petunt iuuenis p̄ciũ, uel, Idq; petunt precũq; iubet.

Ne spes agitis inanes sic reposuimus ex antiquiss. alijs

Nec spes agitis impresserunt, quod minus placet.

Ille cruore fluens cubito tamen &c. sic in ueteribus, qui-
dam tamen subito pro cubito legunt.

Attonitus tamẽ est ingens discr. p. c. p. n. uel, geniti discr.
ingens magis placet ob illud, discr. paruo.

Occidit ille scinis, uel, senex, uel, ferox, uel, suis,

Florentemq; syron Cythron pl. q. s. ita quidem legendũ

putauerim cum alijs, siquid ab exemplaribus disce-
dere liceat. q̄q̄ Her. Bar. Syron primam habere bre-
uem dicat, honestius tamen mihi uidetur in Syro q̄ in
Cythno qd̄ quidam fecerunt primam corripere.

Ophias effugit natorum uulnera combe, sic ex ueteribus
alij quoq; casti gauerunt, quamuis Planudes lambe
transulerit sed errore manifesto, ut praeter alios Ianus
Parrhasius uir doctissimus senat, quod combē puellā
numerosa prolis exemplum à nonnullis ex graecis
adduci, siquidem centies, peperisse Aristio Salaminio
teste & Zenobio in collectaneis inquit. (te, uel erit.

Dicite & omnis eat rerum status iste mearum, uel, duci
Exitium superabat opem, quae uicta iacebat, uel, opes, uel
et aq; iacebant.

Morbo moriturus inertis, uel, leto, uel, longo inertis, pro
longa inertia.

In partem leti citius uenit atq; salutis, uel utq; sal.

Ut uitam odissem, uel mi uitam &c.

Quilachryment, desunt, uel, **Q**uin lachrymae desunt.

Natorumq; uirumq; animae. **M**irror Aldum syllaba re-
clamante.

Natorumq; matrumq; impressisse, cum in Mater pri-
mā esse longā earum et infantibus filijs costet. ego q̄
libentissime legerē Natorq; patrūq;, q̄a sequitur iuue-
numq; senumq;, sed citra exemplarium fidē quicquā
audere non est animus.

Isse sub amplexus Aeginae Asopidos olim. quāuis aliter
alij legant, hac nulla mihi castior uisa est lectio. (idē.

Et tondē rami, in uetustissimo codice legitur. Et promittit
Aspicio qui nos aduunt, sic nos ex uetustissi. alij Aspicio
noscoq; aduunt.

Lucis pars ultima mensæ sic ex ueteribus quibusdā nobis
placet, eleganter enim Ouidius rerum ordine distin-
guit tempora dicens.

Talibus atq; alijs longum sermonibus illi

Impleuere diem Lucis pars ultima mensæ

Est data, nox somnis iubar aureus extulerat sol.

alij tamen lucis pars optima impresserunt.

Magnæ soror Orithyia, uel, raptæ, magnæ frequentior

lectio. alludit ad illud. si forte magis per. a. o. t. ma

gni. n. nominis fuisse significat, Raptæ ad id spectat

dignior ipsa rapi.

Desyderioq; calebat, uel, dolebat.

Dum census dare me promitto loquendo, uel, dare me

pro nocte paciscor.

Exclamo mala p. d. pactus adulter, uel, fictus, uel, tractus

Studijs operata dianæ, uel, operosa, ut in fastis uates oper

ose dierum.

Quod nos (ut cernis) habemus, uel, manibus quod cer

nis habere.

Cessit & exitio multis pecoriq; sibiq; uel, pecorumq;

suoq; Planudes pecorūq; suūq;

Ruricolæ pauere ferā, uel, rurigenā, Planudes Indigenæ

Nympham mihi credit amari, uel, me cr. amare.

Ex LIB. VIII,

Quæq; manu premeret, uel, manum premerent.

Nam pereant potius, uel, ab per. p.

Dirigere imitem non inscius, uel, nisi nescius.

Fert secum spoliū celeris, sic nos ex antiquissimo exem

plari qui in Diui Galli Bibliotheca est & Prisciani

auctoritate castigauimus, Qui li. y. de nominibus in

er, loquens ita inquit, celer masculinum celeris facit

ſcemininum, cuius in e, neutrum inuenitur. Ouid.
lib. iij. Met. prædaq; poſita nefanda fert ſecum ſpoliũ
celeris, in alijs ſcleris legitur, quod mihi non mi-
nus placet.

Patris ad ora, quæ tibi donauit. Aldus patris ob ora quæ
t. quod minus placet.

Generis falſa eſt ea fabula, uel, genitrix falſa eſt &
fabula.

Me miſeram properare iuuat, uel, iubet.

Et modo factus erat, uel, factus auis.

Vota ioui Minos taurorũ ſanguine, uel, corpora centũ.

Incertas exercet aquas, uel, & dubias.

Dextra lebintos erat ſcœndaq; melle Calymna, uel, Ca-
lydna. Herm. ille Barbarus in Pli. caſtigationibus lō-
ga ueterum ſcriptorum nomenclatura de hoc nomi-
ne inter ipſos minime conſtare teſtis eſt, Planudes ca-
lymna uertit, cuius mel à græcis celebratur.

Rapta Minoide Diam, uel, Chiam, ſed Diam legendũ
ſuperius ſatis diximus.

Præteritas ceſſaſſe ferunt. l. a. uel, præteritæ.

Et ſetæ ſimiles rigidis. h. h.

Stantq; uelut uallum uelut alta haſilia ſetæ. Sunt q; alte-
rum horum carminum expungant uelut ſuperfluũ,
& qdẽ ſupſtuit, ſed q; et Ouidianũ et elegans utrũq;
apparet & emolumentũ plusq; detrimentũ allaturum
putauimus, ſi utrũq; legatur, neutrũ expũximus.

Nec ſeſe i mœnibus urbis ſic in ueteribus & recte ad ex-
primendam populorum externationem, quidã tamen
legunt, Nec ſe niſi mœnibus.

Caluere cupidine laudis, uel, coiere.

Venit Atalante Scenē pulcherrima uirgo. hic uersus in
nōnullis deſyderatur, abijcturq; a quibusdā quaſiſylla
bis claudicans, qđ tñ licētia poetica facile defenditur.

Et auratis mutauit ueſtibus atras, uel, auratas atris.

Vbi ſunt pia iura parentum, uel, pia uota.

Et quos ſuſtinui bis meſum quinq; uel, mēſes bis qnq;
Priſc. in. yij Bis meſum quinq;, agnoſcit. ubi meſū
pro meſium poni teſtatur.

Plangunt ora ſimul matres Calydonides Oeneus, uel
eheu, uel plā gunt hūc matres calydonides Eueniæq;
quod non diſplicet ab Eueno fluuio, de quo Pli. li. iij.
Etholorum (inquit) Eſt Calydon. yij. M. D. paſſū
a mari iuxta Euenum amnem. Ouid. inferius Vener
rat Eueni. r. i. n. a. u. quod uero mediam in primoge
nio produxerit in deriuato eandem corripit ex uſu
multorum facit.

Summa lacunabant, uel, lacu nabant, uel, lacus nabant.

Medio circumdata muro, uel, modico.

Mentæ exteſere uirentes, uel, menta uirenti, prior lectio
lepidior uidentur, poſtq; (inquit) teſta parem fecit men
ſam, Mentæ uirentes exteſere, diuidit officia in aīatis,

Interea toties hauſtum cr. r. uel quoties, ſed toties in ue
teribus.

Dumq; ea mirantur, dñ deſlent magna ſuor, duo illi q ſe
quuntur uerſus in uetiſtis nō reperiuntur, ſed & Po
liſianus, nō reperi teſtatur, quod nō mirum eſt cum
ſuperfluant, ſi res expendatur, ita impoſtune idem re
petunt & complicant ſenſum, ideo nos nō expunxi
mus omnino, ſed hic ſe poſuimus tanq; ingenij illius
profluentis impolitam fœturam, ſi tamen illius fœtu
ra ſunt. Sunt autem hi.

Mersa uident quæruntq; suæ pia culmina uillæ
Solaloco stabant, dum deflent fata suorum.

Neu sim tumultandus ab illa, uel, tumultatus, quod non
displicet. Ut non uideam (inquit) uxoribus meæ busta,
sed non quia tumultatus fuerim ante ab illa, ut neuter
alterius busta uideat.

Gemitūq; dedit Deoia q̄r. uel, decidua, uel dodonia
uel de uulnere, oīa recte. nobis ex ueteribus probatis
Deoia placet, a Cerere, ut supius Varius deoia ser
pēs, q̄a dixerat. Ille etiam cereale nemus.

Accipe quos alte frenis, uel quos apte.

Scabrirubigine dētes, i ueteribus multīs, Scabra rubigi
Noctis erat tēpus, uel, noctis enim. (ne fauces.

Geminis amplectitur ulnis, uel, alīs.

Faucesq; & pectus & ora afflat, ut in uā. pagat. in
uulgatis. afflat & in uā. per agit.

Inq; domos inopes assueta reuertitur atrā. Sic nos ex
antiquis alij assuetaq; uertū. a. legunt.

Vultumq; uirilem.

Induit & cultus. p. c. a. Sic i ueteribus, uel, et uultus, q̄
nō displicet, ex repetitōe nō solū uultū uiri, sed ēt pi
Ex Lib. IX. (scatoris.

Tenuiq; a pectore uaras, uel, curuas. (pidior lectio ē.

Nescia quē maneant tātū uictoria regni, uel, belli regni le

Fluuiūq; ipsūq; timētē, uel, fluuium Nessūq;.

Vltima dicta re probat, uel, res.

Quæ quoniam adueniet, uel, haud ueniat.

Quid si me Meleagre tuam memor esse sororem

Forte paro facinus? Sic nos ex ueteribus alludit ad
auunculos occisos à Meleagro, uel, Quod si, uel, sed
si. m. m. tuam memorem esse & c. omnia recte.

Iugulata pellice testor, uel, tester, uel, uulgata, quod ex superiori lectione non ita placet.

Pomaq; ab insomni male cust. uel, non cust.

His Cacus horrendum &c. cui satis nota est poetarum licentia in syllabis non usq; adeo una syllaba offenditur in hoc uersu, ut totum expungat cum caetera maxime congruat, quidam emendant Cacus & horrendum, quod placeret si quis ueterę astipularetur,

Lotis in hanc Nymphæ. Lotis non lotos legendum, quæ fugiens obscæna priapi, in hanc arborem uersa est, ut in Fast. hanc ipsam enarrans fabellam.

At ruber hortorum deus, & tutela priapus, Omnibus ex illis lotide captus erat. Et paulo inferius.

Lotis in herbosa sub acernis ultima raucis.

Sine munere uestro contegat, uel, contegit, uel, sine crimine uestro.

Flebuntq; pares, uel, fientq;.

Paulatim declinat amor, Politiānus ex antiq; succrescit. Et mihi quæ male. s. q. t. q. uel, Hei mihi, quod minus placet. dicit. n. Nescio quam facies &c. Et mihi nil nisi frater eris.

Talia ne quicq; properantem, uel, perarantem, quod nō displicet, magis tamen placet properantem, cum ex affectu properans non prius uiderit se caram impleuisse quàm ipsa plena manum reliquerit, inferius ēt queritur, licet alio delecti possit, Tam cito commisi properatis. u. t.

Non adijt caute sic Politiānus quoq; agnouit, uel, apte non adijt, uel, non adijt apte.

Et humefat lachrymarum graminario, uel, riuus.

Non reiectura petentem, uel, neglectura.
 Nō hoc inimica precatur, uel hoc non inim. quod effica
 cius quid sonat.
 Linguam defecerat humor, uel, lingua.
 Submersa q̄; toto Obruor oceano, uel, subuersa, sed sub
 mersa melius, ut Virg. Submersasq̄; obrue puppes.
 Sæpe ut medeatur amori, uel, mederetur.
 Indecæpta pia mend f. l. Sic in ueteribus plerisq̄; in uul
 gatis, Indeprehensa.
 Purasq̄; ad sydera supplex. cr. m. t. sic in ueteribus omni
 bus, cur uero Aldus & alij, duras, impresserint
 conijcere nescio, puras autem Ouidius appellat ma
 nus fœminæ innocentis, & q̄ dea acceptissima sit.
 Et erat qui deciperetur, uel, decipiamur adulter.
 Quemq̄; uirum putat esse suū. f. cr uel, uirum. f. cr.
 Nunc quoq; uotorum nulla est pars uana, in ueteribus
 multis pars una, uel, spes.
 Quodq; ego uult genitor, uult ipsa, socerq; futurus, pleni
 or hæc lectio est & melior uisa est q̄ quod alij impres
 serunt. Quodq; ego uult genitor socer & uult ipse
 futurus.
 Cuncta q̄; cognoui sonitum comitesq̄; facesq̄; uel, comi
 tantiaq̄; ara.

Ex Libro. X.

Occidit in talum. f. d. r. uel, in talo, utrunq; recte. nam
 teste Servio in eo Vir loco. Rapuitq̄; in fomite flam
 mam. fuit antiqua circa communes præp. licentia, ut
 Conditus in nubem. Cōtra uero, nota conduuntur in
 aluo Item. Sæua sedens super arma Cic. quod ille in
 capite ab hostium duce accæperat.

Ad superas postq̄ Rhodopeius aras, uel, aras.
In quem recidimus, uel decidimus, sed recidimus om-
nino melius.

Vos quoq; iunxit amor, uel, uincit amor, ut superius de
se, uicit amor & c.

Prendiq; & prendere captans, uel, certans.

Nisi se quereretur amatam, uel amari, uel, subsequeretur
amatam.

Tuq; o confisa figura In. l. tua, uel, figura tua.

Nisi quæ portat sua fulmina terræ sic in omnibus quos
uidimus Aldi her. Nisi quæ posset sua fulmina ferræ.

Immunitamq; frequentat, uel, immutatam, utruq; re-
cte. Spartani enim mœnibus ferreis i. uiris armatis
se tuebantur, cum non magnopere ciuitati muro opus
sit uiros habenti, qui pugnare possint & uincere, unde
orta consuetudo est muri partem deicere ingredie-
te principe, ut Plutarchus Simposiaco. ij. testatur im-
mutatam. quia illinc nunq̄ discedebat ut sequitur.

Fuluis hærentia uirgīs, in nonnullis linguis.

Ipsæ suo geminis folijs inscripsit & ai ai, in plerisq; ya,
Eruditis ou ou placet, qd̄ legimus i nobili illo. D. Gal-
li exemplari, & Politianus ex alijs notauit & recte
meo iudicio cum ex eadem dictione s. ou & Apolli-
nis geminis, & Aiacis nomen deprendi possit, ad qd̄
scite Sophocles in tragœdia cui titulus est αἶας μᾶ-
σινοφώροσ allusit, in qua Ajax

αἶ, αἶ τις ἀνὸς ἄθ' ὡ δ' ἐπ' ὠνυμοῦ,

τοῦ μὲν ἔϋνοῖς εἰς ὄνομα τοῖς ἐμοῖς. conqueri-
tur ac saepe αἶ. αἶ. iterat. Et uidetur geminatum ou ou
innuere Ouid. ut altere nominis sit, altere querela.

Littera commuenis medijs pueroq; uiroq;
Inscripta est folijs, hac nominis illa querela.

Theocriti quoq; pastores frequenter hanc eiulationem geminatam usurpant, quomodo uero ex ya, & nomen & querela elici possit, uiderint illi, qui quotidie dum supra alios aliquid scire uideri uolunt, insciam produunt suam.

Nec credite factum, uel, ne, quod non displicet, ex dissolutione. n. quandoq; maior uis concipitur, ut Vir. Aut aliquis latet error, equo ne credite teucri.

Et pietas geminato crescit amore, uel, Vt pietas qui crescat. a. Ultra autem, Sperare aliquid. p. i. u. uel, peccare, utrumq; placet sperare, quia dicit, Si nil conceditur ultra, peccare, quia sequitur. Et quot confundas & iura & n. s. & c.

Nec metues atro cr. uel, sacro.

Tum deniq; flere uetauit, sic in plerisq;, in quibusdam uacauit, quod non minus placet, si uetauit dare pro dabat, & requirere pro requirebat exponunt ueterum glossemata.

Porrigitur radix longi firm. uel, ad firm.

Per iuga psyluas dumosaq; saxa, uel dumos & saxa.

Nuda genu u. r. s. d. uel, vsq; genu.

Stet mihi ne magno, uel, tibi mihi ex affectu melius.

Et ueteris monstrum mirabere, sic in ueteribus, uel mirabile, elegantior mihi uidetur prior lectio.

Forfitan audieras, uel, audieris.

Sederat Hippomenes, uel, affuit.

Tamen ille decoris Mirator magis est, uel, ille decorum miratur magis & c.

Non tamen euentu iuuenum, uel, iuuenis.

Cytheream comprecor adsit, uel, Cythereia.

Digna ne cui gr. uel digna q; sine interrogatione, quod nimis frigidum præ illo.

Fixerat obliquo iuuenis Cynireius, uel, cynereius. Politianus in ueteribus, cyniras & cynaras legitur.

Sicut pluuioper lucida cælo, uel, fuluo cælo.

Excitant idem qui præstant omnia uenti, uel, perflant, præstant. agnoscit Politianus, unde genitalibus auræ Fauoni, apud Lucretium, & Florum uel floripater Zephyrus, apud Claudianum Ouidium et alios, uidetur. n. Ouidius Florem hunc ita male harentem & nimialeuitate caducum esse ut ne, facilibus quidem auris repugnare possit.

Ex Libro. XI.

Passosq; habuere cap. uel, spansos, ut Politianus adnotauit.

Hic ferus expositum per. a. ar. os petit, uel, Exposito. p. a. a. obstitit.

Lambit & omniferos inhiat diuellere uultus. hic uersus in ueteribus emendatis non reperitur, & quidem si expungatur, nil detrimenti affert sensui, magis. n. superfluit meo iudicio quam quem superius expunxerunt quidam de pentheo. Ille etiam matricium br. t. u.

Esse pates ramos & non fallere, uel, fallare.

Arentes cer. ris decerpfit. depressit Politianus.

Lamina fulua dapes admoto dente nitebant, sic in plerisque omnibus Politianus rigebant, agnouit, & ree Aldi her. premebant, quod minus placet.

Et inuiso meritis torquetur, uel, inuiso merito, quod mi

nus placet.

Distinctamq; lyram geminis, uel, instructamq; fidem, ta
sta Polifiano.

Vltus abit Tmolus. Sic in ueteribus ut intelligatur, La
toius Vltus Marsiam & Midam abit a Tmolus & c.
uel, Vultus abit Tmolus, Tmolus deponit formam
hominis, quod minus placet.

Ædificant muros pacti pro m. aurum, uel pacto auro.
uel, Ædificat m. pactus pro m. aurum omnia recte.

Vix bene uirgineos Peleus euinxerat, uel, inuaserat, eum
xerat mihi melius.

Mille procos habuit, uel, Mille procis placuit.

Fratri fera bella pl. uel illi fer. b. p.

Quam miser (o pietas) sic in omnibus et rectissime Aldi
her. q. miser amplexans legit expuncto et mæsti et
pij animi optimo argumento, quod in eiulatione illa
(O pietas) deprenditur, ut mihi uidetur.

Et nondum totos ornata capillos, uel, tortos, totos mihi
placet, uidetur. n. alludere ad Semiramidis historiã.

Corpus præterq; colorem: Omnia seruanit, Aldus in eme
datos secutus codices, pariterq; colorem legit sensu con
trario poeta enim omnia seruata esse dicit præter colo
rem, quo. s. uerso cognouerunt feram lapideam fa
ctam, cum dicat, lapidis color indicat illum.

Et quæ pars admonet abstinet, uel, abstinet, uel, abstinet, sed ab
stinet legendum teste Priscia. qui libro. ix. de præteritis
loquens sic ait, à sto quoq; composita seruant duplica
tionem præteriti, ut resto restitit, consto constitit, prosto
prostitit. Ouid. tamẽ abstinet pro abstinet, posuit. xi. Meta.

Halcionelachrymis, & quæ pars admonet abstinet.

Ingenit Halcione, lachrymas mouet atq; lacertos, sic in
oibus & elegāter (ut mihi uidetur) Ouidius uno uer
bo & lachrymare cœpisse & lacertos extendere Hal
cionem declarat, quidam tamen tantum non suppres
serunt hanc lectiōem suspicantes legendum esse La
chrymans, mouet atq; lacertos, quod an melius sit ius
dicent alij.

Subeunt illi materq; paterq; uel, fraterq; parensq;.

Iris & Arquato, uel, arcato, uel, Arcuato quod non pla
cet, Politianus arquato.

Hunc Icelon superi, uel, Iceon, uel, Itacon Politiano teste
In faciem Ceycis abit sumptaq; figura, uel, formaq; sub
ipsa quod maxime placet.

Manusq; Ad disc. c. r. tetendi, uel, & discedentem. c. r. te
nenti, uel, Dum discedentem. c. r.

Fuit ab fuit utile tecum, uel, quoniā fuit, uel, multū fuit.

Nec coniugiale solutum est sic legendum ut superius di
ximus in illo loco Nec coniugialia festa.

Quem mare carpentem substrictaq; uel, subtrahita.

Prōspiciat esperien, uel, eperien.

Nomenq; manet quia mergitur illo, uel, tenet & illic,
uel, illi.

Ex Lib. XII.

Nescius assumptis Priamus pater Æsacon, uel, puerum
pater.

Genisq; simul cōmune pelasgæ, uel, pelasgum ut Virg.
O danaum fortissime genis.

Obstupere omnes Politianus obstipere, i Donati etiam

cōmentarijs Obstipeo semper legitur.

At ueri prouidus augur, uel, prodigus auctor.

Et iam si gea rubebant, uel, signata.

Ætioonias impleui sanguine Thebas, sic legendum à Cilicia urbe Andromaches patria cuius pater Ætión quem Achilles interfecit & urbem cepit ut Home. tradidit alij Echionias legendum pperam, quia Thebæ Bœotia ab Echione cadmi comite dicta ut superius quorum fuit unus Echion, pro græcis steterunt.

Eadem hoc quoq; f. f. pronomem hoc ex uetustis reposuimus quod non parum gratia affert.

Quem uastum uastior ipse sic legendum ex ueteribus et frequenti poetarum locutione quauis Aldus uastior ipso quod tamen non pexime, legit.

Certatimq; omnes uno ore arma arma loquuntur Aldus Cert. q. o. simul uno ore arma loquuntur.

Immanē sustulit aram, uel, i Martem sa. qd nō displicet.

Tempora perfringit, uel, perfregit, uel, perrupit, uel, pstringit Politiano teste.

Figitur hinc duplici grineus in lumina, uel, grineus lumina diuisa diphthongo.

Labefacta q; robora pulsat, uel, iactat.

Erigitur pedibusq; uirum proculcat equinis, uel, calcabat Politianus.

Et missum à dextra & c. à præp. ex ueteribus restituumus cum in uulgatis legatur, & missu dextra quod non ita placet.

Barba erat incipiens barba color aureus aurea, uel, aurea q; uel, aureus atq; Politiano.

Credi sic ipse uolebat, uel, sic esse.

Qui sena Leonum uinzerat inter se. c. u. nodis, uel, loris
uel, Qui sena leonum Sena magis placet, ut alibi
Terga nouenaboum & Clypeidns septemplicis.

Et exprimitur per densa foramina spissus sic in ueteribus.

Quidam duriuscula (opinor) lectione offensi pro spissus succus legunt.

Plaga facit gemitus ut corpore m. i. uel, in Cor. qd minus probatur.

Que mihi tunc primum tunc est conspecta supremum
Raph. Regius hic quoq; scdissime labitur dum labi
illos iactitat qui non legant potius, tunc est conspecta
uolucris, quoniam Ceneus (ut ipse ait) in aqlam
uersus fuerit, At Ouidius meo quidem animo in phoenicem
potius nutatum inuuit, tam hic tum inferius
sed auis nunc unica Ceneu in quo quidem loco
Politianus in ueteribus quibusdam legi testatur sed
auis nunc unica phoenix, ut tamen non ne gauerim
legi posse, tunc est conspecta uolucris ita contenderim
in phenicem uersum non in aquilam ut ipse hallucinatur
Periclimenus. n. inferius in aquilam uertitur
non Ceneus.

Cogis & obductos annis rescindere, uel, restringere,
uel, resciscere Poliano.

Num uideor debere mi praconia rebus herculis Aldus
tuis legit quod parum placet.

In uolucrem corpus nati Cygneida, uel, Phaetontida.

Ecquid ubi has iam iam casuras aspicias arces, uel, Ecquid
ubi liacas Aldus Asiacas.

Non ea Tyndes, uel, Tydides.

Nō audet oilens, uel, oileos oilens pro oileius oilei filius.

Littora respexit, uel, prospexit, uel, prospiciens.
 Iste tulit p̄nū, uel, ipse, ista ad p̄tēptū ab oibus usurpatur.

Qui cum uictus erit, uel, quod.

Heu pars una ducū sic in oibus & quidē elegantissime
 interiectione admonendum apposita quidam tamen
 quos nihil mouet, & Ouidio dictare paratū Et pars
 una. d. fortasse (inquunt) melius est.

Velaturq; aliturq; uel, uenatur.

Haud tamen efficiet, uel, haud inde.

Si semel ista datis, uel, si tamen quod maxime placet.

Nos te poteremur Achille i plerisq; omnibus possemur
 syllaba reclamante, postior uero & tertia & quarta
 coniugationis inueniri testis est Prisc. libro. x. Virgil.

Fas omne abrupit polydorum obtruncat & am-
 ro Vi ponitur secū dū tertiā corripuit penultimā, Lucī
 lius in. yi. Deficit alma ceres nec plebes pane potitur
 lib. etiam. yi. poteremur legit locum hunc citans.

Tantum trahit ille timoris, uel, furoris.

Num si petat auferat illa, uel, nec sperat ut auferat.

Flamina sunt duraq; iubent, uel, flamina erant sunt me-
 lius uidetur p̄senti tpe ut iubent denegat & c.

Fassoq; ignoscat, uel, fasso hoc ignoscet.

Non hac sententia tantū fida sed & fœlix cum sit satis
 esse fidelē, uel, sed & fœlix cum sit facit esse si. quæ le-
 ctio Vlyssēum quid sapit quasi ab euentu facta noi-
 tanda putet.

Et quid facundia possit, tunc patuit, uel, Re patuit.

Diu uentus amicioresset, uel, minor uarietas hac alibi
 quoq; legitur Externum patrio contingat amicus ar-
 no, uel, mitius.

Et quid dederit dominus una cruoris, uel, quem cruorem,
uel quos cruores

Aut tu iugulo, uel, pectore telum, uel, ferrum.

Verba mouent oris, uel, uota Politiano teste.

Quo me seruas damnosa senectus, uel, annosa.

Expilatq; genis oculos, uel, expellit, uel, extrahit quaquā

Regius expellit nullo modo legendum contendit.

Aduersaq; pectora iactant, uel, lassant.

Parentalimoritur a more, uel, morte.

Effugiunt quo queq; potest Euboea duabus Et totidē na-

tis An. f. p. miror Priscianum lib. vii. Vbi hunc locū

citat pro duabus deabus legere cum exemplaria oīa

duabus habeant, Et nullo modo deabus legi possit, si

quidem Anij filiae deae non erant & manifeste dicit

ē quatuor duas fugisse in Euboeam & totidem alte-

ras in Andron. poterat sanē Prisc. hinc exemplū de

natis pro natabus accipere cum huiuscemodi exēpla

illuc tractet a Plauto accepta.

Ferre diu nequiere iouem, uel, luem.

Præter erant uecti, uel, prætereunt.

Quam diu pectendos pr. G. c. T. a. uel, cui diu utrūq;
recte quam alloquitur, cui diu præbet.

Auditaq; mente notauī, uel, auditaq; uerba.

Præsens potes ipsa uidere.

Vt uix circūeant dist. cr. ub. uel, ut uix sustineant quam

quidem lectionem quāq; præponenda non est a quo ta-

men acrius insectatur Regius.

Damae leporesq; capraeq; uel, capriq; uel, caperq;.

Sentiet esse mihi, uel, ipse meas.

Sic se tibi misceat, uel, si se, sic, truculentius quid & pla-

nē Cyclopeum sonat.

Vinaq; per rimas proceraq; uel, properataq;.

Totaq; uertuntur supra caput æquora nostrū. qui sequuntur
uersus diuerso leguntur ordine.

in quibusdam.

Hactenus acta tibi. p. m. r. uel, acta mihi.

Hactenus & m. Quæ postquam redijt.
in alijs.

Quæ postquam redeunt.

Ac fueram nuper.

Talia dicentem dicturum & plura sic in ueteribus in
nonnullis & conuinc. desideratur.

Ex Lib. XIII.

Hoc mihi nil opus est, uel, sineq; nil opus est, uel, sine
opus est nullo prior lectio quanq; omnes placent, mihi
magis applaudebat.

Melius sequerere uolentem Aldus sequere manifesto errore,
sed impressori potius q; castigatori adscribimus.

Oppositumq; petens ptra. & s. R. ingreditur fer. a sibus u.
sine copula ut sit petēs R hegion i greditur undas etc.
ubi p̄sens participium pro p̄to auctores enim p̄to pro
p̄nti et p̄senti pro p̄to Prisc. teste in. xi. sæpe ueniunt.

R hegion ingreditur feruentesq; & c.

Incubuit ferro decaptaq; decipit omnes, uel, incumbit p̄
senti tempore ut decipit.

Inde ferens lassos aduerso Aldus lapsos auerso.

Muneris esse tui, uel, Munus habere tuum.

Neritus Machareus comes experientis Vlyssæi, in nonnul-
lis Vlyssis sed Prisc. in. yi. Vlyssæi legit à ntō Vlyssens
Hor. Nec cursus duplices p mare Vlyssæi & i Epist.
Ithacensis Vlyssæi.

Diffudit uultus & reddidit omnia uocis, uel, oia uocis
quod mihi non satisfacit.

Nec mora misceri tostū, uel, coctū.

Ipsamq; precesq; repellit, uel, relinquit.

Quæ nisi uitasset pecoris pars una fuisset ex ueteribus sic restitimus alij pars una maneret impresserunt, sed licet mutatus fuisset non tamen maneret, quia alij re similiti fuerunt humana formæ, nisi maneret pro mansisset legamus.

Fictaq; probes ab imagine ueram, uel, formãq; probes. Nec adhuc spectasse tot annos.

Quinquennē poterat gr. q. e. p. uel, poterat quod minus probatur. dissidere uero aliquantulum uerborum ordinē huius loci minime mirū est in ope & in emēdato ab auctore & mendis à librarijs passim fœdato.

Et magno stat magna potentia nobis, uel, & paruo qđ placet præ facultate enim spernendæ deæ parui sunt quacumq; homines possident.

Et abest custodia regi, uel, regis regi magis placet ut alibi Vir mihi semper abest in Ep.

Et noctē noctisq; deos hereboq; chaoq; sic in omnibus qn ēt Prisc. li. yi. hereboq; chaoq; .i. ab Herebo & à chao legit & exponit ubi quæ græca in os desinunt o, in u, mutare inquit & secundæ esse declinationis inter quæ δ χᾶος, chaus chai dicit aliqui tamen Herebonq; chaonq; impresserunt ut passim mutarēt aliqd

Durisq; in montibus ortæ, uel, summisq; Politiano teste mihi, duris, placet q̄ sequitur Molle frenum celebrant.

Nec eas sua tangit origo, uel, imago Politiano.

Iunonē ueteres finire coegerat, uel, coercuit.

Nunc sis mitissimus opto, uel, oro.

Cœlesti numine dignus, uel, munere.

Postq̄ altā cremata est Ilios quidam legunt Ilion ut Vir. prænestē sub ipsa frequenti figura.

Stuppea prerupit phr. r. classis sic in omnibus Aldus re-

sinacula puppis.

Medijsq; *carina subdita Aldus subita impressorum (opè
nor) errore spinæ mutatur, uel, curuatur.*

**Non tamen oblitæ q̄ multa pericula sæuo Aldus picula
sæpe, sed cū sint q̄ multa sæuo melius q̄ sæpe legitur.**

Clarus subit *Alba latino sic Politianus ex ueteribus emen
dauit & historia exigit in alijs clarus subit ecce lati
no, uel latinum.*

Iamq; *palatina summā proca gentis habebat hic quoq;
locus in deprauatis, sic legitur*

Iamq; Palatinus summæ loca gentis habebat.

Et succos alieno præstat alimno, uel, prebet.

Siluanusq; *suis semper iuuenilior annis sic in ueteribus
in nonnullis et maxime impressis. Silenusq; suis etc.
utrūq; recte nam quod Silenū suis annis iuueniliorē
appellat uidetur alludere ad id quod dixit in fastis
Te quoq; in extinctæ silene libidinis urunt.*

Nequitia est quæ te non finit esse senem.

Vt poterentur ea *hic quoq; locus in plerisq; deprauatus
ē, ut superius Nos te poteremur illic n. potiremur, hic
potirentur syllaba claudicante legitur.*

Tantoq; *potentior inquit, uel, peritior quod non minus
placet, quia superius coluit solertius & c. duo qui
sequuntur uersus in plerisq; desyderantur, malui ta
men sic legi q̄ his angustijs fluere uberrimum alio
qui fluium & uidetur alludere ad id. Quia nulla la
tinas inter Amadryadas coluit solertius hortor.*

Paucaq; *laudatæ dedit oscula qualia nunquam, uel, ta
lia laud.*

Hæc loca magna colit *in ueteribus nonnullis Hæc loca
sola quod maxime placet, quia dixit Nec toto
passim uagus errat in orbe, magna tamen intelligi*

potest, quæ ita magna illi uidentur, ut non existimet
operæ precium alio unquam discedere.

Quoq; magis caueas, sic in ueteribus in nonnullis time-
as, ut superius memoremq; time. uel, credas qd agno-
uit in ueteribus Politianus.

Durior & ferro quod noricus, uel, doricus.

Et modo de multis blanditus cuiq; ministris. Sic nos ex
ueteribus multis ut blandiatur omni familiae, quod mo-
net in arte amandi, orauerat enim nutricem, uel, ali-
cui suadendo ministris, quod non displicet syllaba in
suadendo ultima breui, ut apud Iuuen. Plurimus hic
æger moritur uigilando, sed illum &c. in uulgatis
alicui blanditus amicis, quod non displicet.

Neq; erunt tibi tedia t. uel, nec. n.

Non tamen ante mihi curam excess. in nonnullis. Non
tamen ante tui, quod maxime placet.

Ista pedum motu trepidantium, & multa timentum,
uel trepidantem, & multa timentem, uel, gemetem
ut referatur ad sonum.

Quorum memor o, mea, uel, memor optima.

Festisq; parilibus, uel, palilibus, parilia à partu peco-
ris, ut festus ait, uel, palilia à Pale dea, cui Varrone
Plut. Plin. teste seræ fierent eadem sunt sacra, qbus
Roma condita est, ut in Fastis quoq;

Congestis exuit armis, uel, coniectis eruit.

Substinnere deam, in ueteribus nonnullis deum imita-
tione fortasse Virgiliana, qui Venurem uirili genere in
ij. aenei. dixit. Descendo ac ducente deo, qua de re Ser-
uius & Macro. multa in Saturnalibus.

Reddentemq; suo non regia iura, uel nunc reg. uel re-
galia.

Et uacua sua sic mandata, uel, suavit in ueteribus multis.
Caelum accepisse fatebor, uel, uidebor.

Ex Lib. XV.

Patrias age desere sedes

Et pete diuersi lapidosas Æsaris undas

Hæc diuerso ordine in nonnullis sic leguntur.

Lapidosas Æsaris undas.

Ipete diuersi patrias age desere sedes, quam lectionem
admittit Aldus, mihi tamen prior cōcinnior et æqua
bilio uisa est.

Mos erat antiquis, antiquis in omnibus non antiquus
ut Ald. her. in alijs fors erat.

His damnare reos illis absoluere culpa, uel, culpas in
codice nostro antiquissimo illis absoluere iustos, quod
mihi maxime congruere uideatur.

Tum quoq; sic lata est. Sic in omnibus Aldus manife
sto syllabæ errore data est, nisi cæsura omittes, quæ
tamen nullo modo placere debet.

Sunt herbae dulces, sunt quæ mitescere flamma,
Moliriq; queant, in codice antiquo, sunt quæ mitesce
re possunt, Et mollire famem. Sed in ueteribus prope
omnibus hæc duo hemistichia non leguntur, sed pu
riori lectione continuatur.

Sunt herbae dulces, Nec uobis lacteus humor &c.

In uiscera uiscera condi, uel in uiscere prior magis placet
quæquam utrunq; recte, ut Virg. Conditus in nubē,
& alibi. Nota conduntur in aluo, quod superius
diximus.

Protinus ereptas uiuenti pectore fibras, uel, uiuentis, uel,
moribundo, uel, iuuenili, in multis, iuuenti, syllab
ba tamen insolita.

D iij

Palâtesq; hoies passim ac rōnis egentes, uel rōne carētes,
Aldi her, ac, omittunt supfluere putantes, licet in oī-
bus legatur, sed q̄ ibecillus uersus & oratio reddatur
iudicent q̄ numeros poeticos & sermonis puritatem
amāt, æmulatur aut̄ Lucretiū in. ij. sic elegātissime ut
Sed nil dulcius est bene q̄ munita tenere Coīa dicētē.
Edita doctrina sapientum templa serena
Despicere unde queas alios, passimq; uidere
Errare, atq; uiam palantis quærere nitæ
Quid si ga quid tenebras & nomina uana, uel, numina.
Urgeurq; eadē ueniens, urgetq; priorem, uel, Urgeurq;
prior ueniens urgetq; priorem.
Vere nouo est tunc herba nitens. Sic in plerisq; in alijs uī
rens, in alijs recens.
Spesq; hominum primo materna habitauimus alio, sic
nos ex ueteribus elegimus, in alijs, matrisq; habitus.
Adiutis aliquo conamine mēbris, uel, adiutisq; al.
Subruit hæc æui de. q. p. uel, surripit.
Solidarum morte ferarum, uel, more.
Tenuatur i auras, Aeraq; humor habet, uel, abit.
Sic toties uersa est fortuna locor, i nōnullis es, qd̄ placet
p̄ apostrophen, ut supius, sic ad feræ uenistis ab auro
Flumina profiliūt, aut excecata residūt, in (secula & c.
multis exiccata, qd̄ Regius nō inueniri & repugna
re ijs q̄ poeta dicit nimis q̄ iracūde in clamat, ego tūc
exiccari fluuium, uel, fontem dixerim, cum qua par
te solet in auras emitti, desinit.
Et Mysum, capiūsq; sui. r. q. p. Pœnituisse ferūt, alia nūc
ire Caicū, sic in plerisq; in nōnullis tñ, Emissum qd̄
placet, Virg. in Geor. Mysusq; Caicus.
Si quæras Alicen & Buran, in uulgatis, quæris & in

nonnullis, Burin, sed Pausanias & Pli. li. iij. de Helice et Bura Achaiae urbibus oli haustius meminerunt.

Qui soleant leuibus. u. c. p. uel, queis.

Corpora tabuerint, uel, tabescunt.

I quoq; delectos, uel, tu quoq; dilectos, utrumq; recte delignantur. n. unde lectae & eximie dicuntur hostiae. Et diliguntur boues ab agricola quippe, qui comites sunt in labore.

Cognita resuisu, uel, usu.

Armigerumq; Iouis Cythereadasq; columbas, uel, Cythereias omnia refragante syllaba, ut licere putauerimus Cythereiadas citra exemplum legere.

Vnquibus & puro. n. s. uel duro, puro melius.

Definet ante dies, in uulgatis, Deseret. Definet absolutum magis placet.

Sic omnia uerti Cernimus, sic in omnibus Aldi her. tempora uerti, quod minus placet.

Dixerat Aeneae cum res troiana labaret, uel, labarat. Labarabat res troiana, quo tempore nauiganti in Italiam Aeneae, haec Helenus in Epyro praedixit Virgil. teste. quem sequi uideretur Oui. sed poterat et in patria eadem praedixisse.

Externum patrio contingat amicus aruum, uel, aeternum patrio con. mutius.

Horriferum contra Borean, cum n littera scribendum metri causa, ut Virg. Magnanimum Aeneae & facta ex. s. Ald. tñ manifesto errore cum. m. impressit.

Nec formidantes ceruos icludite, uel formidatis. c. illudite.

Fando aliquem Hyppolitum uestras si contigit aures, sic in ueteribus, sed & uulgatis Virgilij imitatione manifesta, Fando aliqd si forte tuas peruenit ad aures. Aldi

tamen her. in emendatos (mea sententia) secuti codices
uestras quoq; contigit aures, sed q̄ libenter Quir-
dus Virgilium amulatus sit in imitationibus nostris
latius dicemus.

Quod uoluit finxit uoluisse & cr. u. uel, Quod uoluit
uoluisse infelix cr. u.

Damnauit meritumq; nihil pater eiecit urbe. Sic in ueter-
ribus, quos meliores experti sumus, in uulgatis argu-
it, immeritumq; pater proiecit ab urbe. Eijcere & proy-
tere ab urbe dicimus, ut Virg. Nec non Tarquinium
eiectum Porsena iubebat Accipere Cic. quid si eum ex
urbe proieceris? meritum nihil in bonam partem su-
perius quoq; uitatur. Inq; nihil merito uetus est infamia
saxo, castior mihi uisa est prior lectio.

Ego ducere uana Frena manu spumis albensibus obli-
ta luctor, sic in omnibus Aldus pro luctor lustro im-
pressit, quo sensu non satis scio.

Seu latum est patria latum p. q. Quirini, sic in omnibus
& recte Ald. her. abolita uenustissima repetitione ita
legunt, Seu latum est aliquid patria & c.

Procul ab procul omina dixit. idem Ald. her. procul o
procul omnia.

Certantq; ita dicere sortes, ita nos magis probamus q̄
uis Aldus & Regius certant addicere uentur, uel
certasq; ita dicere.

In serpente deus praenuncia sibila misit. sic in melioribus
in impressis sibila mouit.

En deus est, deus est. sic in omnibus, ut Vir. Deus ec-
ce deus. ad uerbum illud demonstrandi externationis
indiciu uidetur. Ald. her. Et deus est deus est, quod
minus placet.

Mediamq; per urbem Tendit ad incuruo munitos. a. p.
sic in omnibus Aldus. Tendit & incuruo. m. & c.
quod minus placet.

Agmenq; suum, turbæq; sequentis, uel, frequentis.

Prærupta ceruicia, uel, celestia.

Et spissi littoris Antium, sic legendum persuadet, &
Geographiæ ratio, & Valerij maximi historia, qui
Æsculapium appulisse Antium dicit, quemadmodum
& alij testantur.

Qui nominis hæres. Casares enim appellati sunt post il-
lum Imperatores, uel numinis hæres. i. potentia, aut
quia Augusto quoq; diuini honores decreti sunt.

Virg. Iurandasq; tum per nomen ponimus aras,
Dumq; tulit lucem capere, uel numen capere.

Curasq; iubebit, uel uidebit.

Spacioso limite crinem, uel, spacioso lumine, quæ uarie-
tas in Virgilianis quoq; codicibus reperitur lib. ij. æn.
Tum longo limite sulcus Dat lucem & c. sed limi-
te in utroq; poeta plures omnino habet amatores.

FINIS.

INDEX fabularum & aliorum quæ in Ouid. Metamorph ut scitu dignissima sunt ita inuenta facillima Alphabetica serie uolenti sese offerunt.

Achelouariæ formæ & lucta cum Herc.	111
Achemenides ab Æneâ liberatus, de quo Virg.	182
Achillis mors	162
Achillis arma Vlyssi data	169
Acis in fluuium	177
Aconiton è spuma cerberi	87
Actæon in ceruum	32
Adonis ex Myrrhâ iam arbore ducti	133
Adonidis cruor in florem	137
Aegæus Medeam excipit	87
Aegina olim cænopia	88
Aegeria flem in fontem tenuata	198
Aello ales	174
Æneas ad Didonem	180
Æneæ in Latium nauigatio	173
Æneas in deum indigetem	189
Æneæ naues in nymphas marinas	188
Aglauros in saxum	28
Æneæ ætas	3
Æsacus in mergum	150
Æson ex sene in iuuenem	85
Æsculapius è coronide nascitur et datur chironi alendus	24
Æsculapius in draconem	200
Æsculapius Romam aduectus	201
Ætna Siciliæ mons non semper ardebit et cur ardeat	199
Æthiopiæ lacus epotos aut insaniam aut soporem facere	199

Aglauros Cecropis filia in lapidem	28
Aiacis oratio contra Vlyssē pro armis Achillis in qua genus & gesta sua refert	163
Aiacis cruor in florem hyacinthum	169
Albanireges	189
Alcidamantis filia in columbam	86
Alcinoi naues in saxa	388
Alcione in amem	150
Altheæ fratres à Meleagro casti	102
Amasēnū Siciliæ amnem modo fluere, mō arefcere	198
Amphionis exitus	72
Anaxarete puella in lapidem	192
Andromede ceto exposita	53
Andromedes & Persei nuptiæ	54
Angues plurimi ex guttis, quæ ex obruncato Me/ dusæ capite cecidere, in Lybia natū	52
Angues ex hominum medulla	200
Anigrus amnis dulcis in amarum	198
Anij regis filia omnia in frumentum, uinum, oleum, tactu conuertentes in columbas	173
Animas transire in uaria corpora	197
Annus in quatuor tempora imitatur uitam hois	197
Antiphates læstrygonum rex	183
Antissa olim insula	198
Antigone in Ciconiam	69
Aper Calydomius	100
Apes ex tauro	199
Apes initio sine membris nasci	200
Apollo in pastorem	25
Apollo in pastorem	70
Apollo in coruum	63
Apollo in accipitrem	70

Apollo in leonē	70	nasci	200
Apollo & Neptunus i ho-		Augusti laudes	203
mines uersi edificant mu-		Aurea etas	2
ros troianos	141	Autolycus Merc. filius	143
Appulus pastor in olea/		B	
strum	188	Bacchus ex Semele Cadmiē	
Apollo in animum	143	filia	34
Aqua frigidissima infer-		Bacchi educatio	34
uentes	192	Bacchi nutrices à Medea	
Arachnes cum Pallade ceri		in iuuentute reuocatae	85
tamen	68	Bacchi nomina	42
Arachne puella i araneā	70	Bacchus in puerum	40
Arcas cū matre in sydera	22	Bacchus in Caprum	61
Arctophylax ex arcade	22	Bacchus in uuam	70
Arethusa nymphea i fōtē	65	Bacchae Thraciae in arbo-	
Argentea etas	3	res	139
Argi oculi in caudam pa-		Battus in saxum	25
uonis	13	Baucidis casa in tēplū	107
Ariadnae corona i sydus	98	Baucis ipsa in arbore	107
Aries senio confectus in		Borea uenti natura & a/	
agnum	85	mor	79
Arne in auē monedulā	88	Bura & Helice urbes sub-	
Ascalaphus in bubonē	65	mersae	198
Atalanta forma	101	Byblis Mileti filia in fontē	
Atalanta in leonā	136	tem	119
Athamantis aquis accendi		C	
lignum	199	Cadmi comites à serpēte et	
Atlas in montem	33	ipse à cadmo occiditur dū	
Atys cybelis in pinū	128	thebae conduntur	30
Atys indi forma cultus &		Cadmus & Harmonia u-	
mors	56	xor in dracones	52
Aues omnes ex oui uitello		Canis puella in uirum Ca	

<i>neum</i>	154	<i>Ceraste in Tauros</i>	128
<i>Caneus uir arborē cōgerie</i>		<i>Cerberouiso mutatum quē-</i>	
<i>oppressus in auem</i>	160	<i>dam in saxum</i>	126
<i>Cæsar in stellam</i>	203	<i>Cercopes in simias</i>	181
<i>caicū amnē iter mutasse</i>	198	<i>Chaos in quatuor elemen-</i>	
<i>Calais & Zetes p̄nati</i>	79	<i>ta</i>	1
<i>Calauræ insulæ Rex cū cō-</i>		<i>Chamæleon in uarios co-</i>	
<i>iuge in auem uersus</i>	88	<i>lores</i>	200
<i>Calisto Lycæonis filia in ur-</i>		<i>Ciconū flumē quoddā q̄ te-</i>	
<i>sam & cū filio ī sydera</i>	22	<i>tigerit in saxū uertere</i>	199
<i>Callirhoës filij infantes in</i>		<i>Cippo in fronte enata cor-</i>	
<i>iuuenes</i>	118	<i>nna</i>	198
<i>Calculi nigri ī cādidos</i>	194	<i>Circes uires</i>	180 & 184
<i>Canens Picæ uxor erepti con-</i>		<i>Clytie nymp̄ha in heliotro-</i>	
<i>iugis dolore absumpta lo-</i>		<i>pium herbam</i>	46
<i>co nomen dedit</i>	126	<i>Clytorij fontis potus abste-</i>	
<i>Canis Cephalicum fera in</i>		<i>mius facit</i>	199
<i>saxum</i>	93	<i>Coæ matronæ cornutæ</i>	86
<i>Caunus Byblidis frater</i>		<i>Combe in auem</i>	87
<i>Cauni urbis cōditor</i>	121	<i>Copiæ cornu</i>	112
<i>Celmus puer in adaman-</i>		<i>Coralium sub aqua molle</i>	
<i>tem</i>	47	<i>esse, extra aquam lapide-</i>	
<i>Centaurorum, & Lapitha-</i>		<i>scere</i>	200
<i>rum plium</i>	155	<i>Coralium ex uirgīs</i>	54
<i>Cephalus ab aurora rap-</i>		<i>Coronis in cornicem</i>	24
<i>ptus</i>	92	<i>Coruus ex cādido niger</i>	24
<i>Cephalus mutata facie Pro-</i>		<i>Coryti pater</i>	86
<i>crin uxorem sollicitat</i>	92	<i>Corynetus latto à Thesēo</i>	
<i>Cepheni tumultuantes &</i>		<i>occisus</i>	87
<i>Perseum oppugnantes, in</i>		<i>Curetes sati ab imbre</i>	47
<i>saxa</i>	56	<i>Coronas iuuenes ex fauillis</i>	
<i>Cerambus in auem</i>	86	<i>filiarum orionis</i>	174

<i>Crocus & Smilax in flores.</i>	47
<i>Crabrones ex equo.</i>	200
<i>Craim et Sybarin amnes capillos auro similes facere</i>	199
<i>Cupidinis sagittæ</i>	8
<i>Cyane nymp̃ha in aquas</i>	62
<i>Cygnus Steneli filius, & Ligurũ rex in Cygnũ aue</i>	20
<i>Cygnus Neptuni filius in auem sui nominis</i>	153
<i>Cyllari Centauri forma</i>	157
<i>Cyparissus in cupressum</i>	129
<i>Cynaræ filia in gradus templi</i>	69

D

<i>Dædali uolatus</i>	99
<i>Dædalion in accipitrem</i>	144
<i>Dei anira uxor Herculis à Nesso centauro rapta</i>	112
<i>Delos olim erratica</i>	73
<i>Daphne in laurum</i>	10
<i>Daphnis Idæus in lapidem</i>	46
<i>Derceſis babyllonia in piſcẽ & filia in columbã</i>	43
<i>Deucalionis lapides in uiros</i>	8
<i>Diana in ſelen</i>	61
<i>Diluij deſcriptio</i>	5
<i>Diomedis ſocij in aues</i>	188
<i>Draconis dentes ſati à Cadmo in uiros armatos</i>	31
<i>Draconis dentes ſati ab Iaſone in uiros armatos</i>	82
<i>Dracoperuigl ab Iaſone ſopitus</i>	83
<i>Dryope in arborem loton</i>	116

E

<i>Echidna</i>	112
<i>Echinades in ſulæ olim nymp̃hæ</i>	105
<i>Echion è terra & dentibus ſerpentis natus</i>	31
<i>Echo nymp̃ha in uocem</i>	35
<i>Edonides matres in arbores</i>	139

Echo nympha in uocem	55
Elementa inuicem transmutari	197
Electrum ex lachrymis phaëthontiadum	20
Eous solis equus	16
Ephyre in serpentem	77
Erasmus amnis nunc subterraneus fluit: nunc emergit	198
Erisichthonis impietas	108
Erisichthonis fames	108
Erisichthonis filia in uarias formas	108
Erichthonius fratri matre natus ex semine uulcani	25
Eumeli filia in uolucrum	87
Euridice ab inferis reuocata & iterum amissa	326

F

Fatis etiam dij reguntur	118
Famæ domus descriptio	112
Famis patria, & descriptio	108
Ferrea ætas	3
Formica in homines	91
Fungi in homines	87

G

Galanthis ancilla in mustellam	116
Galatæe querela de Polyphœmi amoribus	375
Galeritus auis ex scylla	98
Gargaphie uallis	32
Gigantum sanguis in homines	4
Gigantomachia	61
Glaucus piscator in deum marinum	178
Græcorum expeditio in Troianos	152

H

Hammonis templum	61
------------------	----

E

H alcyone in avem sui nominis	150
H alcyonij dies	150
H ammonis fons die frigidus noctu calefcit	199
H armonia uxor cadmi in draconem	12
H ecuba in canem	172
H eleni natiuitium	175
H eliades in populos arbores	20
H elice urbs aquis obruta	198
H emus & Rbodope in montes	69
H erculis lucta cum Acheloo	111
H ercules liberat Hefionem & capit Troiam	141
H erculis labores	112
H ercules in deum	115
H ermaphroditus & Salmacis in iunium corpus	47
H erfe amatur à Mercurio	26
H erfilia Romuli uxor in Oram deam	193
H efione Laomedontis filia ab Hercule liberata	141
H ippolitus in Virbium	198
H ippocrene fons ex ungula Pegafi	60
H ippodames & Pirithoi nuptiæ	155
H ippomenes & Atalanta in leones	136
H ominis origo	2. & 197
H ominis quatuor ætates	197
H umus floret guttis aquæ Medæ afperfa	85
H yacintus puer in florem	128
H ycinthia fefta	128
H yæna nunc mas nunc foemina	200
H ypanis amnis ex dulci amarus	198
H yries filius in olorem	86
H yrie in lacum	86

Iasonis in colchos expeditio	8
Iason aureo uellere potitur	81
Icari casus	99
Iceos somni filius	148
Inferos non esse	96
Ino in Leucotheam deam maris	51
Inus comites in saxa & aues	51
Inuidia domus & utriusq; descriptio	27
Io Inachi filia in iuencam	10
Io eadem in deam isidem	13
Iolaus ex sene in adolescentem	117
Iphis puella in puerum	122
Iphis alius Anaxaretes amore laqueo uitam finit	191
Iphigenia Agamemnonis filia	152
Isidis cultus & comites	122
Itys à matre occiditur	78
Iuno in animum	34
Iuno in uaccam	61
Iupiter in Dianam	21
Iupiter in Taurum	28 et 69
Iupiter in aurum	52.68
Iupiter in arietem	61
Iupiter in aquilam	69
Iupiter in cygnum	69
Iupiter in Satyrum	69
Iupiter in Amphitryonem	69
Iupiter in ignem	69
Iupiter in Pastorem	69
Iupiter in serpentem	69
Iupiter in aquilam	128

Jupiter & Mercurius in homines	104
Juuenius in ceruicem	86
Judex in saxum	177
L	
Labyrinthus cretensis	98
Lactea uia	3
Lampetie phaethontis soror in populum	20
Lapides à Deucalione & pyrhaiacti in homines	7
Lapitharum cum centauris pugna	155
Latonæ fuga	73
Lethæa in lapidem	126
Leucothoë Orcami regis filia in uirgam thuream	46
Leucas continens olim, nunc insula	198
Lotis nympha in Loton arborem	117
Lotos arbor ex Dryope nympha	116
Lupus in saxum	144
Lycaon in lupum	4
Lychas in scopulum	114
Lycij coloni in ranas	74
Lycus amnis hiatu absorptus alibi renascitur	198
Lyncus rex Scytharum in lyncem	66
Lyncis urina in lapidem lyncurium	200
Lyncestium amnem potum ebrietatem inducere	199
Lyriope Narcissi mater	35
M	
Magica artis dij & uires	83
Mæra in canem	86
Mare in terram	198
Mars cur arma capiat	153
Martis & Veneris adulterium	45

Marsia in fluvium	74
Meander fluvius	98
Medea amores	80
Medea ad aegcum	87
Medusei capitis sanguis in serpentes	52
Meduse capilli cur immistis serpentibus	55
Meleagri mors fatalis	103
Meleagri sorores in aves Meleagrides	104
Melicerta in Palamonem deum marinum	51
Memnonis cineres in aves memnonidas dictas	173
Menstre Erifichthonis filia in uarias formas	108
Mente nympa in Mentam herbam	37
Menephron cum matre concubuit	87
Mercurius in pastorem ad Argum	12
Mercurius in ibin	61
Merc. mutata figura Battum decipit	25
Mida contactu omnia uersa in aurum	139
Mida aures in asininas	140
Mida famuli uox in arundinetum	141
Miletus Miletu urbis conditor	119
Milon	197
Mineides in uestertiliones	49
Minois bellum contra Athenienses	88
Minotaurus	98
Moly flos	184
Mons ex planicie apud traçena factus	198
Morpheus somni filius	144
Musæ alis sumptis Pyrenei uim effugiunt	60
Muri uocales	95
Myrrhæ amor nefandus	130
Myrrha in arborem sui nominis	133

N

Naiades nymphæ in insulas echinadas	105
Nais nymphæ in piscem	43
Narcissi amor	36
Narcissus in flor. in sui nominis	38
Nasci quid sit	198
Neptunus in iuencum	69
Neleidæ ab Hercule occisi	161
Neptunus in Enipeum fluium	69
Neptunus in arietem	69
Neptunus in equum	69
Neptunus in delphinum	69
Nessi cruor	112
Niobes felicitas & superbia	70
Niobes filiorum & filiarum mors	71
Niobe in marmor	73
Nisus Scyllæ pater in balyætiæ auem	98
Numa Pompilius ad Pythagoram	195
Nutrices bacchi ex uetulis in iuuenes	85
Nyctinene in noctuam	24

O

Ocyroë Chironis filia in equam	25
Oliuæ ramus ficcus in uiridem	85
Olenus & Lethæa in lapides	126
Omnia mutari & nihil interire	196
Oppidum in stagnum	107
Orionis filia pro patria occiderunt, ex quarum fa- uillis duo iuuenes Coronæ dicti sunt orti	174
Orphei & Euridices nuptiæ	127
Orphei ad inferos descensus & oratio	127
Orphei cades	133

Ortygia insula olim mobilis	199
Orithya à Borea rapta	79

P

Palladis & Nepuni certamen de imponendo nomine urbi Athenis	69
Paris Achillem sagitta occidit	162
Palæmon & Leucothea dei marini ex mortalibus	51
Pactoli arenæ cur aureæ	140
Pallenes incolas mutari in aues	199
Pallas in uetulam	68
Pegasus fons	60
Peleus Thetidem uxorem ducit	142
Pegasus equus alatus, & Chrysaor ex Medusæ sanguine	55
Peliæ cædes	86
Pelopis humerus in eburneum	74
Pentheus à matre & materteris dilaceratur	41
Perdix avis ex Talopuero	99
Periphas & Phineus in aues	85
Perimele Hippodamantis filia in insulam	105
Pergusa lacus	62
Papiliones ex tineis agrestibus	200
Philoctete cum sagittis Herc.	163
Periclimenus Nelei filius in uarias formas	161
Persei gesta	52
Persei & Andromedæ nuptiæ	54
Pestis maxima in Ægina Acaco rege	89
Phaëthontis cum Epapho contentio	13
Phaëthontis incendium	17
Phaëthontis casus	19
Phaëthusa Phaëthontis soror in populum	20

Pharos olim insula	198
Phantasos somni filius	148
Pheneus Arcadiae lacus noctu e potus nocet: in- ter diu innoxius est	199
Philemonis Baucidis uita & conuersio	106
Phillius in cignum	86
Phœnix ex seipso nascitur	200
Philomela in lusciniam	79
Phineus Cephei frater & socij eius in saxum	19
Phlegon solis equus	16
Philamon Citharedus Apoll. filius	143
Phobetos Somni filius	148
Picus rex in auem sui nominis	184
Pici socij in uarias feras	184
Pieri & Euippes nouem filia in Picas	61
Pilemonis casa in templum	105
Pilemon in arborem	105
Pigmalionis odium in sceminas	119
Pigmalionis statua in puellam	129
Plexippus & Toxus Althææ fratres à Me- leagro occisi	102
Polydectes in saxum	60
Pyriithoi & Hippodames nuptiæ	155
Pomona dea laudes	190
Polydoricædes	170
Polymestor ab Hecuba obcaecatus	172
Polyxena imolatio	170
Polyphemonis neptis in uolucram	87
Polyphemi amor, & cantilena	176
Polyphemi immanitas	182
Progne in hirundinem	79

Proctis mors	64
Prorustes latro	87
Præus in saxum	67
Præides à furijs liberatæ	199
Proteus in varias formas	107
Protefilai cædes	153
Propæides in saxa	128
Proserpinæ raptus	62
Pygmæa in gruem	69
Pygmalionis statua eburnea in puellam	129
Python serpens occisus	8
Pythialudi	8
Pyrami & Tifbes amores	43
Pyreni scelus	60
Pyroeis solis equus	16
Pyrrhæ lapides in mulieres	7
Pythagoræ sermo	195
Pythagoras sæpius renatus	196
R	
Ramus oliuæ siccus in uiridem	85
Ramus aureus	181
Rana ex limo & ex lycijs colonis	200. & 75
Roma condita	192
Romæ laus	196
Romulibellum cum Sabinis	192
Romulus in deum	193
Romuli hasta in arborem	198
Rhodope & Hæmus in montes	69
S	
Salmacis fons semiueros facit	47 & 199
Saturnus in equum	69
Scironis ossa in scopulos, qui Scironides petreæ	88

Scithon modo uir, modo fœmina	46
Scylla Nisi filia in Cirin anem, quæ & alauda, & Galerius dicitur	98
Scyllæ Nisi amor & impietas	96
Scylla Phorcifilia media sui parte in canes la- trantes	180
Scyllæ eadem in scopulum	176
Sânislatro	87
Scythidas fœminas ueneno sparsas inmutari in aues	199
Scorpius ex Cancro	200
Serpens os Orphei petens in lapidem	139
Serpēs Cadmi comites occidit et a Cadmo occiditur	30
Serpens alius in lapidem	152
Sibylla in uocem	181
Sibyllæ uaticinium pro Ænea	181
Siciliæ descriptio	175
Semiramis in columbam	43
Smilax in florem	47
Sirenes facie uirginea, cætera uolucres	65
Solis currus	16
Solis orus	16
Solis uia	15
Solis regia	14
Solis equorum nomina	16
Somni domus descriptio	147
Somni filij	148
Semele unonis fraude a Ioue occiditur	34
Somni laudes	148
Steles puer temerarius in Stellionem	63
Sisyphus	60

T

Tantalus apud inferos	49
Telluris dea oratio	19
Tages ex gleba ortus	198
Talus puer ferræ, circiniq; inuentor in perdicem	99
Tarpeia pœnam obreclusam portam	192
Tatius cum Romulo regnavit	192
Tauri igniuomi & aripedes	82
Telchines uisu omnia mutant ab Ioue submersi	86
Thebæ conditæ	31
Thenus præcipitata	93
Thesei gesta	86
Thetis nymp̄ha in uarias formas	142
Tempus omnia destruit	197
Tempe descriptio	10
Terra in orbis speciem	2
Terram post diluuium procreasse uarias ani- malium formas	9
Tereus rex Thracum in upam	79
Tineæ in papiliones	200
Tiphoëus sub insula Sicilia	61
Typhoëus contra deos	61
Tiresias Heueni filius in sceminam, & mox in marem restitutus	35
Tiresias oculis capitur & fit augur	35
Tyros olim insula	198
Tyrreni nautæ in delphinos	40
Tisiphone	50
Tmolus mons ubi	140
Tityus apud inferos	49

V

Venus in piscem	61
Venus ex spuma maris	51
Venus Adomin amat	133
Ventorum regiones	2
Veneris & Martis adulterium	45
Vertumnus Pomona amore in varias formas	190
Via ad inferos	49
Vlysses uentos uere clausos accipit ab Æolo	183
Vlyssis oratio contra aiacem pro armis Achillis	163
Vlyssis socij in porcos, atq; ex porcis in formam pristinam	184
Visa catu um prius uiuam esse carnem, postea lambendo reduci in Vrsi formam	200
Vulpes Cephali canem fugiens, & canis ipse in saxa	92

Z

Zanclen insulam olim Italia iunctam	198
Zonis quinque & cœlum distingui & terram	2

Ne pigeat lector studiosè labeculas has operi inasper-
 fas sic purgare, ut totum tibi opus purgatissimum reddas,
 per. a. in fronte per. b. in tergo. folij errorem inuentu fa-
 cillimum quærito quo te numeri ducent Arithmetici.

uenæ peioris in aen	3.a	Et mater (quod nix mi-	
magis anxiusilla	4.a	hi contigit uni)	34.a
pietas Auguste tuor	4.a	Ultima uox positam fuit	
Substitit ut clamor	4.b	hæc spe. in unda	36.b
sed iã uada nota secãtes	7.a	Et excussum misisset in	
stabantq; sine ignibus		æquora	40.a
are	7.a	Et subit ipse, memq;	40.a
teu matris in aluo	8.a	Impediunt edere re-	
Sic deus i flãmas abiit	9.a	mos	40.b
pêdês ceruice iuuecæ	11.b	Autûni frigore tactas	41.b
Et tulit ad Clymenen	13.b	noua sacra frequetãt,	41.b
radiabãt lumie ualuæ	14.a	telasq; Calathosq;,	42.b
Sua fert uestigia uultus	14.b	Additur his Nyscusq;	42.b
Iam cognosce genus	17.a	Notitiam primosq; gra-	
Quoq; eat aut ubi sit	18.a	uus	43.a
Tum facta est libyæ	18.a	ualuas patefecit ebur-	
Et rex psule summæ	19.a	nas	45.a
Talia dicentis pars est	25.b	Sydera nũc uentiq;	46.
Spemq; suã monis	26.a	Pars abit in uites	48.b
uisãq; oculos auerit, at		De totq; sororibus	49.a
illa	27.a	uertit furiale uenenũ	50.b
nisi quem uisi fecere	27.a	Frontemq; in apertum por-	
ueniat spata uoluptas	28.b	rigit	51.a
Occupat hos morsu	30.a	cadmeida palmis	51.a
Poteras iam Cadme		(Verum si quæris)	56.a
uideri	31.b	Procubuit terræ	58.

Gamma noui fontis	60.a	submersa q̄; toto	122.b
pæonis Euipe	61.a	Exorata fero	122.b
cū tu cura q̄; leuata	64.	rapta bis coniuge	126.b
Rident pæonides	67.a	fecit de uirgine mēthā	126.b
Heu q̄tū hac Niobe, Niobe		geminato crescit amo-	
distabat ab illa	72.b	re	130.b
Illa malo est audax	72.b	Quid faciat, dubitare fa-	
Illa sorori immoritur	72.b	cit	131.a
nihil est in imagine ui-		modo uult tentare	131.a
uum	73.a	Muta silet uirgo	132.b.
Haustus aquæ mihine-		Sederat hippomenes	134.b
ctar	74.a	Est Neptunus annus	135.a
hinc placido dantur	76.a	Cōiugiū petere hoc?	135.a
ad me Philomela redi-		Fecerat ex uoto	136.b
to	76.a	Utq; suū laqueis	139.a
structa rigent solido sta-		Coniuncta q̄; tela	144.a
bulorum	77.b	spoliata q̄; tegmine	146.b
Os mutū facti caret indi-		Per somnū corpus q̄;	149.a
ce	77.b	Factus et enarrat	151.b
Cōcurrent q̄; suæ segeti	81.a	Et exprimitur p̄ dēsa	152.a
In terras abeunt Nym-		Me Tenedō chrysen q̄;	165.b
phæ	95.a	tractis q̄; comis Antistita	
præposuisse tibi	97.b	phæbi	169.b
Hippasus et primis	100.b	partes uelare tegēdas	171.a
Et quos Hippocoön	99.b	animæ tā fortis inane	171.a
et tāta cædis imago	104.a	inferere diem	173.a
Ore parit dominam quæ		Hospes ab Aonijs	174.a
iunerat	110.b	Sunt quoq; par atas	177.a
nemeæo uellere sūmā	115.a	terga ferarum	180.b
īposita clauæ cernice	115.a	Acheloidū q̄; relinqt	181.a
feras fidissime nostro	120.b	gentis q̄; admissa	181.a

fatut Achemenides	182.a	regia iura Quiriti	193.a
glande famem pellēs	183.a	patriā mutare uolēti	194.b
mille lupi mistiq; lupis	183.b	præterit & Sybarim	194.b
Forma uiro quā c. e.	184. b	uulnera dēte iuuat	195. b
Græcia tūc ponit	187.a	sine noxa luce bibunt	
at quodam tennerunt tē		tur	199.a
pore	188.a	tremulaq; cacumine pal	
improbat has pastor	188.a	mæ	200.a
hinc ubi legati	188.a		
Et quæ dempsistis	191.b		
nec in ultima ferro	192.b		

FINIS.

CAROLI VIVIANI COLLENSIS IN
PRIMUM OVI. MET A.
ARGUMENTVM.

Nascitur infirmi deductus origine mundus,
Et distincta suis variant elementa figuris.
Hinc noua diuerso labuntur secla metallo,
Vltima de ferro est, quæ nunc quoq; uiuunt, ætas.
Fit lupus Arcadiæ prædo, rapit omnia pontus.
Deucalion genus instaurat, dat cætera tellus.
Pythonis domitor puero succumbit amori,
Et dolet in laurum uerti Peneïda Phœbus.
Te pudor & facies Io, lux deficit Argum,
Dum canitur Syrinx, oculos fert Pæon: furitq;
Et dea fit cum prole Io, conuicia cuius
Passus adit Phaëthō, Clymene monstrante, parētem.

3

P. OVIDII NASONIS METAMOR-
PHOSEON LIBER PRIMVS.

Noua fert animus mutatas dicere
formas.

Corpora. Dij captis (nam uos muta-
stis, & illas)

Aspirate meis: primaq; ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cælum,
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe:
Quem dixere chaos: rudis, indigestaq; moles,
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaq; eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.
Nec noua crescendoreparabat cornua Phœbe.
Nec circumfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis, nec brachia longo
Margine terrarum porreberat Amphitrite.
Quaq; erat & tellus, illic & pontus, & aër.
Sic erat instabilis tellus, innabilis unda,
Lucis e gens aër: nulli sua forma manebat.
Obstabatq; alijs aliud: quia corpore in uno
Frigida pugnant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.
Hanc deus, & melior litem natura, diremit.
Nam cælo terras, & terris abscidit undas:
Et liquidum spisso secreuit ab aëre cælum.
Quæ postquam euoluit: cæcoq; exemit acerno:
Dissociata locis concordia pace liquit.

Ouid. Meta.

4

METAMOR.

Igneæ conuexi uis, & sine pondere cœli
Emicuit: summaq; locum sibi legit in arce.
Proximus est aer illi leuitate, locoq;
Densior his tellus elementaq; grandia traxit,
Et pressa est gravitate sui: circumfluit humor
Vltima possedit: solidumq; coercuit orbem.
Sic ubi dispositam (quisquis fuit ille deorum)
Congerenti secuit: sectamq; in membra redexit.
Principio terram, ne non equalis ab omni
Parte foret: magni speciem glomeravit in orbis.
Tum freta diffudit: rapidisq; tumescere uentis
Iussit: & ambita circumdare littora terra.
Addidit & fontes, & stagna immensa, lacusq;
Fluminaq; obliquis cinxit decliua ripis.
Quæ diuersa locis, partim sorbentur ab ipsa:
In mare perueniunt partim: campoq; recepta
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.
Iussit & extendi campos, subsidere ualles,
Fronde tegi syluas, lapidosos surgere montes.
Vtq; duæ dextra cœlum, totidemq; sinistra
Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis:
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura dei: totidemq; plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:
Nix tegit alta duas: totidem inter utranq; locauit:
Temperiemq; dedit, mista cum frigore flamma.
Imminet his aer: qui quanto est pondere terra,
Pondere aquæ leuior: tanto est onerosior igne.
Illic & nebulas, illic consistere nubes
Iussit, & humanas motura tonitrua mentes.

Et cum fulminibus facientes frigora uentos.
 His quoq; non passim mundi fabricator habendam
 Aera permisit: nix nunc obsistitur illis,
 Cum sua quisq; regat diuerso flamina tractu:
 Quin laeuent mundum: tanta est discordia fratru.
 Eurus ad auroram, nabathæaq; regna recessit,
 Persidaq; , & radijs iuga subdita matutinis.
 Vesper, & occiduo quæ littora sole tepescunt:
 Proxima sunt Zephyro. Scythiam, septemq; triones
 Horrifer inuasit Boreas. contraria tellus
 Nubibus assiduus, pluuioq; madescit ab austro.
 Hæc super imposuit liquidū, & gravitate carentē
 Aethera, nec quicquam terrena fecis habentem.
 Vix ita limitibus discreuerat omnia certis:
 Cum, quæ pressa diu massa latuere sub illa,
 Sydera ceperunt toto efferuescere cælo.
 Ne regio foret ulla suis animalibus orba:
 Astra tenet cæleste solum, formæq; deorum
 Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ.
 Terra feras cepit: uolucres agitabilis aer.
 Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ
 Deerat adhuc, & qui dominari in cætera posset:
 Natu homo est: sine hunc diuino semine fecit
 Ille opifex rerum, mundi melioris origo
 Siue recens tellus, seductaq; nuper ab alto
 Aethere cognati retinebat semina cæli.
 Quam satus Iapeto mistam fluuiabilibus undis
 Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum:
 Pronaq; cum spectent animalia cætera terram:
 Os homini sublime dedit: cælumq; uidere

METAMOR.

Iussit: & erectos ad sidera tollere uultus.
Sic modo quæ fuerat rudis, & sine imagine, tellus
Induit ignotas hominum conuersa figuras.
Aurea prima sata est ætas: quæ iudice nullo
Sponte sua sine lege fidem, rectumq; colebat:
Pœna, metusq; aberant: nec uerba minantia fixo
Aere ligabantur: nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui: sed erant sine iudice tuti.
Non dum casa suis, peregrinum ut uisceret orbem,
Montibus, in liquidas pinus descenderat undas:
Nullaq; mortales, præter sua, littora norant.
Non dum præcipites cingebant oppida fossæ:
Non tuba directi, non aris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat: sine militis usu
Mollia securæ peragebant ocia gentes.
Ipsa quoq; immunis, rastroq; intacta, nec ullis
Saucia uomeribus per se dabat omnia tellus.
Contentiq; cibus nullo cogente creatis,
Arbuteos sætus, montanaq; fraga legebant,
Cornaq; & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant paula Iouis arbore, glandes.
Ver erat æternum: placidiq; tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
Nec renouatus ager gravidis canebat aristis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant:
Flauraq; de uiridi stillabant ilice mella.
Post, quam Saturno tenebrosa in tartara misso,
Sub Ioue mundus erat: subijtq; argentea proles
Auro deterior, fuluo pretiosior ære:

Iuppiter antiqui contraxit tempora ueris:
 Perq; hyemes, æstusq; & inæquales autumnos,
 Et breue uer, spatij; exegit quattuor annum.
 Tum primum siccis aer feruoribus ustus
 Canduit: & uentis glacies astricta pependit.
 Tum primum subiere domos: domus antra fuere,
 Et densi frutices, & uinctæ cortice uirgæ.
 Semina tum primum longis cerealia sulcis
 Obruta sunt: pressiq; iugo genuere iuuenti.
 Tertia post illam successit ahenea proles
 Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma,
 Non scelerata tamen. de duro est ultima ferro.
 Protinus irrupit uenæ peioris in eam
 Omne nefas, fugere pudor, uerumq; fidesq;
 In quorum subiere locum, fraudesq; doliq;
 Infidiæq; & uis, & amor sceleratus habendi.
 Vela dabat uentis, nec adhuc bene nouerat illos,
 Nauita: quæq; diu steterant in montibus altis
 Fluctibus ignotis insultauere carina.
 Communemq; prius, ceu lumina solis, & aura
 Cautus humum longo signauit limite mensor.
 Nec tantum segetes, alimenta; debita diues
 Poscebatur humus: sed inum est in uiscera terra:
 Quasq; recondiderat, stygijsq; admouerat umbris,
 Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
 Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum
 Prodierat: prodit bellum: quod pugnat utroq;
 Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.
 Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus:
 Non socer à genero: fratrum quoq; gratia rara est:

METAMOR.

Imminet exitio utr coniugis: illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouerca.
Filius ante diem patrios inquirat in annos.
Victa iacet pietas & uirgo, cæde madentes
Vltima cælestium terras Astra reliquit.
Ne ue foret terris securior arduus æther:
Affectasse ferunt regnum cæleste Gigantes:
Altæq; congestos struxisse ad sidera montes.
Tum pater omnipotens misso perfregit olympum
Fulmine: & excussit subiectum pelion ossæ.
Obruta mole sua cum corpora dira iacerent:
Perfusam multo natorum sanguine terram
Immaduisse ferunt: calidumq; animasse cruorem:
Et, ne nulla suæ stirpis monumenta manerent:
Infaciem uertisse hominum, sed & illa propago
Contemptrix superum seuæq; auarissima cædis,
Et uiolenta fuit: scires è sanguine natam.
Quæ pater ut summa uidit Saturnius arce:
Ingemit: & facto non dum uulgata recens
Fæda Lycaonia referens conuiuia cæne,
Ingentes animos dignas Ioue concipit iras:
Conciliuq; uocat, tenuit mora nulla uocatos.
Est uia sublimis cælo manifesta sereno,
Lacte a nomen habet, candore notabilis ipso.
Hac iter est superis ad magni tecta tyranni
Regalemq; domum: dextra, læuæq; deorum
Atria nobilium ualuës celebrantur apertis.
Plebs habitat diuersa locis: à fronte potentes
Cælicolæ, clariq; suos posuere penates
Hic locus est: quem (si uerbis audacia demur)

Haud timeam magni dixisse palatia cœli.
 Ergo, ubi marmoreo superi sedere recessu:
 Celsior ipse loco, sceproq; insignis eburno,
 Terrificam capitis concussit terq;, quaterq;
 Cæsariem: cum qua terram, mare, sidera mouit.
 Talibus inde modis ora indignantia soluit.
 Non ego pro mundi regno magnis anxius illa
 Tempestate fui: qua centum quisq; parabat
 In iungere anguipedum captiuo brachio cœlo.
 Nam, quanquã ferus hostis erat: tamen illud ab una
 Corpore, & ex una pendebat origine bellum.
 Nunc mihi, qua totum nereus circumsonat orbem:
 Perdendum est mortale genus: per flumina iuro
 Infera, sub terras stygio labentia luco.
 Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus
 Ense recidendum est: ne pars sincera trahatur.
 Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni,
 Et Nymphae, Satyriq;, & monticolæ Syluani:
 Quos quoniam cœli non diu dignamur honore:
 Quas dedimus, certe terras habitare sinamus.
 An satis ò superi utos fore creditis illos?
 Cum mihi, qui fulmen, qui uos, habeoq;, regoq;:
 Struxerit insidias notus feritate Lycaon?
 Contrenuere omnes: studijsq; ardentibus ausum
 Tali adeposcunt. Sic, cum manus impia scuit
 Sanguine cæsareo romanum extinguere nomen:
 Atonitum tanto subitæ terrore ruinae
 Humanum genus est: totusq; perhorruit orbis.
 Nec tibi grata minus pietas Augusta tuorum:
 Quàm fuit illa Ioui, qui postquam uoce, manuq;

METAMOR.

Murmura compressit: tenuere silentia cuncti.
Subsistit ut clamor pressus gravitate regentis:
Iuppiter hoc iterum sermone silentiarupit.
Ille quidem poenas (curam hanc dimittere) soluit.
Quod tamen admissum, quæ sit uindicta, docebo.
Contigerat nostras infamia temporis aures:
Quam cupiens falsam, summo delabor Olympo:
Et deus humana lustro sub imagine terras.
Longa mora est, quantum noxæ sit ubiq; repertum
Enumerare: minor fuit ipsa infamia uero.
Manalatransieram latebris horrenda ferarum,
Et cum Cylleno gelidi pineta Lycei:
Arcados hinc sedes, & inhospita tecta tyranni
Ingredior: traherent cum sera crepuscula noctem.
Signa dedi uenisse deum: uulgusq; precari
Cæperat: irridet primopia uota Lycaon:
Mox ait, experiar, deus hic discrimine aperto,
An sit mortalis: nec erit dubitabile uerum.
Nocte grauem somno, nec opina perdere morte
Me parat: hæc illi placet experientia ueri.
Nec contentus eo est missi de gente molossa
Obsidis unius iugulum mucrone resoluit:
Atq; ita semineces partim feruentibus artus
Mollit aquis: partim subiecto torruit igni.
Quos simul imposuit mensis: ego uindice flamma
In dominum dignosq; eueri tecta penates.
Territus ipse fugit: nactusq; silentia ruris
Exululat: frustra q; loqui conatus, ab ipso
Colligit os rabiem: solitæq; cupidine cadis
Vertitur in pecudes: & nunc quoq; sanguine gaudet.

In illos abeunt uestes: in cura lacerti:
Fit lupus: & ueteris seruat uestigia formæ.
Canicies eadem est: eadem uiolentia uultus:
Idem oculi lucent: eadem feritatis imago est.
Occidit una domus: sed non domus una perire
Digna fuit: qua terra patet, ferare regnat erinnys.
In facinus iurasse putes, dent ocyus omnes,
Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas.
Dista Iouis pars uoce probant: stimulosq; frementi
Adiciunt: alij partes assensibus implent.
Est tamen humani generis iactura dolori
Omnibus: & quæ sit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant: quis sit laurus in aras
Thura: feris ne paret populandas tradere terras.
Talia quærentes (sibi enim fore cetera cura)
Rex superum trepidare uetat: scibolemq; priori
Dissimilem populo promittit origine mira.
Iamq; erat in totas sparsurus fulmina terras:
Sed timuit, ne furte sacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammæ: tonusq; ardesceret axis.
Esse quoq; in fati reminiscitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli
Ardeat: & mundi moles operosa labore.
Tela reponuntur manibus fabricata cyclopi:
Pœna placet diuersa: genus mortale sub undis
Perdere: & ex omni nimbos dimittere cœlo.
Protinus æolijs aquilonem claudit in auris:
Et quæcunq; fugant inductas flamina nubes:
Emittitq; notam, madidis notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine uultum.

METAMOR.

B arba grauis nimbis. canis fluit unda capillis.
F ronte sedent nebulae. rorant pennaeq; sinusq;
V tq; manu latae pendentia nubila pressit:
F it fragor: & densi funduntur ab aethere nimbi.
N unta iunonis uarios induta colores
C oncipit Iris aquas: alimenta q; nubibus affert.
S ternuntur segetes: & deplorata colonis
V otaiacent: longiq; perit labor irritus anni.
N ec caelo contenta suo est Iouis ira: sed illum
C aeruleus frater iuuat auxiliariis undis.
C onuocat hic amnes: qui postquam tecta tyranni
I ntrauere sui: non est hortamine longo
N unc ait utendum: uires effundite uestras:
S ic opus est: aperite domos: ac mole remota
F luminibus uestris totas immitte habenas.
I usserat. hircedunt: ac fontibus ora relaxant:
E t defrenato uoluntur in aequora cursu.
I pse tridente suo terram percussit: at illa
I ntremuit: motuq; uias patefecit aquarum.
E xpatiata ruunt per apertos flumina campos:
C umq; satis arbusta simul, pecudesq; uirosq;
T ectaq; cumq; suis rapiunt penetralia sacris.
S iqua domus mansit, potuitq; resistere tanto
I ndeiecta malo: culmen tamen altior huius
V nda tegit: pressaq; latent sub gurgite turres.
I amq; mare, & tellus nullum discrimen habebat:
O mnia pontuserat: deerant quoq; litora ponto.
O ccupat hic collem. cymba sedet alter adunca:
E t ducit remos illic, ubi nuper arabat.
I lle super segetes, aut mersae culmina uillae

Navigat hic summa piscem deprendit in ulmo.
Figitur in viridi (si fors tulit) anchora prato:
Aut subiecta tegunt curvae uineta carinae:
Et modo qua graciles gramen carpere capellae:
Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocae.
Mirantur sub aqua lucos, urbesq; domosq;
Nereides: sylvasq; tenent delphines: & altis
Incursant ramis: agitataq; robor a pulsant.
Nat lupus inter oues. fuluos uehit unda leones.
Vida uehit tigres. nec uires fulminis apro,
Crura nec ablato profunt uelocia ceruo.
Questusq; diu terris ubi sistere possit,
In mare lassatis uolucris uaga decidit alis.
Obruerat tumulos immensa licentia ponti:
Pulabantq; noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars unda rapitur. quibus unda pepercit,
Illos longa domant inopi ieiunia uictu.
Separat Aonios aetæis phocis ab aruis
Terra ferax, dum terra fuit: sed tempore in illo
Pars maris, & lauis subitarum campus aquarum.
Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus
N.omine Parnasus: superatq; cacumine nubes.
Hic ubi Deucalion (nam cætera texerat æquor)
Cum consorte tori parua rate uectus adhesit:
Corycidas nymphas, & numina montis adorat,
Fandicamq; Themim: quæ tunc oracula tenebat.
Non illo melior quisquam, nec amantior æqui
Vir fuit: aut illa reuerentior ulla deorum.
Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem,
Et superesse uirum de tot modo millibus unum,

sic

METAMOR.

Et superesse uidet de tot modo millibus unam,
Inocuos ambos, cultores numinis ambos:
Nubila disiecit: nimbisq; aquilone remotis,
Et cælo terras ostendit, & æthera terris.
Nec maris ira manet: positoq; tricuspide telo
Mulcet aquas rector pelagi: supraq; profundum
Ex tantem, atque humeros innato murice tectum
Cæruleum Tritona uocat: conchaq; sonanti
Inspirare iubet: fluctusq; & flumina signo
Iam reuocare dato. caua buccina sumitur illi,
Torilis in latum quæ turbine crescit ab imo:
Buccina, quæ medio concepit ubi æra ponto:
Littora uoce replet sub utroq; iacentia phæbo.
Tum quoq; ut ora dei madidaroranti abarba
Contigit: & cecinit iussos inflata recessus:
Omnibus audita est telluris, & æquoris undis.
Et quibus est undis audita, coercuit omnes.
Iam mare litus habet. plenos capit aluenus amnes.
Flumina subsidunt. colles exire uidentur.
Surgit humus. crescunt loca de crescentibus undis.
Postq; diem longam nudata cacumina syluæ
Ostendunt: limumq; tenent in fronde relictum.
Reditus orbis erat: quem postquam uidit inanem,
Et desolatas agere alta silentia terras,
Deucalion lachrymis ita Pyrrham affatur obortis.
Osoror, o coniux, o scæmina sola superstes,
Quam commune mihi genus, & patruelis origo,
Deinde torus innox: nunc ipsa pericula iungunt:
Terrarum, quas cunque uident occasus, & ortus:
Nos duo urba sumus: possedit cætera pontus.

Hæc quoq; adhuc uitæ non est fiducia nostræ
 Certa satis: terrent etiam nunc nubila mentem.
 Quis tibi, si sine me satis erepta fuisses:
 Nunc animus miseranda foret? quo sola timorem
 Ferre modo posses? quo consolante doleres?
 Nanq; ego (crede mihi) si te modo pontus haberet:
 Te sequerer coniux: & me quoq; pontus haberet.
 O utinam possem populos reparare paternis
 Artibus: atq; animas formatae infunderet terræ.
 Nunc genus in nobis restat mortale duobus.
 (Sicut sum est superis) hominūq; exēpla manemus.
 Dixerat: & flebant. placuit cœleste precari
 Numen: & auxilium per sacras querere sortes.
 Nulla mora est: aduenit pariter Cephisidas undas,
 Et non dum liquidas, sed iam uada nota secantes
 Inde ubi libatos irrorauere liquores
 Vestibus, & capiti: flectunt uestigia sanctæ
 Ad delubra deæ: quorum fastigia turpi
 Pallebant musco: stabantq; sine iginibus aræ
 Ut templi tetigere gradus: procumbit uterq;
 Pronus humi: gelidoq; pauens dedit oscula saxo.
 Atq; ita, si precibus (dixerunt) numina iustis
 Victare mollescunt: si flectitur ira deorum:
 Dic Themî, qua generis damnum reparabile nostri
 Arte sit: & inersis fer opem mitissima rebus.
 Mota dea est: sortemq; dedit, discedite templo:
 Et uelate caput: cinctasq; resoluite uestes:
 Ossaq; post tergum magnæ iactate parentis.
 Obstupuere diu: rupitq; silentia uoce
 Pyrha prior: iussisq; monitis dea parererecusat.

METAMOR.

D etq; sibi ueniam pauido rogat ore: pauetq;
L adere maternas iactatis ossibus umbras.
I nterea repetunt cæcis obscura latebris
V erba datæ sortis secum: inter seq; uolutant.
I nde Promethides placidis Epimethida dictis
M ulcet: Et aut fallax (ait) est solertia nobis:
A ut pia sint, nullumq; nefas oracula suadent.
M agna parens terra est: lapides in corpore terra,
O ssa reor dici: iacere hos post terga iubemur.
C onjugis augurio quanquam titania mota est:
S pes tamen in dubio est: adeo cœlestibus ambo
D iffidunt monitis: sed quid tentare nocebit?
D iscedunt: uelantq; caput: tunicasq; recingunt:
E t iussos lapides sua post uestigia mittunt.
S axa (quis hoc credat, nisi sit pro teste uetustas?)
P onere duritiã cœpere, suumq; rigorem:
M olliriq; mora: mollitaq; ducere formam.
M ox, ubi creuerunt, naturaq; mitior illis
C ontigit: ut quædam, sic non manifesta uideri
F orma potest hominis: sed uti de marmore cœpta,
N on exacta satis, rudibusq; simillima signis.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo,
E t terrena fuit: uersa est in corporis usum.
Quod solidum est, flectiq; nequit: mutatur in ossa.
Quæ modo uena fuit: sub eodem nomine mansit.
I nq; breui spatio superiorum numine saxa
M issa uiri manibus faciem traxere uirorum:
E t de fœmineo reparata est fœmina iactu.
I nde genus durum sumus, experiensq; laborum:
E t documenta damus, qua sumus origine nati.

Cætera diuersis tellus animalia formis
 S ponte sua peperit: postquam uetus humor ab igne
 Percaluit solis: cœnumq; uicq; paludes
 Innumere æstu: fecundaq; semina rerum
 Vinaci nutrita solo, ceu metris in aluo
 Creuerunt: faciemq; aliquam capere morando.
 Sic, ubi deseruit madidos septenfluus agros
 Nilus: & antiquo sua flumina reddidit alueo:
 Aetheroq; recens exarsit sydere limus:
 Purima cultores uersis animalia glebis
 Inueniunt: et in his quædã modo cæpta p ipsum
 Nascendi spatium, quædam imperfecta suisq;
 Trunca uident humeris: & eodem in corpore sepe
 Altera pars uiuit: rudis est pars altera tellus.
 Quippe, ubi temperiem sumpsere humorq; calorq;
 Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus.
 Cumq; sit ignis aquæ pugna uapor humidus oēs
 Res creat: & discors concordia factibus apta est.
 Ergo, ubi diluuiio tellus lutulenta recentis
 Solibus ætherijs, altoq; recanduit æstu:
 Edidit innumeras species: partimq; figuras
 Retulit antiquas: partim noua monstra creauit.
 Illa quidem nollet: sed te quoq; maxime Python
 Tum genuit: populisq; nouis incognite serpens
 Terror eras: tantum spatij de monte tenebas.
 Hunc deus arcitenens, & nunquam talibus armis
 Ante, nisi in damis, capreisq; fugacibus usus.
 Mille grauem telis exhausta penè pharetra
 Perdedit effuso per uulnera nigra ueneno.
 Neue operis famam posset delere uenustas:

METAMOR.

Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomiti serpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicumq; manu, pedibus'ue, rota'ue
Vicerat: esculeæ capiebat frondis honorem.
Non dum Laurus erat: longoq; decencia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.
Primus amor Phœbi Daphne Peneïa: quem non
Sors ignara dedit: sed saeva cupidinis ira.
Delius hunc nuper uicto serpente superbus
Viderat adducto flectentem cornua neruo:
Quidq; tibi lasciuie puer cum fortibus armis?
 (Dixerat) ista decent humeros gestamina nostros:
Qui dare certa fera, dare uulnera possumus hosti:
Qui modo pestifero tot iugera uentre prementem
Strauimus innumeris tumidum Pythona sagittis,
Tu face nescio quos esto contentus amores
Irritare tua nec laudes asserere nostras.
Filius huic Veneris, figat tuus omnia Phœbe:
Te meus arcus (ait) quantoq; animalia cedunt
Cuncta deo: tanto minor est tua gloria nostra.
Dixit: & eliso percussis aere pennis
Impiger umbrosa parnasi constitit arce:
Atq; sagittifera prompsit duo tela pharetra
Diuersum operum: fugat hoc, facit illud amorem:
Quod facit, auratum est: & cuspide fulget acuta:
Quod fugat, obtusum ē: et habet sub arūdiue plūbū.
Hoc deus in nympha Peneide fixit: at illo
Læsit apollineas traiecta per ossa medullas.
Protinus alter amat: fugit altera nomen amantis,
Syluarum latebris, captiuarumq; ferarum
E xiiiijs

E xuijs gaudens, innuptaq; amula Phœbes.
V itta coërcebat positos sine lege capillos.
Multi illam petiere: illa auersata petentes
Impatiens, expersq; uiri nemora auia lustrat:
Nec qd hymen, qd amor, qd sint connubia, curat.
Sæpe pater dixit, generum mihi filia debes:
Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes.
Illa uelut crimen tedas exosa iugales,
Pulchra uerecundo suffundens ora rubore,
Inq; patris blandis hærens ceruice lacertis,
Da mihi perpetua genitor carissime, dixit,
Virginitate frui: dedit hoc pater ante Diana.
Ille quidem obsequitur: sed te decor iste, quod optas
Esse uetat: notoq; tuo tua forma repugnat.
Phœbus amat: uisq; cupit connubia Daphnes:
Quodq; cupit, sperat: suaq; illum oracula fallunt.
Vtq; leues stipulæ demptis adolentur aristis:
Vt facibus sepes ardent: quas forte uiator
Vel nimis admonuit: uel iam sub luce reliquit:
Sic deus in flammâ abiit: sic pectore toto
Vritur: & sterilem sperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos:
Et quid, si comantur (ait) uidet igne micantes
Syderibus similes oculos: uidet oscula: quæ non
Est uidisse satis: laudat digitosq; manusq;
Brachiaq; & nudos media plus parte lacertos.
Siqua latent, meliora putat. fugit ocyor aura
Illa leui: neq; ad hæc reuocantis uerba resistit.
Nympha precor peneia mane, non insequor hostis:
Nympha mane. sic agna lupum, sic cerva leonem,

METAMOR.

Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae,
 Hostes quæq; suos . amor est mihi causa sequendi.
 Me miserum , ne prona cadas : indignâ ue ladi
 Crura notent sentes : Et sim tibi causa doloris.
 Aspera , quâ properas , loca sunt : moderantius oro,
 Curre : fugamq; inhibe : moderantius insequar ipse.
 Cui placeas , inquire tamen : non incola montis
 Non ego sum pastor : non hic armenta , gregesq;
 Horridus obseruo : nescis temeraria : nescis
 Quem fugias : ide oq; fugis . mihi Delphica tellus,
 Et Claros , Et Tenedos , Pataraaq; regia seruit.
 Iuppiter est genitor . per me quod eritq; , fuitq;
 Estq; , patet . per me concordant carmina , neruis.
 Certa quidem nostra est : nostra tamen una sagitta
 Certior : in uacuo quæ uulnera pectore fecit .
 Inuentum medicina meum est : opiferq; p orbem
 Dicor : Et herbarum subiecta potentia nobis .
 Hei mihi , quod nullis amor est medicabilis herbis :
 Nec profunt domino , quæ profunt omnibus , artes .
 Pura locuturum timido Peneia cursu
 Fugit : cumq; ipso uerba imperfecta reliquit .
 Tunc quoq; uisa decens : nudabant corpora uentis
 Obuiaq; aduersas uibrabant flamina uestes :
 Et leuis impulsos retro dabat aura capillos .
 Aucta fuga forma est : sed enim non sustinet ultra
 Perdere blandicias iuuenis deus : utq; monebat
 Ipse amor , admissis sequitur uestigia passu .
 Ut canis in uacuo leporem cum gallicus aruo
 Vidit : Et hic prædam pedibus petit : ille salutem .
 Alter in hæfuro similis iamiamq; tenere

S perat: & extenso stringit uestigia rostra.
A lter in ambiguo est, an sit comprehensus: & ipse
Morsibus eripitur: tangentiq; ora relinquit.
S ic deus, & uirgo est: hic spe celer: illa timore.
Qui tamen insequitur pennis adiutus amoris,
Ocyor est: requiemq; negat: tergoq; fugacis
Imminet: & crinem sparsum ceruicibus afflat.
Viribus absumptis expalluit illa: citæq;
Victa labore fugæ, spectans Peneidas undas,
Fer pater (inquit) opem: si flumina numen habetis.
Qua nimium placui, tellus aut hisce: uel istam,
Quæ facit, ut lædar, mutando perde figuram.
Vix prece finita, torpor grauis occupat artus:
Mollia cinguntur tenui præcordia libro:
In frondem crines: in ramos¹ brachia crescunt:
Pes modo tam uelox pigris radicibus hæret:
Ora cacumen habent: remanet nitor unus in illa.
Hanc quoq; Phœbus amat: positaq; in stipite dextra
Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus:
Complexusq; suis ramos ut membra lacertis,
Oscula dat ligno: refugit tamen oscula lignum.
Cui deus, at quoniam coniux mea non potes esse,
Arbor eris certe (dixit) mea: semper habebunt
Te coma, te citharæ, te nostræ Laure pharetræ.
Tu ducibus letis aderis: cum læta triumphum
Vox canet: & longas uident capitolia pompas.
Postibus angustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis: mediamq; tuebere quercum.
Vtq; meum intonsis caput est iuuenile capillis:
Tu quoq; perpetuos semper gere frondis honores.

METAMOR.

Finierat Pæan: factis modo laurea ramis
Annuat: utq; caput uisa est agitaſſe cacumen.
Eſt nemus hæmonia, prærupta quod undiq; claudit
Sylua: uocant tempe: per quod Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumofis uoluitur undis:
Dieclūq; graui tennes agitantiã ſumos
Nubila conducit, ſummisq; aſpergine ſyluis
Influit: & ſonitu plus quàm uicina fatigat.
Hæc domus, hæc ſedes, hæc ſunt penetralia magni
Amnis: in his reſidens factò de cauitibus antro
Vndis iura dabat, nymphisq; colentibus undas.
Conueniunt illuc popularia flumina primum
Neſcia gratentur, conſolentur ne parentem.
Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus,
Eridanusq; ſenex, lenisq; Amphryſus, & Æas:
Moxq; amnes alij, qui quã tulit impetus illos,
In mare deducunt feſſas erroribus undas.
Inachus unus abeſt: imoq; reconditus antro
Fletibus auget aquas: natamq; miſerrimus **I**o
Luget ut amiſſam: neſcit uita ne fruatur:
An ſit apud manes: ſed quam non inuenit usquã:
Eſſe putat nuſq; atq; animo peiora ueretur.
Viderat à patriore deũtem Iuppiter illam
Flumine: & ò uirgo Ioue digna, tuoq; beatum
Neſcio quem factura toro, pete dixerat umbras.
Aut horũ, aut horũ nemorũ (et monſtrauerat ambas)
Dum calet, & medio ſol eſt altiffimus orbe.
Quod ſi ſola times latebras intrare ferarum:
Præſide iuta deo nemorum ſecreta ſubibis:
Nec de plebe deo: ſed qui cœleſtia magna

S ceptra manu teneo: sed qui uaga fulmina mitto.
 N e fuge me: fugiebat enim. iam pascua Lernæ,
 C onfitaq; arboribus Lyrceareliquerat arua:
 C um deus inducta latas caligine terras
 O cculuit: tenuitq; fugam: rapuitq; pudorem.
 I nterea medios Iuno despexit in agros:
 E t noctis faciem nebulas fecisse uolucres
 S ub nitido mirata die, nec fluminis illas
 E sse, nec humenti sensit tellure remitti:
 A tq; suus coniux ubi sit circumspicit: ut quæ
 D eprensi toties bene nosset furta mariti.
 Q uem postquam cælo non repperit: aut ego fallor:
 A ut ego lædor, ait: delapsaq; ab æthere summo
 C onstitit in terris: nebulasq; recedere iussit.
 C oniugis aduentum præsenferat: inq; nitentem
 I nachidos uultus mutauerat ille iuuenam.
 B os quoq; formosa est. speciem Saturnia uacca,
 Q uanquam inuita, probat: nec non et cuius, et unde,
 Q uo'ue sit armento, uerè quasi nescia querit.
 I uppiter è terra genitam mentitur: ut auctor
 D esinat inquiri: petit hanc Saturnia munus.
 Quid faciat? crudele suos addicere amores:
 N on dare, suspectum, pudor est, qui suadeat, illud:
 H inc dissuadet amor. uictus pudor esset amore.
 S ed leue si munus sociæ generisq; toriq;
 V acca negaretur: poterat non uacca uideri.
 P ellice donata non protinus exiit omnem
 D iua metum: timuitq; Iouem: & fuit anxia furæ:
 D onec Aristoridæ seruandam tradidit Argo.
 C entum luminibus cinctū caput Argus habebat:

METAMOR.

I nde suis uicibus capiebant bina quietem:
 C ætera seruabant: atq; in statione manebant.
 C onstitit at quocunq; modo: spectabat ad Io:
 A nte oculos Io, quamuis auersus, habebat.
 L uce finit pasci: cum sol tellure sub alta est:
 C laudit: & indigno circumdat uincula collo:
 F rondibus arboreis, & amara pascitur herba:
 P roq; toro, terra non semper gramen habenti
 I ncubat infelix: limosaq; flumina potat.
 I lla etiam supplex Argo cum brachia uellet
 T endere: non habuit quæ brachia tenderet Argo.
 E t conata loqui, mugitus edidit ore:
 P eramuitq; sonos: propriaq; exterrita uoce est.
 V enit & ad ripas, ubi ludere sæpe solebat:
 I nachidas ripas: nonaq; ut conspexit in unda
 C ornua: peramuit: seq; externata refugit.
 N aiades ignorant, ignorat & Inachus ipse,
 Quæ sit: at illa patrem sequitur: sequiturq; sorores:
 E t patitur tangi: seq; admirantibus offert.
 D ecerptas senior porrexerat Inachus herbas:
 I lla manus lambit: patrijsq; dat oscula palmis:
 N ecretinet lachrymas: & si modo uerba sequantur.
 O ret opem: nomenq; suum, casusq; loquatur.
 L ittera pro uerbis, quam pes in puluere duxit.
 C orporis indicium mutati triste peregit.
 M e miserum, exclamat pater Inachus: inq; gemētis
 C ornibus, & niuæ pendens ceruicæ iuuentæ
 M e miserum, ingeminat: tu ne es quesita per omnes
 N ata nihil terras? tu non inuenta, reperta es.
 L uctus eras leuior, retices: nec mutua nostris

D ista refers: alto tantum supiria ducis
 P ectore: quodq; unū potes, ad mea uerba remugis.
 A t tibi ego ignarus thalamos, tēdasq; parabam:
 S pesq; fuit generi mihi prima: secunda nepotum.
 D e grege nūc tibi uir, nūc de grege natus habēdus,
 N ec finire licet tantos mihi morte dolores:
 S ed nocet esse deum: praeclusaq; ianua leti
 A eternum nostros luctus extendit in æuū.
 T alia mcerenti stellatus summonet Argus:
 E reptamq; patri diuersa in pascua natam
 A bstrahit: ipse procul montis sublime cacumen
 O ccupat: unde sedens partes speculatur in omnes.
 N ec superum rector mala tanta Phoronidos ultra
 F erre potest: natumq; uocat: quem lucida partu
 P leias enixa est: letoq; det, imperat, Argum.
 P arua mora est, alas pedibus uirgamq; potenti
 S omniferam sumpsisse manu, tegimenq; capillis.
 H æc ubi disposuit: patria tone natus ab arce
 D esilit in terras: illic tegimenq; remouit:
 E t posuit pennas: tantummodo uirga retenta est.
 H ac agit, ut pastor per deuia rura capellas
 D um uenit, adductas: & structis cantat auenis.
 V oce nouæ captus custos Iunoniæ artis,
 Q uisquis es, hoc poteris mecum considerare saxo
 A rgus ait: neq; enim pecori fecundior ullo
 H erba loco est: aptamq; uides pastoribus umbram.
 S edit Athlantiades: & euntem multa loquendo
 D etinuit sermone diem: iunctisq; canendo
 V incere arundinibus seruantia lumina tentat.
 I lle tamen pugnat molles euincere somnos.

METAMOR.

Et quamuis sopor est oculorum parte receptus:
Parte tamen uigilat: quærit quoq; (nanq; reperta
Fistula nuper erat) qua sit ratione reperta.
Tum deus, Arcadiæ gelidis in montibus inquit,
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias una fuit: nymphæ Syringa uocabant.
Non semel & Satyros eluserat illa sequentes:
Et quoscuq; deos, umbrosaq; sylua, feraxq;
Rus habet: Ortygiam studijs, ipsamq; colebat
Virginitate deam: ritu quoq; cincta Dianæ
Falleret, ut credi posset Latonia: si non
Corneus huic arcus, si non foret aureus illi.
Sic quoq; fallebat, redeuntem colle Lycæo
Pan uidet hanc: pinuq; caput præcinctus acuta
Talia uerba refert, restabat uerba referre:
Et precibus spreis fugisse per ania nympham:
Don ec arenosi placidum Ladonis ad amnem
Venerat. hic illam cursum impediens undis
Vt se nutarent, liquidas orasse sorores:
Panaq; cum prensam sibi iam Syringa putaret:
Corpore pro nymphæ calamos tenuisse palustres:
Dumq; ibi suspirat, motos in arundine uentos
Effecisse sonum tenuem, similemq; querenti:
Arte noua, uocisq; deum dulcedine captam
Hoc mihi consilium tecum dixisse manebit:
Atq; ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se iunctis nomen tenuisse puellæ.
Talia dicturus, uidit Cyllenius omnes
Succubuisse oculos, adopertaq; lumina somno.

S upprimit extemplo uocem : firmatq; soporem
 L anguida permulcens medicata lumina uirga.
 N ec mora , falcato nutantem uulnerat ense,
 Q ua collo est confine caput : saxoq; cruentum
 D eicit : & maculat præruptam sanguine rupem.
 A rge iaces : quodq; in tot lumina lumen habebas,
 E xinctum est : centumq; oculos nox occupat una.
 E xcipit hos : uolucrisq; suæ Saturnia pennis
 C ollocat : & gemmis caudam stellantibus implet.
 P rotinus exarsit : nec tempora distulit ira :
 H orriferamq; oculis , animoq; obiecit Erinnym,
 P ellicis argolicæ stimulosq; in pectore cæcos
 C ondidit : & profugam per totum terruit orbem.
 V ltimus immenso restabas Nile labori .
 Q uem simulac tetigit : positusq; in margine ripæ
 P rocubuit genibus : resupinoq; ardua collo,
 Q uos ponit , solos tollens ad sidera uultus,
 E t gemu , & lachrymis , & luctiferno mugitu
 C um Ioue uisa queri est : finemq; orare malorum.
 C onuigis ille suæ complexus colla lacertis,
 F iniat ut pœnas tandem , rogat : inq; futurum
 P one metus , inquit , nunquam tibi causa doloris
 H ac erit : & stygias iubet hoc audire paludes .
 V t lenita dea est : uultus capit illa priores :
 F itq; , quod ante fuit , fugiunt de corpore setæ .
 C ornua decrescunt . fit luminis arctior orbis .
 C ontrahitur rictus . redeunt humeriq; , manusq; .
 V ngulaq; in quinos dilapsa absumitur ungues .
 D e boue nil superest , formæ nisi candor , in illas
 O fficioq; pedum nympe contenta duorum

METAMOR.

E rigitur:metuitq; loqui,ne more iuuenca
M ugiat:Et timide uerba intermissa retentat:
N unc dea niligena colitur celeberrima turba.
H inc Epaphus magni genitus de semine tandem
C reditur esse Iouis:perq; urbes iuncta parenti
T empla tenet.suit huic animis equalis, Et annis
S ole satius Phaeton:quē quondam magna loquētē
N ec sibi cedentem phæboq; parente superbum
N on tulit Inachides:matriq; (ait) omnia demens
C redis:Et es tumidus genitoris imagine falsi.
E rubuit Phaethon:iramq; pudore repressit:
E t tulit ad Clymenem Epaphi conuicia matrem.
Q uoq; magis doleas genitrix (ait) en ego liber
I lle ferox,tacui:pudet hæc opprobria nobis
E t dici potuisse:Et non potuisse refelli.
A t tu, si modo sum cœlesti stirpe creatus:
E de notam tanti generis:meq; assere cœlo.
D ixit:Et implicuit materno brachia collo:
P erq; suum, Meropisq; caput, tedasq; sororum
T raderet (orauit) ueri sibi signa parentis.
A mbiguum ē Clymene precibus Phaëthōtis, an ira
M ota magis dicti sibi criminis, utraq; cœlo
B rachia porrexit: spectansq; ad lumina solis,
P er iubar hoc (inquit) radijs insigne coruscis
N ate tibi iuro, quod nos auditq;, uidetq;:
H oc te, quem spectas: hoc te, qui temperat orbem:
S ole satum: si ficta loquor: neget ipse uidentum
S e mihi: sitq; oculis lux ista nouissima nostris.
N ec longus patrios labor est tibi nosse penates.
V nde oritur terræ domus est contermina nostræ.

S i modo fert animus: gradere: et scitabere ab ipso:
E micat extemplo latus post talia matris
D icta sua Phaëthon: & concipit æthera mente.
A Æthiopasq; suos, positosq; sub ignibus Indos
S ydereis transit: patriosq; adii impiger ortus.

CAR. VIVIANI Collensis in secundū Metæ:
 Argumentum.

R egia flammiferi describitur aurea Solis.
 Et patrios ausus Phaeton conscendere currus
 Diripitur preceps, queriturq; incendia Tellus,
 Populeam mæstæ faciem traxere sorores
 Fit noua Cygnus avis, fit Parrhasis urfa, fit astrū
 Cum prole. amisso coruus candore nigrescit.
 Condito Erichthonio fit cornix Thessala uirgo
 Noctua Nyctimene, quadrupes Chirōis alumna:
 Fit Phæbus pastor, Battus lapis inde, lapisq;
 Cecropis inuidiæ sacro irritata ueneno,
 Iuppiter in taurum transit, mediasq; per undas
 Ardet amans, tergoq; suos fert lætus amores.

P. OVI. NASO. METAMOR-
PHOSEOS. LIB. II.

Regia solis erat sublimibus alta co-
 lumnis,
 Clara micante auro, flammisq; imi-
 tante pyropo:
C uius ebur nitidum fastigia summa tenebat:
A rgenti bifores radiabant limina ualuæ.

METAMOR.

Materiam superabat opus. nam Mulciber illic
Aequora cælarat medias cingentia terras,
Terrarumq; orbem, cælumq;, quod imminet orbi.
Ceruleos habet unda deos, Tritona canorum,
Proteaq; æmbiguum, balenarumq; prementem
Aegæona suis immania terga lacertis,
Doridaq;, & natas: quarum pars nare uidetur:
Pars in mole sedens uirides siccare capillos:
Pisce uehi quædam. facies non omnibus una,
Non diuersa tamen, qualem decet esse sororum.
Terra uiros, urbesq; gerit, syluasq;, ferasq;
Fluminaq;, & nymphas, & cætera numina ruris.
Hæc super imposta est cæli fulgentis imago,
Signa q; sex foribus dextris, totidemq; sinistris.
Quo sinuul accliuo Clineneia limite proles
Venit: & intravit dubitati tecta parentis
Protinus ad patrios sua fert uestigia uultus?
Consistitq; procul (neq; enim propiora ferebat
Lumina) purpurea uelatus ueste sedebat
In folio Phæbus clatis lucente smaragdis.
Adextra, lenaq; dies, & mensis, & annus,
Sæcula q;, & posita spatijs æqualibus hora:
Verq; nouum stabat cinctum florente corona.
Stabat nuda æstas: & spica æserta gerebat.
Stabat & autumnus calcatis sordidus uuis:
Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis inuenem, quibus aspicit omnia, uidit.
Quæq; uia tibi causa? quid hæc ait arce petisti
Progenies Phaethon haud inficianda parenti?

Ille refert: o lux immensi publica mundi
Phœbe pater, si das usum mihi nominis huius:
Nec falsa Clymene culpam sub imagine calat:
Pignora da genitor: per quæ tua uera propago
Credar: & hunc animis errorem detrahe nostris.
Dixerat, at genitor circum caput omne micantes
Deposuit radios: propiusq; accedere iussit:
Amplexuq; dato, nec tu meus esse negari
Dignus es: & clymene ueros (ait) e didit ortus.
Quoq; minus dubites, quod uis pete munus: & illud
Me tribuente ferēs: promissi testis adesto
Dis iuranda palus oculis incognita nostris.
Vix bene desierat: currus petit ille paternos:
Inq; diem alipedumius, & moderamen equorum.
Pœnituit iurasse patrem: qui terq; quaterq;
Concutiens illustre caput, temeraria (dixit)
Vox mea facta tua est: utinam promissa liceret
Non dare (confiteor) solum hoc tibi nate negarem.
Dissuadere licet: non est tua nata uoluntas:
Magna petis Phaëthon, & quæ nec uiribus istis
Minera conueniunt, nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis: non est mortale, quod optas.
Plus etiam, quàm quod superis contingere possit,
Nescius affectas. placeat sibi quisq; licebit:
Non tamen ignifero quisquam consistere in axe
Me ualet excepto. uasti quoq; rector olympi,
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra:
Non aget hos currus: & quid Ioue maius habetur?
Ardua prima uia est: & qua uix mane recentes
Enituntur equi. media est altissima cælo:

METAMOR.

Vndemare, & terras ipsi mihi sæpe uidere
Fit timor: & pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona uia est: & eget moderamine certo.
Tunc etiam, qua me subiectis excipit undis,
Ne ferar in præceps, Tethys solet ipsa uereri.
Adde, quod assidua rapitur uertigine cælum:
Syderaq; alta trahit: celeriq; uoluntate torquet.
Nitor in aduersum: nec me, qui cætera, uincit
Impetus: & rapido contrarius euehor orbi.
Finge datos currus: quid ages? poteris ne rotas
Obuius ire polis, ne te cuius auferat axis?
Forsitan & lucos illic, urbesq; deorum
Concipias animo, delubraq; ditia donis
Effe: per insidias iter est, formasq; ferarum,
Vtq; uiam teneas: nulloq; errore trabaris.
Per tamen aduersi gradieris cornua tauri,
Hæmoniosq; arcus, uiolentiq; ora leonis,
Sæuaq; circuitu curuantem brachia longo
Scorpion, atq; aliter curuantem brachia cancerum.
Nec tibi quadrupedes animoscs ignibus illis,
Quos in pectore habent, quos ore, & naribus efflant,
Impromptu regere est: uix me patiuntur, ubi acres
Incalere animi: ceruixq; repugnat habenis.
At tu, siuesti ne sim tibi muneris auctor,
Nate caue: dum resq; sinit, tua corrige uota.
Scilicet ut nostro genitum te sanguine credas,
Pignora certa petis: do pignora certa, timendo,
Et patrio pater esse metu probor. aspice uultus
Ecce meos: utinamq; oculos in pectore posses
Inserrere: & patrias intus deprehendere curas.

D eniq; quicquid habet diues circumspecte mundus:
D eiq; tot, ac tantis cœli, terræq; , marisq; ,
P osce bonis aliquid: nullam patiēre repulsam.
D eprecor hoc unum: quod uero nomine pœna
N on honor est. pœnā Phaëthon pro munere poscis.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
N e dubita: dabitur (stygiæ iurauimus undas)
Quodcumq; optaris: sed tu sapientius opta.
F inierat monitus: dictis tamen ille repugnat:
P ropositumq; premit: flagratq; cupidine currus.
Ergo qua licuit genitor cunctatus ad altos
Deducit iuuenem, uulcania munera, currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Circuratura rotæ, radiorum argentens ordo.
Per iuga chrysolithi, positæq; ex ordine gemmæ
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.
Dumq; ea magnanimus Phaëthon miratur: opusq;
Perspicit: ecce uigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores, & plena rosarum
Atria: diffugiunt stellæ: quarum agmina cogit
Lucifer: & cœli statione nouissimus exit.
Tum pater, ut terras, mundumq; rubescere uidit:
Cornuaq; extremæ uelut euanescere lunæ:
Iungere equos Titan uelocibus imperat horis.
Iussa deæ celeres peragunt: ignemq; uomentes
Ambrosiæ succo sauros præsepibus altis
Quadrupes ducunt: adduntq; sonantia frena.
Tum pater ora sui sacro medicamine nati
Contigit: & rapidæ fecit patientia flammæ:
Imposuitq; comæ radios: præsaq; luctus

METAMOR.

Pectore sollicito repetens suspiria, dixit.
Si potes his saltem monitis parere parentis:
Parce puer stimulis: & fortius utere loris.
Sponte sua properant. labor est inhibere uolantes.
Nec tibi directos placeat uia quinque per arcus.
Sectus in obliquum est lato curuamine limes:
Zonarumque; trium contentus sine, polumque;
Effugit australem, iunctamque; aquilonibus arcton.
Hac sit iter: manifesta rotæ uestigia cernes.
Vtque; ferant, æquos & cælum, & terra calores,
Nec preme, nec summum molire per æthera currû.
Alius egressus cœlestia signa cremabis:
Inferius, terras: medio tutissimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet ad anguem:
Ne ue sinisterior pressam rota ducat ad aram:
Inter utrumque; tene fortunæ cætera mando:
Quæ iuuet, & melius, quæ tibi, consulat opto.
Dum loquor, hesperio positas in littore metas
Humida nox tetigit: non est mora libera nobis:
Poscimur: & fulget tenebris aurora fugatis.
Corripe lora manu: uel, si mutabile pectus
Est tibi: consilijs, non curribus utere nostris:
Dum potes: & solidis etiam nunc sedibus astas.
Dumque; male optatos non dum premis inscius axes,
Quæ tutus spectes, sine me dare lumina terris.
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum:
Statque; super: manibusque; datas contingere habendas
Gaudet: & inuito grates agit inde parenti.
Interea uolucres Pyroeis, Eous & Æthon
Solis equi, quartusque; Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis

F lammiſeris implent: pedibusq; repagula pulſant.
Quæ poſtquam Tethys fatorumignara nepotis,
Repulit: & facta eſt immenſi copia cœli:
Corripuere uiam: pedibusq; per aera motis
Obſtantes ſcindunt nebulas: pennisq; leuati
Pratereunt ortos iſdem de partibus euos.
Sed leue pondus erat: nec quod cognoſcere poſſent
Solis equi: ſolitaq; ingrum grauitate carebat.
Vtq; labant curuæ iuſto ſine pondere naues:
Perq; mare inſtabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere inſueto uacuos dat in aère ſaltus:
Succuriturq; alte: ſimilisq; eſt currus inani.
Quod ſimulac ſenſere: ruunt, trinumq; relinquunt
Quadrūges ſpatium: nec, quo prius, ordine currūt.
Ipſe pauet: nec qua commiſſas fleſtat habenas:
Nec ſcit, qua ſit iter: nec, ſi ſciat, imperet illis.
Tum primum radys gelidi caluere triones:
Et uenito fruſtra tentarunt æquore tingi.
Quæq; polo poſita eſt glaciali proxima ſerpens,
Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli,
Incaluit: ſumpſitq; nouas feruoribus iras.
Te quoq; turbatum memorant frigiſſe Boote:
Quamuis tardus eras: & te ma plauſtra tenebant.
Vt uero ſummo deſpexit ab æthere terras
Inſelix phaëthon, penitus, penitusq; iacentes:
Palluit: & ſubito genua intremuere timore,
Suntq; oculis tenebræ per tantum lumen abortæ:
Et iam mallet equos nunquam tetigiſſe paternos:
Iam conoſſe genus piget: & ualuſſe rogando:
Iam Meropis dici cupiens, ita ſernat, ut acta
Ouid. Meta.

METAMOR.

Precipiti Pinus borea: cui uicta remisit
Frena suus rector: quam dis, uotisq; reliquit.
Quid faciat? multum cœli post terga relictum:
Ante oculos plus est: animo metitur utrunq;
Et modo, quos illi fatum contingere non est:
Prospicit occasus: interdum respicit ortus:
Quidq; agat ignarus, stupet: & nec frenâ remittit:
Nec retinere ualet: nec nomina nouit equorum.
Sparsa quoq; in uario passim miracula cœlo,
Vastarumq; uidet trepidus simulacra ferarum.
Est locus, in geminos ubi brachia concamat arcus
Scorpis: & cauda: flexisq; utrinq; lacertis.
Porrigit in spatium signorum membra duorum.
Hunc puer ut nigri madidum sudore ueneni
Vulnera curuata munitantem cuspide uidit:
Mentis inops, gelida formidine, lora remisit.
Quæ postquam summo tetigere iacentia tergo:
Expantantur equi: nulloq; inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt: quaq; impetus egit,
Hac sine lege ruunt: altoq; sub æthere fixis
Incursant stellis: rapiuntq; per auiâ currum:
Et modo summa petunt: modo per declinauiasq;
Precipites, spatio terræ propiore feruntur:
Inferiusq; suis fraternos currere luna
Admiratur equos: combustaq; nubila fumant.
Corripitur flammis ut quæq; altissima tellus:
Fissaq; agit rimas: & succis aret ademptis.
Pabula canescunt: cum frondibus iritur arbor,
Materiamq; suo præbet seges arida damno.
Parua queror: magna pereunt cum incenibus urbes:

Cumq; suis totas populis incendia terras
 In cinerem uertunt: syluæ cum montibus ardent:
 Ardet Athos, Taurusq; Cilix, & Tmolus, & Oete,
 Et tum sicca, prius celeberrima fontibus Ide,
 Virgineusq; Helicon, & non dū Oeagrius Ænus:
 Ardet in immensum geminatis ignibus Ætna,
 Parnasusq; biceps, & Eryx, & Cynthus, et Othrys,
 Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mimasq;
 Dindimaq; et Mycale, natusq; ad sacra Citharon:
 Nec profunt Scythiæ sua frigora: Caucasus ardet,
 Ossaq; cum Pindo, maiorq; ambobus Olympus,
 Aeriæq; alpes, & nubifer Apenninus.
 Tum uero Phaëthon cunctis è partibus orbem
 Aspicit accensum: nec tantos sustinet æstus:
 Feruentesq; auras uelut è fornace profunda
 Ore trahit: currusq; suos candescere sentit.
 Et neq; iam cineres, eiectatamq; fauillam
 Ferre potest: calidoq; inuoluitur undiq; fumo.
 Quodq; erat, aut ubi sit, picea caligine tectus
 Nescit: & arbitrio uolucrum raptatur equorum.
 Sanguine tum credunt in corpora summa uocato
 Aethiopum populos nigrum traxisse colorem.
 Tum facta est Libyæ raptis humoribus æstu
 Arida: tum nymphæ passis, fontesq; lacusq;
 Deseuere comis: quarit Bœotia Dirce,
 Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas.
 Nec sortita loco distantes flumina ripas
 Tuta manent: medijs Tanais fumanit in undis,
 Peneusq; senex, Teuthranthæusq; Caycus,
 Et celer Ismenos cum phocæico Erimantho,

METAMOR.

Arsurusq; iterum Xanthus, flauusq; Lycormas,
 Quiq; recuruatis ludit Maander in undis,
 Mygdoniusq; Melas, & tanarius Eurotas.
 Arsit & Euphrates babilonius: arsit Orontes,
 Thermodoonq; citus, Gangesq;, & Phasis, & Ister.
 Æstuat Alpheus, ripæ sperchiades ardent:
 Quodq; suo Tagus amne uehit, fluit ignibus auxe.
 Et quæ mæonias celebrabant carmine ripas
 Fluminea uolucres medio caluere Caystro.
 Nilus in extremum fugit perterritus orbem:
 Oculuitq; caput: quod adhuc latet: hostia septē
 Puluerulenta uacant: septem sine flumine ualles.
 Fors eadem ismarios Hebrum cum Strymone siccant,
 Hesperiosq; amnes Rhenum, Rhodanūq; Padūq;, &
 Cuiq; fuit rerum promissa potentia, Tybrim.
 Dissilit omne solum: penetratq; in tartara rimis
 Lumen: & infernum terret cum coniuge regem.
 Et mare contrahitur: siccaq; est campus arenae,
 Quod modo pontus erat: quosq; altū texerat æquor,
 Existunt montes: & sparsas cycladas augent.
 Ima petunt pisces: nec se super æquora curui
 Tollere consuetas audent delphines in auras.
 Corpora phocarum summa resupina profundo
 Exanimata iacent: ipsam quoq; Nerea fama est,
 Doridaq;, & natas tepidis latuisse sub undis.
 Ter Neptunus aquis cum toruo brachia uultus
 Exerere ausus erat: ter non tulit aëris ignes.
 Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto
 Inter aquas pelagi, contractosq; undiq; fontes,
 Qui se condiderant in opacæ uiscera matris:

S ustulit omniferos collo tenuis arida uultus:
O ppositq; manum fronti: magnoq; tremore
O mnia concutiens, paulum subsedit: & infra
 Quam solet esse, fuit: sacraq; ita uoce locuta est.
S i placet hoc, meruiq; quid ò tua fulmina cessant
S umme deum? liceat peritura uiribus ignis,
I gne perire tuo: clademq; auctore leuare.
V ix equidem fauces hæc ipsa in uerba resoluo:
 (Presserat ora uapor) tostos en aspice crines:
I nq; oculis fumum: uolitant super ora fauillæ.
H os ne mihi fructus? hunc fertilitatis honorem,
O fficiq; refers? quod aduincâ uulnera aratri,
R astrorumq; fero: totoq; exerceor anno?
 Quod pecori frondes, alimenta;q; mitia fruges
H umano generi, uobis quoq; thura ministro?
S ed tamen exitium fac me meruisse: quid undæ?
 Quid meruit frater? cur illi tradita sorte
A equora decrescunt? & ab æthere longius absint?
 Quod si nec fratris, nec te mea gratia tangit:
A cœli miserere tui: circumspice: utrinq;
F umat uterq; polus: quos si uiolauerit ignis,
A tria uestra ruent: Atlas en ipse laborat:
V ixq; suis humeris candentem sustinet axem.
S i freta, si terræ pereunt, si regia cœli:
I n chaos antiquum confundimur. eripe flammis
S iquid adhuc superest: & rerum consule summæ.
D iixerat hæc tellus: neq; enim tolerare uaporem
V lterius potuit, nec dicere plura: suumq;
R etulit os in se: propioraq; manibus antra.
A t pater omnipotens superos testatus, & ipsam,
c ij

METAMOR.

Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
 I nteritura graui, summam petit arduus arcem:
 V nde solet nubes latas inducere terras:
 V nde mouet tonitrus, uibrataq; fulmine iactat.
 S ed neq; quas posset terris inducere nubes
 T unc habuit: nec quos caelo demitteret imbres.
 I ntonat: & dextra libratum fulmen ab aure
 M isit in aurigam: pariterq; animaq; rotisq;
 E xpulit: & sauis compescuit ignibus ignes.
 C onsternantur equi: & saltu in contraria uerso
 C olla iugo eripiunt, abruptaq; lora relinquunt.
 I llic frena iacent, illic temone reuulsus
 A xis: in hac radij fractarum parte rotarum:
 S parsaq; sunt late laceri uestigia currus.
 A t Phaëthon rutilos flamma populante capillos,
 V oluitur in præceps: longoq; per aera tractu
 F ertur: ut interdum de caelo stella sereno,
 E t si non cecidit, potuit cecidisse uideri.
 Quem procul à patria diuerso maximus orbe
 E xcipit Eridanus: fumantiaq; abluunt ora.
 N qiades hesperiae trifida fumantia flamma
 C orpora dant tumulto: signant quoq; carmine saxa,
 H ic situs est Phaëthon currus auriga paterni:
 Quem si non tenuit: magnis tamen excidit ausis.
 A t pater obductos luctu miserabilis ægro
 C ondiderat uultus: & (si modo credimus) unum
 I sse diem sine sole ferunt, incendia lumen
 P ræbebant: aliquisq; malo fuit usus in illo.
 A t Clymene postquam dixit quaecunq; fuerunt
 I n tantis dicenda malis: lugubris, & amens,

Et laniata sinus, totum percensuit orbem:
 Exanimis artus primo, mox ossa requirens.
 Repperit ossa tamen peregrina condita ripa:
 Incubuitq; loco: nomenq; in marmore lectum
 Persudit lachrymis: & aperto pectore fuit.
 Nec minus Heliades lugent: & inania morti
 Munera, dant lachrymas: & caesæ pectora palmis
 Non audirum miseris Phaethonta querelas
 Nocte, dieq; uocant: afferunturq; sepulchro
 Una quater iunctis implerat cornibus orbem:
 Illæ more suo (nam morem fecerat usus)
 Plangorem dederant: è queis Phaethusa sororum
 Maxima, cum uellet terræ procumbere: quæstæ est
 Diriguisse pedes: ad quam conata uenire
 Candida Lampetie, subita radice retenta est.
 Tertia cum crinemi manibus laniare pararet:
 Auellit frondes: hæc stipite crura teneri:
 Illa dolet fieri longos sua brachia ramos.
 Dumq; ea mirantur: complectitur inguina cortex:
 Perq; gradus uterū, pectusq; humerosq;, manusq;
 Ambit: & extabant tantum ora uocantia matrem.
 Quid faciat mater? nisi quò trahit impetus illam,
 Huc eat, atq; illuc? & dum licet, oscula iungat?
 Non satis est: truncis auellere corpora tentat:
 Et teneros manibus ramos abrumpit: at inde
 Sanguineæ manant tanquam de uulnere guttæ.
 Parce precor mater, quæcunq; est saucia, clamat:
 Parce precor: nostrum lacerant in arbore corpus:
 Iamq; uale. cortex in uerba nouissima uenit.
 Inde fluunt lachrymæ: stillatq; sole rigescunt

D eramis electra nouis: quæ lucidus annis
 E xcipit: & nuribus mitit gestanda latinis.
 A ffruit huic monstro proles Stheneleia Cygnus,
 Qui tibi materno quamuis à sanguine iunctus,
 M ente tamen Phaëthon propior fuit: ille relicto,
 (Nam Liguria populos, & magnas rexerat urbes)
 I mperio, ripas uirides, amnemq; querelis
 E ridantum implerat, sylvamq; seroribus auctam,
 C um uox est tenuata uiro. canaq; capillos
 D issimulant plumæ. collumq; à pectore longe
 P orrigitur: digitosq; ligat iunctura rubentes.
 P enna latus uelat. tenet os sine acumine rostrum:
 F it noua Cygnus auis, nec se cœloq; , Ioui;
 C redit, ut iniuste missi memor ignis ab illo.
 S tagna petit, patulosq; lacus: ignemq; perosus
 Quæ colat, elegit, contraria flumina flammis.
 S qualidus interea genitor Phaëthonis, & expertus
 I pse sui decoris, qualis cum deficit orbi
 E sse solet, lucemq; odit, seq; ipse, diemq; :
 D atq; animum in luctus: & luctibus adijcit iram:
 O fficiumq; negat mundo. satis (inquit) ab eni
 S ors mea principis fuit irrequieta: pigetq;
 A ctorum sine fine mihi, sine honore laborum.
 Quilibet alter agat portantes lumina currus.
 S i nemo est, omnesq; dei non posse fatentur:
 I pse agat: ut saltem nostras dum tentat habenas:
 O rbatura patres aliquando fulmina ponat.
 T unc sciet ignipedum uires expertus equorum,
 N on meruisse necem, qui non bene rexerit illos.
 T alia dicentem circumstant omnia Solem

N umina: ne ue uelit tenebras inducere rebus,
 S upplice uoce rogant: missos quoq; Iuppiter ignes
 E xcusat: precibusq; minas regaliter addit.
 C olligit amentes, & adhuc terrore pauentes
 P hœbus equos: stimuloq; dolens, & uerbere saeuit.
 S æuit enim: natumq; obiectat, & imputat illis.
 A tpater omnipotens ingentia mœnia cœli
 C ircuit: & nequid labefactum uiribus ignis
 C orruat, explorat: quæ postquam firma, suiq;
 R oboris esse uidet: terras, hominumq; labores
 P erspicit: Arcadiæ tamen est impensior illi
 C ura suæ: fontesq; & non dum audentia labi
 F lumina restituit: dat terræ gramina, frondes
 A rboribus: læsasq; iubet reuïrescere syluas.
 D um redit, itq; frequens, in uirgine Nonacrina
 H æsit: & accepti caluere sub ossibus ignes.
 N on erat huius opus lanam mollire trahendo,
 N ec positi uariare comas, cui fibula uestem,
 V itta coercebat neglectos alba capillos,
 E t modo læue manu iaculū, modo sumpserat arcū,
 M iles erat Phœbes, nec Manalon attingit ulla
 G rator hac Triuiæ. Sed nulla potentia longa est.
 V lterius medio spatium sol altus habebat:
 C um subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.
 E xuit hic humero pharetram: lentosq; retendit
 A rcus: inq; solo, quod texerat herba, iacebat:
 E t pietam pharetram posita ceruice premebat.
 I uppiter ut uidit fessam, & custode uacantem
 H oc coniuæ furtum certe mea nesciet, inquit:
 A ut si rescierit, sunt o sunt iurgia tantū?

METAMOR.

Procinus induitur faciem, cultumq; Dianæ:
Atq; ait: o comitum uirgo pars una mearum
In quibus es uenata iugis? de cespite uirgo
Se leuat: & salue numen me iudice dixit,
Audiat ipse licet, maius Ioue. ridet: & audit:
Et sibi præferri se gaudet: & oscula iungit
Nec moderata satis, nec sic à uirgine danda.
Qua uenata foret sylua narrare parantem
Impedit amplexu: nec se sine crimine prodit.
Illa quidem contra, quantum modo fœmina posset,
 (Aspiceres utinam Saturnia mitior esses)
Illa quidem pugnat: sed quæ superare puella?
Quis ne Iouem poterat? superum petit æthera uictor
Ippiter: huic odio nemus est, & conscia sylua.
Vnde pedem referens, penè est oblita pharetram
Tollere, cum telis & quem suspenderat arcum.
Ecce suo comitata choro Dictynna per altum
Mænalon ingrediens, & cæde superba ferarum,
Aspicit hanc: uisamq; uocat: clamata refugit:
Et timuit primo, ne Iuppiter esset in illa.
Sed postquam pariter nymphas incedere uidit:
Sensit abesse dolor: numerumq; accessit ad harum.
Heu quàm difficile est crimen non prodere uulni.
Vix oculos attollit humo: nec, ut ante solebat,
Iuncta deæ lateri, nec toto est agmine prima:
Sed silet: & læsi dat signa rubore pudoris.
Et, nisi quod uirgo est, poterat sentire Diana
Mille notis culpam, nymphæ sensisse feruntur.
Orbe resurgabant lunaria cornua nono:
Cum dea uenatu fraternis languida flammis

N aëta nemus gelidum, de quo cum murmure labēs
 I bat, & attritas uersabat riuus arenas:
 V t loca laudauit: summas pede contigit undas.
 H is quoq; laudatis, procul est, ait, arbiter omnis:
 N uda superfusus tingamus corpora lymphis.
 P arrhasis erubuit. cunctæ uelamina ponunt,
 V na moras querit: dubitanti uestis adempta est.
 Qua posita, nudo patuit cum corpore crimen
 A ttonitæ, manibusq; uterum cælare uolenti
 I procul hinc (dixit) nec sacros pollue fontes
 C ynthia, deq; suo iussit secedere cœtu.
 S enserat hoc olim magni matrona tonantis:
 D istuleratq; graues in idonea tempora pœnas.
 C ausa moræ nulla est: & iam puer Arcas (id ipsum
 I ndoluit Iuno) fuerat de pellice natus.
 Quo simul obuertit sæuam cum lumine mentem:
 S cilitet hoc unum restabat adultera, dixit,
 V t fecunda fores: fieretq; iniuria partu
 N ota: Iouisq; mei testatum dedecus esset.
 H aud impune seres: adimam tibi nanq; figuram:
 Qua tibi, quaq; places nostro importuna marito.
 D ixit: & aduersa prensis à fronte capillis
 S trauit humi pronam. tendebat brachia supplex:
 B rachia ceperunt nigris horrescere uillis:
 C uruariq; manus: & aduncos crescere in ungues:
 O fficioq; pedum fungi: laudataq; quondam
 O ra Ioui, lato fieri deformi arictu.
 N e ue preces animos, & uerba precantia flectant:
 P osse loqui eripitur: uox iracunda, minaxq;
 P lenaq; terroris rauco de gutture fertur:

METAMOR.

Mens antiqua tamen facta quoq; mansit in urfa:
Assiduoq; suos gemitu testata dolores,
Qualescunq; manus ad caelum, & sydera tollit:
Ingratumq; Iouem nequeat cum dicere, sentit.
Ah quoties sola non ausa quiescere sylua,
An te domum, quondamq; suis errauit in agris.
Ah quoties per saxa canum latratibus acta est:
Venatrixq; metu uenantium territa fugit.
Sæpe feris lauit uisis, oblita quid esset:
Vrfaq; conspectos in montibus horruit ursos:
Pertrunxitq; lupos: quamuis pater esset in illis.
Ecce Lycaoniae proles ignara parentis
Arcas adest ter quinq; ferens natalibus annos.
Dumq; feras sequitur: dum salus eligit aptos:
Nexilibusq; plagis syluas Erymanthidas ambit:
Incidit in matrem: quæ refugit Arcade iaso:
Et cognoscenti similis fuit. ille refugit:
Immotosq; oculos in se sine fine tenentem
Nescius extimuit: propiusq; accedere, fugit.
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo:
Arguit omnipotens: pariterq; ipsosq; nefasq;
Sustulit: & celeriraptos per inania uento
Imposuit caelo: uicinaq; sydera fecit.
Intumuit Iuno, post, quam inter sydera pellex
Fulsit: & ad canam descendit in aquora Tethym,
Oceanumq; senem: quorum reuerentia mouit
Sæpe deos: causamq; uia scitantibus infit.
Queritis ætherijs quare regina deorum
Sedibus hic adsim: pro me tenet altera caelum:
Mentior, obscurum nisi cum nox fecerit orbem:

Nuper honoratas summo mea vulnere caelo
Videritis stellas illic, ubi circulus axem
Vlūmus extremum, spatioq; breuissimus ambit.
Est uero cur quis Iunonem laedere nolit?
Offensamq; tremat? quæ prosum sola nocendo?
O ego quantum egi: quam uasta potentia nostra est.
Esse hominem uenit: facta est dea: sic ego pœnas
Sontibus impono: sic est mea magna potestas.
Vendicet antiquam faciem: uultusq; ferinos
Detrahatur: argolica quod in ante Phoronide fecit.
Cur non et pulsa ducit Iunone? meoq;
Collocat in thalamo? socerumq; Lycaona sumit?
At uos, si læsa tangit contemptus alumna:
Gurgite cœruleo septem, prohibete triones:
Syderaq; in cœlum supprime cede recepta
Pellite: ne puro tingatur in æquore pellex.
Di maris annuerant: habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus æthera pictis:
Tam nuper pictis cæso pauonibus Argo:
Quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses:
Corue loquax subito nigrantes uersus in alas.
Nam fuit hæc quondam niueis argentea, pennis
Ales: ut æquaret totas sine labe columbas:
Nec seruaturis uigili capitolia uoce
Cederet anseribus: nec amanti flumina cycno.
Lingua fuit damno: lingua faciente loquaci,
Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.
Pulchrior in tota, quam lariffæa Coronis
Non fuit Hæmonia: placuit tibi Delphice certæ
Vel dum casta fuit, uel inobseruata: sed ales

METAMOR.

Sensit adulterium Phœbeius: utq; latentem
Detegetet culpam non exorabilis index
Ad dominum tendebat iter: quem garrula motus
Consequitur pennis, scitetur ut omnia, cornix:
Auditaq; uic causa, non uile carpis
Inquit iter: ne sperne meæ præfagia lingue.
Quid fuerim, quid simq; uide: meritumq; require.
Inænies nocuisse fidem. nam tempore quodam
Pallas Erichthonium prolem sine matre creatam
Clauferat actæo texta de uimine cista:
Virginibusq; tribus gemino de Cecrope natis,
Seruandum dederat sed non confessa quid esset
Et legem dederat, sua ne secreta uiderent.
Abdita fronde leui densa speculabar abulmo,
Quid facerent: commissa duæ sine fraude uentur
Pandrosos, atq; Herse: timidas uocat una sorores
Aglauros: nodosq; manu diducit: & intus
Infantemq; uident: apporetumq; draconem.
Actæa deæ refero: pro quo mihi gratia talis
Reditur: ut dicar tutela pulsa Mineruæ:
Et ponar post noctis auem. mea pœna uolucres
Admonuisse potest, ne uoce pericula quærant.
At puto non ultro, nec quicquam tale rogantem
Mepetijt pallas licet hoc à Pallade quæras:
Quamuis irata est: non hoc irata negabit.
Nam me phœaica clarus tellure Coroneus
 (Nota loquor) genuit: fueramq; ego regia uirgo:
Diuitibusq; procis (ne me contemne) petebar.
Forma mihi nocuit, nam cum per littora lentis
Passibus, ut soleo, summa spatiarer arena:

Vidit, & incaluit pelagi deus: utq; precando
Tempora cum blandis absumpsit inania uerbis:
Vim parat, & sequitur: fugio, densumq; relinquo
Littus: & in molli nequicquam lassor arena.
Inde deos, hominesq; uoco: nec contigit ullum
Vox mea mortalem: mota est pro uirgine uirgo:
Auxiliuq; tulit, tendebam brachia caelo:
Brachia ceperunt leuibus nigrescere pennis.
Reicere ex humeris uestem molibar: at illa
Pluma erat, inq; cutem radices fixerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
Sed neq; iam palmas, nec pectora nuda gerebam.
Curream: nec, ut ante, pedes retinebat arena:
Sed summa tollebar humo: mox acta per auras
Euehor: et data sum comes inculpata Mineræ.
Quid tamen hoc prodest, si diro facta uolucris
Crimine Nyctimene nostro successit honori?
An, quæ per totam res est notissima Lesbon:
Non audita tibi est? patrium temerasse cubile
Nyctimenen? auis illa quidem: sed conscia culpæ
Conspectum, lucemq; fugit: tenebrisq; pudorem
Celat: & à cunctis expellitur æthere toto.
Talia dicenti tibi, ait, reuocamina coruus
Sint precor ista malo: nos uanum spernimus omen.
Nec ceptum dimittit iter: dominoq; iacentem
Cum iuene hamonio uidisse Coronida narrat.
Laurea delapsa est audito crimine amantis:
Et pariter, uultusq; deo, plestrumq;, colorq;
Excidit: utq; animus tumida feruebat ab ira,
Arma assueta capit: flexumq; à cornibus arcum

METAMOR.

T endit: & illa suo tonies cum pectore iuncta
 I ndeuitato traiecit pectora telo.
 I fta dedit gemitum: tractoq; à uulnere ferro
 C andida puniceo perfudit membra cruore:
 E t dixit, potui pœnas tibi Phœbe dedisse:
 S ed peperisse prius: duo nunc moriemur in una.
 H actenus: & pariter uitam cum sanguine fudit.
 C orpus inane animæ frigus letale secutum est.
 P œnitet heu serò pœnæ crudelis amantem:
 S eç; , q̄ audierit , q̄ sic exarserit , odit:
 O dit auem: per quam crimen , causamq; dolendi
 S cire coactus erat: necnon arcumq; , manumq;
 O dit , cumq; manu temeraria tela , sagittas:
 C ollapsamq; fouet: scraq; ope uincere fata
 N iitur: & medicas exercet inaniter artes.
 Quæ postquam frustra tentata , rogamq; parari
 V idit , & arsiros supremis ignibus artus:
 T um uero gemitus (neq; enim cœlestia tingi
 O ralicet lachrymis) alto de corde petitos
 E didit: haud aliter , quàm cum spectante iuuenta
 L ætentis uituli dextra libratus ab aure
 T empora discussit claro caua malleus ictu.
 V t tamen ingratos in pectora fudit odores:
 E t dedit amplexus: iniusta q; iusta peregit:
 N on tulit in cineres labi sua Phebus eisdem
 S emina: sed natum flammis , uteroq; parentis
 E ripuit: geminiq; tulit Chironis in antrum:
 S perantemq; sibi non falsæ præmia linguae,
 I nter aues albas uenit consistere coruum.
 S emiser interea diuinæ stirpis alumno

Latius

Lætus erat: mistoq; oneri gaudebat honore.
Ecce uenit rutilus humeros protecta capillis
Filia centauri: quam quondam nympha caici
Fluminis in rapidi ripis enixa, uocauit
Ocyroën. non hæc artes contenta paternas
Edidicisse fuit: fatorum arcana canebat.
Ergo ubi uaticinos concepit mente furores:
Incaluitq; deo, quem clausum pectore habebat:
Aspicit infantem: totoq; saluifer orbi
Cresce puer, dixit: tibi se mortalia sæpe
Corpora debebunt: animas tibi reddere ademptas
Fas erit: idq; semel dis indignantibus, ausus
Posse dare hoc iterum flâma prohibebere amita:
Eq; deo corpus fies exangue: deusq;
Qui modo corpus eras: & bis tua fata nouabis.
Tu quoq; care pater nunc immortalis, & auis
Omnibus ut maneat, nascendi lege creatus,
Posse mori cupies tum, cum cruciabere diræ
Sanguine serpentis per saucia membra recepto:
Teq; ex æterno patientem numina mortis
Efficiant: triplicesq; deæ tua fila resoluent.
Restabat fati aliquid: suspirat ab imis
Pectoribus: lachrymæq; genis labuntur obortæ.
Atq; ita, præuertunt, inquit, mea fata: uetorq;
Plura loqui: uocisq; meæ præuertitur usus.
Non fuerant artes tanti: quæ numinis iram
Contraxere mihi: mallent nescisse futura.
Iam mihi subduci facies humana uidentur:
Iam cibus herba placet: iam latis currere campis
Impetus est: in equam, cognataq; corpora uertor.

Ouid. Meta.

d

METAMOR.

Tota tamen quare? pater est mihi nempe biformis.
Talia dicendi pars est extrema querelæ
Intellecta parum: confusaq; uerba fuerunt.
Mox nec uerba quidem, nec equæ sonus ille uidentur,
Sed simulantisequam: paruoaq; in tempore certos
Edidit hinnitus: & brachia mouit in herbas.
Tum digiti cocunt: & quinos alligat ungues
Perpetuo cornu leuis unguis: crescit & oris,
Et colli spatium: longæ pars maxima palle
Cauda fit: utq; uagi crines per colla iacebant,
In dextras abiire iubas: pariterq; nouata est
Et uox, & facies: nomen quoq; monstra dederunt.
Flebat, opemq; tuam frustra Philyreus heros
Delphice poscebat: nam nec, rescindere magni
Iussa Iouis poteras: nec, si rescindere posses,
Tunc aderas: Elim, Messeniâq; arua colebas.
Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
Texit: onus dextræ Baculus syluestris oliuæ,
Alterius dispar è septem fistula cannis.
Dumq; amor est curæ: dum te tua fistula mulcet:
Incustoditæ pyllos memorantur in agros
Processisse boues: uidet has atlantide Maia
Natus: & arta sua syluis occultat abactas.
Senserat hoc firmam nemo: nisi notus in illo
Rure senex: Battum uicinia tota uocabat.
Diuitis hic saltus, herbosâq; pascua Nelei,
Nobiliumq; greges custos seruabat equarum.
Hunc timuit: blandaq; manu seduxit: & illi
Quisquis es hospes, ait, si forte armenta requirer
Hæc aliquis: uidisse negat: neu gratia facta

Nulla rependatur: nitidam cape premia uaccam:
 Et dedit: accepta, uoces has reddidit hospes.
 Tutus eas: lapis iste prius tua furta loquens.
 Et lapidem ostendit. simulat Ioue natus abire:
 Mox redit: & uersa pariter cum uoce figura,
 Rustice uidisti siquas hoc limite, dixit,
 Ire boues: ser opem: furtoq; silentia deme.
 Inuncta suo pariter dabitur tibi foemina tauro.
 At senior, postquam est merces geminata: sub illis
 Montibus inquit erant: & erant sub montibus illis.
 Risit Atlantiades: & me mihi perfide prodis?
 Me mihi prodis, ait? periuraq; pectora uertit
 In durum silicem: qui nunc quoq; dicitur index:
 Inq; nihil uerito uetus est infamia saxo.
 Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis:
 Munychiosq; uolans agros, gratamq; Mineruæ
 Despectabat humum: cultiq; arbusta lycei.
 Illa forte die castæ de more puellæ,
 Vertice supposito festas in Palladis arces
 Pura coronatis portabant sacra canistris.
 Inde reuertentes deus aspicit ales: iterq;
 Non agit in rectum: sed in orbem curuat eundem.
 Ut uolucris uisis rapidissima miluinus extis,
 Dum timet: & densi circumstant sacra ministri:
 Flectitur in gyrum: nec longius audet abire:
 Sperm suam motis auibus circumuolat alis
 Sic super actæas agilis Cyllenius arces
 Inclinat cursus: & easdem circumat auras.
 Quanto splendidior, quam cætera sydera fulget
 Lucifer: & quanto, quam lucifer, aurea phœbe:

METAMOR.

Tanto uirginibus præstantior omnibus Herse
Ibat: eratq; decus pompæ, cominumq; suarum.
Obstupuit forma Ione natus: & æthere pendens
Non secus exarsit: quàm cum balarica plumbum
Funda iacit: uolat illud: & incandescit eundo:
Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes.
Verit iter: cæloq; petit diuersa relicto:
Nec se dissimulat: tanta est fiducia formæ.
Quæ quanq; iusta est: cura tamen adiuuat illam:
Permulcetq; comas: chlamydemq; ut pendeat apte
Collocat: ut limbus, totumq; appareat aurum.
Vt teres in dextra, qua somnos ducit, & arceat,
Virga sit: ut tersis niteant talaria plantis.
Pars secreta domus ebore & testudine cultos
Tres habuit thalamos: quorū tu Pandrosæ dextrum,
Aglauros læuū, medium possederat Herse.
Quæ tenuit læuū, uenientem prima notauit
Mercurium: nomenq; dei scitarier ausa est:
Et causam aduentus: cui sic respondit Athlantis,
Pleionesq; nepos. ego sum, qui iussa per auras
Verba patris porto, pater est mihi Iuppiter ipse,
Nec fingam causas: tu tantum fida sorori
Esse uelis: prolisq; meæ matertera dici.
Herse causa uia est, faueas, oramus amanti.
Aspicit hunc oculis isdem, quibus abdita nupte
Viderat Aglauros flammæ secreta Mineruæ,
Proq; ministerio magni sibi ponderis aurum
Posulat: interea trētis excedere cogit.
Verit ad hanc torui dea bellica luminis orbis:
Et tanto penitus traxit suspiria motu:

Vt pariter pectus, positamq; in pectore forti
 Aegida concuteret: subit hanc arcana profana
 Detexisse manu tum, cum sine matre creatam
 Lemniacam stirpem contra data foedera uidit:
 Ingratamq; deo fore iam, ingratamq; sorori:
 Et ditem sumpto, quod amara poposcerat, auro.
 Protinus inuidiae nigro squalentia tabo
 Tecta petit. domus est imis in uallibus antri
 Abdita, sole carens, non ulli peruia uento,
 Tristis, & ignaui plenissima frigoris, & quae
 Igne uacet semper, caligine semper abundet.
 Huc ubi peruenit bello memenda uirago:
 Constitit ante domum (neq; enim succedere tectis
 Fas habet) & postes extrema cuspide pulsat.
 Concussae patere fores: uidet intus edentem
 Vipereas carnes uitiorum alimenta suorum
 Inuidiam: uisaq; oculos auertit ad: illa
 Surgit humo pigre: semesariumq; reliquit
 Corpora serpentum: passuq; incedit inertem.
 Vtq; deam uidit, formaq;, armisq;, decoram:
 In genuit: uulnismq; ima ad suspiria duxit.
 Pallor in ore sedet: macies in corpore toto:
 Nusquam recta acies: liuent rubigine dentes:
 Pectora felle uirent: lingua est suffusa ueneno:
 Risus abest: nisi quem uisi ficere dolores:
 Nec fruitur somnia uigilantibus excita curis:
 Sed uidet ingratos, intabescitq; uidendo,
 Successus hominum: carpitq;, & carpitur una:
 Suppliciumq; suum est. quauis tamen oderit illa:
 Talibus affata est breuiter Tritonia dictis.

Infice tabe tua natarum Cecropis unam:
Sic opus est: Aglauros ea est, haud plura locuta
Fugit: & impressa tellurem reppulit hasta.
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parua dedit; successu nanq; Mineruae
Indoluit: baculumq; capit, quem spinea totum
Vincula cingebant: adopertaq; nubibus atris
Quacumq; ingreditur florentia proterit arua:
Exuritq; herbas: & summa papauera carpit:
Afflatiq; suo populos, urbesq;, domosq;
Polluit: & tandem tritonida conspicit arcem.
Ingeniusq;, opibusq;, & festa pace uirentem:
Vixq; tenet lachrymas: qd nil lachrymabile cernit:
Sed postquam thalamos intrauit Cecrope nata:
Iussa facit: pectusq; manu ferrugine tincta
Tangit: & hamatis praecordia sentibus implet:
Inspiratq; notens uirus: piceumq; per ossa
Dissipat, & medio spargit pulmone uenenum
Ne ne mali cause spatium per latius errent:
Germanam ante oculos, fortunatumq; sororis
Conjugium, pulchraq; deum sub imagine ponit:
Cunctaq; magna facit, quibus irritata dolore
Cecropis occulto mordena: & anxia nocte
Anxia luce gemit: lentaq; miserrima tabe
Liquitur, ut glacies incerto saucia sole:
Felicisq; bonis aliter non uritur Herfes:
Quam cum spinosis ignis supponitur herbis:
Quae neq; dant flammam: leniq; tepore cremantur.
Sepe mori uoluit, ne quicquam tale uideret:
Sepe uelut crimen rigido narrare parenti.

D eniq; in aduerso uenientem limine sedit
 E xclusura deum: cui blandimenta, precesq;
 V erbaq; iactanti mitissima, desine, dixit:
 H inc ego me non sum nisi te motura repulso.
 S temus, ait, pacto uelox Cyllenius isto:
 C œlestiq; fores uirga patefecit: at illi
 S urgere conanti partes, quas cunq; sedendo
 F lectitur, ignaua nequeunt gravitate moueri.
 I lla quidem pugnat recto se attollere trunco:
 S ed genuum iunctura riget: frigusq; per unguis
 L abitur: & pallent amisso sanguine uenae.
 V tq; malum late solet immedicabile cancer
 S erpere: & illasas uitiatis addere partes:
 S ic letalis hyems paulatim in pectora uenit:
 V italesq; uias, & respiramina clausit.
 N ec conata loqui est: nec si conata fuisset,
 V ocis habebat iter: saxum iam colla tenebat.
 O raq; duruerant: signumq; ex angue sedebat.
 N ec lapis albus erat: sua mens infecerat illam.
 H as ubi uerborum pœnas, mentisq; profana
 C epit Atlantides: dictas à Pallade terras
 L inquit: & ingreditur iactatis æthera pennis.
 S euocat hunc genitor: nec causam fassus amoris
 F ide minister ait, iussorum nate meorum
 P elle moram: solitoq; celer delabere cursu:
 Quæq; tuam matrem tellus à parte sinistra
 S uspicit (indigenæ Sidonida nomine dicunt)
 H anc pete: quodq; procul montano gramine pasca
 A rmentum regale uides: ad littora uerte.
 D ixit: & expulsi iandudum monte iuuenta

METAMOR.

Littora iussa penunt: ubi magni filia regis
Ludere uirginibus Tyrijs comitata solebat.
Non bene conueniunt, nec in una sede morantur
Maieftas, & amor. fceptri granitate relicta
Ille pater, rectorq; deum, cui dextra trifulcis
Ignibus armata est: qui nutu concutit orbem:
Induitur faciem tauri: mixtusq; iuuenis
Mugit: & in teneris formosus obambulat herbis.
Quipe color niuis est: quam nec uestigia duri
Calcare pedis: nec soluit aquaticus aufter.
Colla toris extant: armis palearia pendent:
Cornua parua quidem, sed quae contendere posses
Facta manu, puraq; magis perlucida gemma:
Nullae in fronte minae: nec formidabile lumen:
Pacem uultus habet. miratur a genere nata
Quod tam formosus, quod praelia nullaminetur.
Sed quamuis mitem, metuit contingere primo:
Mox adit: & flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans: & dum ueniat sperata uoluntas:
Oscula dat manibus uix ab, uix caetera differt.
Et nunc alludit: uiridiq; exultat in herba:
Nunc laus in fuluis niueum deponit arenis:
Paulatimq; metu dempto, modo pectora praebet
Virginea palpanda manu: modo cornua seruis
Impedienda nouis. aufa est quoq; regia uirgo,
Nescia quem premeret, tergo considerare tauri.
Tum deus a terra, siccoq; a littore sensim
Falsa pedum primo uestigia ponit in undis:
Inde abit ulterius: mediq; per aequora ponti
Fert praedam. pauet haec: litusq; ablata relictum

R espicit: & dextra cornum tenet: altera dorso
I mposita est. tremulæ sinuantur flamine uestes.

CAR. VIVIANI Collensi in Tertium Metæ.

Argumentum.

I am sibi mentitam faciem, nymphæq; pudorem
I uppiter abstulerat. profugus noua mœnia ponit
C admus, et Anguigenas ceso uidet angue cadêtes
H eu nimium exilio fœlix, si Aetæona tantum
N unquam Bœotis peperisset filia regnis.
H inc semelen Iuno forma decepit anili,
P ragustatq; diem noua per discrimina Bacchus.
T iresias isdem fit fœmina uirq; Colubris
F atidicumq; capit dempro pro lumine lumen
F it flos Narcissus, Vox Echo, Nauita Delphin,
P enthea dilacerat damnantem numina Bacchi
M ater, & in, miserum uocat agmina sæua sorore.

Amq; deus posita fallacis imar
gine tauri,
i Se confessus erat: dicta aq; rura
tenebat:

Cum pater ignarus raptam per/
quire Cadmo

I mperat: Et pœnam, si non inuenerit, addit
E xilium, facti pius, Et sceleratus eodem.
O rbe pererrato (quis enim deprendere posset
F urta Iouis?) profugus, patriamq; iramq; parentis
V itat Agenorides: phœbiq; oracula supplex
C onsulit: Et quæ sit tellus habitanda, requirit.
B os tibi (phœbus ait) solis occurret in aruis
N ullum passa iugum, curuiq; immunis aratri.
H ac duce carpe uias: Et qua requieverit herba,
Mœnia fac condas: Bœoniaq; illa uocato.
V ix bene castalio Cadmus descenderat antro:
I ncustoditam lente uidet ire iuuenam,
N ullum seruitij signum ceruice gerentem:
S ubsequitur: pressoq; legit uestigia gressu:
A uctoremq; uic phœbum taciturnus adorat.
I am uada Cephisi, Panopesq; euaserat arua:
B os stetit: Et tollens speciosam cornibus alus
A d cœlum frontem, mugitibus impulit auras.
A tq; ita respiciens comites sua terga sequentes
P rocubuit: teneraq; latus submisit in herba.
C admus agit grates: peregrinaq; oscula terræ

Figit: & ignotos montes, agrosq; salutat.
 Sacra Ioni facturus erat: iubet ire ministros:
 Et petere è uiuis libandas fontibus undas.
 Sylua uetus stabat nulla uiolata securi:
 Et specus in medio uirgis, ac uimine densus,
 Efficiens humilem lapidum compagibus arcum:
 Veribus fecundus aquis: ubi conditus antro
 Martius anguis erat cristis prasignis, & auro.
 Igne micant oculi: corpus tumet omne ueneno:
 Tresq; micant lingua: triplici stant ordine dentes.
 Quem postquam tyria lucum de gente profecti
 Infausto tetigere gradu: demissaq; in undas
 Vrna dedit sonitum: longo caput extulit antro
 Cæruleus serpens: horrendaq; sibila misit
 Effluxere undæ manibus: sanguisq; reliquit
 Corpus: & attonitos subitus tremor occupat artus.
 Ille uolubilibus squamosos nexibus orbes
 Torquet: & immensos saltu sinuatur in arcus:
 Aë media plus parte leues erectus in auras
 Despicit omne nemus: tantoq; est corpore: quanto
 Sicut totum spectes, geminas qui separat arctos,
 Nec mora phœnicas, siue illi tela parabant,
 Siue fugam: siue ipse timor prohibebat utrumq;
 Occupat hos morsu, longis complexibus illos:
 Hos necat afflatu, funesta hos tabe ueneni.
 Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras:
 Que mora sit socijs miratur Agenore nauis:
 Vestigatq; uiros: tegimen directa leoni
 Pellis erat: telum splendenti lancea ferro
 Et iaculum, teloq; animus prastantior omnia

METAMOR.

V t nemus intravit: letataq; corpora uidit
V icforem q; supra spatiosi corporis hostem,
T ristia sanguinea lambentem uulnera lingua:
A ut ultor uestrae fidissima corpora mortis,
A ut comes, inquit, ero: dixit: dextraq; molarem
S ustulit: & magnum magno conamine misit.
I llus impulsu cum turribus ardua celsis
M aenia mota forent: serpens sine uulnere mansit:
L oricaq; modo squamis defensus, & atra
D uritia pellis, ualidos cute reppulit ictus.
A t non duritia iaculum quoq; uicit eadem:
Q uod medio lentae spinæ curuamine fixum
C onstitit: & totum descendit in ilia ferrum.
I lle dolore ferox caput in sua terga retorfit:
V ulneraq; aspexit: fixumq; hastile momordit.
I d q; ubi ui multa partem labefecit in omnem:
V ix tergo eripuit: ferrum tamen ossibus hæsit.
T um uero postquam solitas accessit ad iras
C ausa recens: plenis uniuersum guttura uenis:
S pumaq; pestiferos circumfluit albida rictus:
rara **T** erraq; rasa sonat squamis: quiq; halitus exit
O re niger stygio uitiatas insicit herbas.
I pse modo immensum spiris facientibus orbem
C ingitur: interdum longa trabe rectior astat:
I mpete nunc uasto, ceu concitus imbribus amnis
F erur: & obstantes perturbat pectore syluas.
C edit Agenorides paulum: spolioq; leonis
S ustinet incurfus: instantiaq; ora retardat
C uspide prætenta: furit ille: & inania duro
V ulnere dat ferro: figitq; in acumine dentes.

Iamq; uenenifero sanguis manare palato
Cæperat: & uirides aspergine tinxerat herbas:
Sed leue uulnus erat: quia se retraherat abiectus:
Læsaq; colla dabat retro: plagamq; sedere
Cedendo arcebat: nec longius ire sinebat.
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum
Vsq; sequens pressit: dum retro quercus eunti
Obsistit: & fixa est pariter cum robore ceruix.
Pondere serpentis curuata est arbor: & imæ
Parte flagellari genuit sua robora caudæ.
Dum spatium uictor uicti considerat hostis:
Vox subito audita est (neq; erat cognoscere præptum
Vnde: sed audita est) quid Agenore nate peremptum
Serpentem spectas? & tu spectabere serpens.
Ille diu pauidus pariter cum uoce colorem
Perdiderat: gelidoq; comæ terrore rigebant.
Ecce uiri faulrix superas delapsa per auras
Pallas adest: motaq; iubet supponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Pareret: & ut presso sulcum patefecit aratro:
Spargit humi iussos mortalia semina dentes.
Inde (fide manus) glebæ cæpere moueri:
Primaq; de sulcis acies apparuit hastæ:
Tegmina mox capium picto nutantia cono:
Mox humeri, pectusq; onerataq; brachia telis
Existunt: crescitq; seges clypeata uirorum.
Sic ubi tolluntur festis aulae theatri:
Surgere signa solent: primumq; ostendere uultus:
Cætera paulatim: placidoq; educta tenore
Tota patent: imoq; pedes in margine ponunt.

METAMOR.

Territus hoste nouo Cadmus capere arma parabat.
 Ne cape de populo, quem terra creauerat, unus
 Exclamat: nec te ciuilibus insere bellis.
 Atq; ita terrigenis rigido de fratribus unum
 C omminus ense ferit: iaculo cadit eminus ipse.
 H ic quoq; , qui leto dederat, non longius illo
 V iuit: & expirat, modo quas acceperat, auras.
 E xemploq; pari fuit omnis turba: suoq;
 M arte cadunt subiti per nuda uulnera fratres.
 I amq; breuis uitæ spatium sortita iuuentus
 S anguineam tepido plangebat pectore matrem,
 Quinq; superstibus: quorum fuit unus Echion.
 I s sua iecit humi monitu Tritonidis arma:
 F raternæq; fidem pacis petijtq; , deditq;
 H os operis comites habuit sidonius hospes.
 C um posuit iussam phœbeis sortibus urbem.
 I am stabant Thebæ: poterstas iam Cadme uideri
 E xilio fœlix: soceri tibi Marsq; , Venusq;
 C ontigerant: huc adde genus de coniuge tanta,
 T ot natos, natasq; , & pignora cara nepotes:
 H os quoq; iam iuuenes. Sed scilicet ultima semper
 E xpectanda dies homini est: diciq; beatus
 A nte obitum nemo, supremaq; funera debet.
 P rima nepos inter tot res tibi Cadme secundas
 C ausa fuit luctus: alienaq; cornua fronti
 A d dita: uosq; canes satiati sanguine herili.
 A t bene si quæras, fortunæ crimen in illo,
 N on scelus iuenies: quod enim scelus error habebat?
 M os erat infectus uariarum cæde ferarum:
 I amq; dies medius rerum contraxerat umbras:

pueris

Et sol ex æquo meta distabat utraq;:
 Cum iuuenis placido per devia lustra uagantes
 Participes operum compellat Hyantius ore.
 Lina madent comites, ferrumq; cruore ferarum:
 Fortunæq; dies habuit satis: altera lucem
 Cum croceis inuicta rotis aurora reducet:
 Proposium repetemus opus: nunc Phæbus utraq;
 Distat idem terra: finditq; uaporibus arua.
 Sistite opus præsens: nodosaq; tollite lina.
 Iussa uiri faciunt: intermittuntq; laborem.
 Vallis erat piceis, & acuta densa cupressis
 Nomine Gargaphie, succinctæ sacra Diana:
 Cuius in extremo est antrum nemorale recessu
 Arte laboratum nulla: simulauerat artem
 Ingenio natura suo: nam pumice uiuo,
 Et leuibus tofis natuum duxerat arcum.
 Fons sonat à dextra tenui perlucidus unda
 Margine gramineo paulos succinctus hiatus.
 Hic dea sylvarum uenanti fessa solebat
 Virgineos artus liquido perfundere rore.
 Quo postquam subiit: nympharum tradidit uni
 Armigeræ iaculum, pharetramq; arcusq; retentos.
 Altera deposita subiecit brachia pallæ:
 Vincla duæ pedibus demunt. nam doctior illis
 I smenis Crocale sparsos per colla capillos
 Colligit in nodum: quamuis erat ipsa solutis.
 Excipiunt laticem Nipheq; Hyaleq;, Rhanisq;,
 Et Psecas & Phiale: fianduntq; capacibus urnis.
 Dumq; ibi perluitur solita Titania lympa:
 Ecce nepos Cadmi dilata parte laborum

METAMOR.

P er nemus ignotum non certis passibus errans
 P eruenit in lucum: sic illum fata ferebant.
 Qui simul intravit Rorantia fontibus antra:
 S icut erant uiso nudæ sua pectora nymphæ
 P ercussere uiro: subitisq; ululatibus omne
 I mpleuere nemus circumfusaq; Dianam
 C orporibus texere suis: tamen altior illis
 I psa dea est: colloq; tenus supereminet omnes.
 Qui color infectis aduersi solis ab ictu
 N ubibus esse solet, aut purpureæ aurora:
 I s fuit in uultu uisæ sine ueste Diana.
 Quæ quanq; comitum turba est stipata sicarum:
 I n latus obliquum tamen astitit: oraq; retro
 F lexit: & ut uellet promptas habuisse sagittas:
 Quas habuit, sic hausit aquas: uultumq; urilens
 P erfudit: spargensq; comas ultricibus undis,
 A ddidit hæc cladis prænuncia uerba futura.
 N unc tibi me posito uisam uelamine narres
 S i poteris narrare, licet: nec plura minata
 D at sparso capiti uiuacis cornua cerui:
 D at spatium collo: summasq; cacuminat aures:
 C um pedibusq; manus, cum longis brachia mutat
 C ruribus: & uelat maculoso uellere corpus.
 A dditus & pavor est: fugit Antonoëius heros:
 E t se tam celerem cursu miratur in ipso.
 V t uero uultus, & cornua uidit in unda:
 M e miserum dicturus erat: uox nulla secuta est:
 I ngenuit, uox illa fuit, lachrymæq; per ora
 N on sua fluxerunt: mens tantum pristina mansit.
 Quid faciat? repetat ne domum, & regalia tecta?
 An lateat

A n lateat syluis? timor hoc pudor impedit illud.
 D um dubitat: uidere canes: primusq; Melampus,
 I chnobatesq; sagax latratu signa dederunt,
 G nosius Ichnobates, spartana gente Melampus.
 I nde ruunt alij rapida uelocius aura
 P āphagus, & Dorceus, & Oribasus Arcades oēs,
 N ebrophonosq; ualens, et trux cum Lelape Therō,
 E t pedibus Pterelas, & naribus utilis Agre,
 H yleusq; ferox nuper percussus ab apro,
 D eq; lupo concepta Nape, pecudesq; secuta
 P oemenis, & natis comitata Harpyia duobus,
 E t substricta gerens sicyonijs ilia Ladon,
 E t dromas, & Canache, Sticteq; et Tigris, et Alce.
 E t niueis Leucon, & uillis Asbolus atris,
 P reualidusq; Lacon, & cursu fortis Aello,
 E t Thous, & Cyprio uelox cum fratre Lycisca,
 E t nigram medio frontem distinctus ab albo
 H arpalos, et Melaneus, hirsutaq; corpore Lachne,
 E t patre dictæo sed matre laconide nati
 L abros, & Agriodos, & acutæ uocis Hylætor,
 Quosq; referre mora est: ea turba cupidine prædæ
 P er rupes, scopulosq; adituq; carentia saxa,
 Qua; est difficilis, qua; est uia nulla, sequuntur.
 I lle fugit, per quæ fuerat loca sæpe secutus:
 H eu famulos fugit ipse suos: clamare libebat
 A ctæon ego sum: dominum cognoscite uestrum:
 V erba animo desunt. resonat latratibus æther.
 P rima Melanchætes in tergo uulnera fecit:
 P roxima Theridamas. Orositrophus hæsit in armo.
 T ardius exierant: sed per compendia montis
 Ouid . Meta. e

METAMOR.

Precipitata uia est. dominum reuinentibus illis
Cætera turba coit: confertq; in corpore dentes.
Iam loca uulneribus desunt: gemit ille: sonumq;
Et si non hominis, quem non tamen edere possit
Ceruus, habet: mœstisq; replet iuga nota querelis:
Et genibus pronis supplex similisq; roganti
Circumsert tacitos, tanquam sua brachia, uultus.
At comites rapidum solitis hortatibus agmen
Ignari instigant: oculisq; Actæona querunt:
Et uelut absentem certatim Actæona clamant:
Ad nomen caput ille refert: & abesse queruntur:
Nec capere oblatae segnem spectacula præda.
Vellet abesse quidem: sed adest: uelletq; uidere,
Non etiam sentire canum sera facta suorum.
Vndiq; circumstant: mersisq; in corpore rostris
Dilacerant falsi dominum sub imagine cerui.
Nec, nisi finita per plurima uulnera uita,
Ira pharetratae fertur satiata Dianæ.
Rumor in ambiguo est. alijs uiolentior æquo
Visa dea est: alijs laudant: dignamq; seuera
Virginitate uocant: pars inuenit utraq; causas.
Sola Iouis coniux non tam culpetur, probet ne
Eloquitur: q̄ clade domus ab Agenore ductæ
Gaudet: & à tyria collectum pellice transfert
In generis socios odium. subit ecce priori
Causa recens: grauidamq; dolet de semine magni.
Essè Iouis Semelen: tum linguam ad iurgia soluit.
Proseci quid enim toties per iurgia dixit?
Ipsa petenda mihi est: ipsam, si maxima Iuno
Rite uocor: perdam: si me gemmantia dextra

Sceptra tenere decet si sum regina, Iouisq;
 Et soror, & coniux, certe soror: at puto furto est
 Contenta: & thalami breuis est iniuria nostri.
 Concipit: id deerat: manifestaq; crimina pleno
 Fert utero: & mater, & quod uix mihi contigit uni,
 De Ioue uult fieri: tanta est fiducia formæ.
 Fallat eam faxo: nec sum Saturnia: si non
 Ab Ioue mersa suo stygias penetrabit ad undas.
 Urgit ab his solio: fuluaq; recondita nube
 Limen adit Semeles: nec nubes ante remouit,
 Quam simulauit animum: poscitq; ad tēpora canos:
 Sulcauitq; cutem rugis: & curua trementi
 Membra tulit passu: uocem quoq; fecit anilem:
 Ipsaq; erat Beroë Semeles epidauria nutrix.
 Ergo ubi captato sermone, diuq; loquendo
 Ad nomen uenere Iouis: suspirat: & opto,
 Iuppiter, ut sit, ait metuo tamen omnia: multi
 Nomine diuorum thalamos iniere pudicos.
 Nec tamen esse Iouem satis est: det pignus amoris:
 Si modo uerus is est: quantusq; & qualis ab alta
 Iunone excipitur: tantus, talisq; rogato.
 Det tibi complexus: suaq; ante insignia sumat.
 Talibus ignaram Iuno cadmeida dictis
 Formarat. rogat illa Iouem sine nomine munus.
 Cui deus elige ait: nullam patiēte repulsam:
 Quoq; magis credas: stygii quoq; conscia sunt
 Numina torrentis: timor, & deus ille deorum est.
 Lata malo, nimiumq; potens, perituraq; amanti
 Obssequio semele, qualem Saturnia dixit,
 Te solet amplecti, ueneris cum fœdus initis:

METAMOR.

Da mihi te talem . uoluit deus ora loquentis
Opprimere : exierat iam uox properata sub auris .
Ingemuit : neq; enim non hæc optasse , nec ille
Non iurasse potest : ergo mœstissimus altum
Aethera conscendit : uultumq; sequentia traxit
Nubila : quis nimbos , immistaq; fulgura uentis
Addidit , & tonitrus , & ineuitabile fulmen .
Qua tamen usq; potest uires sibi demere tentat :
Nec quo centimanuum deiecerat igne Typhoea¹ ,
Nunc armatur eo : nimium feritatis in illo est .
Est aliud leuius fulmen : cui dextra cyclopium
Sœuitiæ , flammaq; minus , minus addidit ira .
Tela secunda uocant superi . capit illa : domumq;
Intrat agenoream . corpus mortale tumultus
Non tulit ætheros : donisq; iugalibus arsit .
Impersèctus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur : patrioq; tener (si credere dignum est)
Insuitur femori : maternaq; tempora complet .
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat : inde datum nymphæ nyscides antris
Occuluere suis : lactisq; alimenta dedere .
Dumq; ea per terras fatali lege geruntur :
Tutaq; bis geniti sunt incunabula Bacchi :
Forte Iouem memorant diffusum nectare curas
Seposuisse grames : uacuaq; agitare remissos
Cum Iunone iocos , & maior uestra profecto est ,
Quam quæ contingit maribus , dixisse , uoluptas .
Illa negat . placuit quæ sit sententia docti
Querere Tiresiæ Venus huic erat utraq; nota .
Nam duo magnorum uiridi cœiunctia sylua

Corpora serpentum baculi uiolauerat ictu:
 Deq; uiro factus (mirabile) foemina septem
 Egerat autumnos: octauo rursus eosdem
 Vidit: Est uestrae si tanta potentia plagae,
 Dixit, ut auctoris sortem in contraria mutet:
 Nunc quoq; uos feriam, percussis angribus iisdem
 Forma prior redijt: genituaq; uenit imago.
 Arbitratur hic igitur sumptus de lite iocosa
 Dicta Iouis firmat. grauius saturnia iusto,
 Nec pro materia fertur doluisse: suiq;
 Iudicis aeterna damnauit lumina nocte.
 At pater omnipotens (neq; enim licet irrita cuiq;
 Facta dei fecisse deo) pro lumine adempto
 Scire futura dedit: pœnamq; leuauit honore.
 Ille per Aonias fama celeberrimas urbes
 Ireprehensa dabat populo responsa petenti.
 Prima fide uocisq; ratae tentamina sumpsit
 Cœrula Liriope: quam quondam flumine curuo
 Implicuit: clausaq; suis Cephissus in undis
 Vim tulit. enixa est utero pulcherrima pleno
 Infantem nymphae iam tunc qui posset amariz
 Narcissumq; uocat: de quo consultus, an esset
 Tempora maturae uisurus longa senectae,
 Fœdicus uates, si se non nouerit, inquit.
 Vana diu uisa est uox auguris: exitus illam
 Resq; probat, leniq; genus, nouitasq; furoris.
 Nam quater ad quinos unum Cephissus annos
 Ad dederat: poteratq; puer, iuuenisq; uideri.
 Multi illum iuuenes, multae cupiere puellae:
 Sed fuit in tenera tam dura superbia forma:

METAMOR.

N ulli illum iuuenes, nullæ tenere puellæ.
 A spicit hunc trepidos agitantem in retia ceruos
 V ocalis nympha: quæ nec reticere loquenti
 N ec prior ipsa loqui didicit rescnabilis Echo.
 C orpus adhuc Echo, non uox erat: & tamen usum
 C arrula non alium, q̄ nunc habet, oris habebat.
 R eddere de multis ut uerba nouissima posset.
 F ecerat hoc uno: quia cum deprendere posset
 S ub Ioue sæpe suo nymphas in monte iacentes:
 I lla deam longo prudens sermone tenebat:
 D um fugerent nymphae, postquam Saturnia sensit:
 H uius, ait, linguæ: qua sum delusa, potestas
 P arua tibi dabitur, uocisq; breuissimus usus:
 R eq; minas firmat, tamen hæc in fine loquendi
 I ngeminat uoces: auditaq; uerba reportat.
 E rgo ubi Narcissum per deua rura uagantem
 V idit: & incaluit: sequitur uestigia furim:
 Quoq; magis sequitur, flamma propiore calescit.
 N on aliter, quàm cum summis circumlita tedis
 A ãmotas rapiunt uiuacia sulfura flammæ.
 O quoties uoluit blandis accedere dictis:
 E t molles adhibere preces: natura repugnat:
 N ec sinit incipiat: sed quod sinit, illa parata est
 E xpectare sonos: ad quos sua uerba remittat.
 F orte puer comitum seductus ab agmine fido
 D ixerat hic quis adest? & adest, responderat Echo:
 H ic stupet: utq; aciem partes dimisit in omnes:
 V oce ueni magna clamat: uocat illa uocantem.
 R espicit: & rursus nullo ueniente, quid inquit
 M e fugis? & totidem quot dixit uerba recepit.

P erstat: & alterna deceptus imagine uocis,
 H uc coëamus ait: nulliq; libentius unquam
 R esponsura sono, coeamus rettulit Echo:
 E t uerbis fauet ipsa suis: egressaq; sylua
 I bar: ut iniiceret sperato brachia collo.
 I lle fugit: fugiensq; manus complexibus aufert.
 A nte ait, emoriar, quàm sit tibi copia nostri.
 R ettulit illa nihil: nisi sit tibi copia nostri.
 S preta latet syluis: pudibundaq; frondibus ora
 P rotegit: & solis ex illo uiuit in antris.
 S ed tamen haeret amor: crescitq; dolore repulsæ:
 E t tenuant uigiles corpus miserabile curæ:
 A dducitq; cutem macies: & in aera succus
 C orporis ois abit: uox tantum, atq; ossa supersunt.
 V ox manet: ossa ferunt lapidis traxisse figuram.
 I nde latet syluis: nulloq; in monte uidetur.
 O mnibus auditur: sonus est, qui uiuit in illa.
 S ic hanc, sic alias undis, aut montibus ortas
 L uferat hic nymphas: sic coetus ante uiriles.
 I nde manus aliquis despectus ad æthera tollens,
 S ic amet ipse licet, sic non potiaturo amato,
 D ixerat. assensit precibus Rhamnusia iustis.
 F ons erat illimis nitidis argenteus undis:
 Q uem neq; pastores, neq; pasta in monte capellæ
 C ontigerant, aliud ue pecus: quem nulla uolucris,
 N ec fera turbabat, nec lapsus ab arbore ramus.
 G ramen erat circa, quod proximus humor alebat:
 S yluaq; sole locum passura tepescere nullo.
 H ic puer, & studio uenandi lassus, & aestu
 P rocubuit faciemq; loci, fontemq; secutus:

METAMOR.

Dumq; sitim sedare cupit: sitis altera creuit:
 Dumq; bibit: uisæ correptus imagine formæ
 Spē sine corpore amat: corpus putat eē, qđ ūbra ē.
 Ac stupet ipse sibi: uultuq; immotus eodem
 Hæret: ut è pario formatum marmore signum.
 Spectat humi positus geminum ceulumina sydus,
 Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines,
 Impubesq; genas, & eburnea colla, decusq;
 Oris, & in niveo mistum candore ruborem:
 Cunctaq; miratur: quibus est mirabilis ipse.
 Se cupit imprudens: & qui probat, ipse probatur:
 Dumq; petit, petitur: pariterq; accendit, & ardet.
 Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti:
 In medijs quoties uisum captantia collum
 Brachia mersit aquis: nec se deprendit in illis.
 Quid uideat, nescit: sed quod uidet, iriur illo:
 Atq; oculos idem, qui decipit, incitat error.
 Credule quid frustra simulachra fugacia captas?
 Quod petis est nusquam: qđ amas, auertere, perdes.
 Ista repercussæ, quam cernis, imaginis umbra est:
 Nil habet ista sui: tecum uenitq; manetq;
 Tecum discedet: si tu discedere possis.
 Non illum cereris, non illum cura quietis
 Abstrahere inde potest: sed opaca fufus in herba
 Spectat in expleto mendacem lumine formam.
 Perq; oculos perit ipse suos: paulumq; leuatus
 Ad circumstantes tendens sua brachia syluas,
 Equis Io syluæ crudelius (inquit) amauit?
 (Scitis enim: & nullis latebra opportuna fuistis)
 Equem, cum uestre tot agantur sæcula uitæ:

Qui sic tabuerit, longo meministis in æuo?
 Et placet: & uideo: sed quod uideoq; placetq;
 Non tamen inuenio: tantus tenet error amantem.
 Quoq; magis doleam: nec nos mare separat in gens,
 Nec uia, nec montes, nec clausis mœnia portis:
 Exigua prohibemur aqua. cupit ipse teneri:
 Nam quoties liquidis porreximus oscula lymphis:
 Hic toties ad me resupino nititur ore.
 Posse putes tangi: minimū ē, quod amantibus obstat.
 Quisquis es huc exi: quid me puer unice fallis?
 Quo ue petitus abis? certe nec forma, nec ætas
 Est mea, quā fugias: et amarūt me quoq; nympha.
 Sperm mibine scio quam uultu promittis amico:
 Cumq; ego porrexi tibi brachia: porrigis ultro:
 Cum risi: arrides: lachrymas quoq; sæpe notauī
 Me lachrymante tuas: nutu quoq; signa remisit:
 Et quantum motu formosi suspicor oris:
 Verba refers aures non peruenientia nostras.
 Iste ego sum: sensi: nec me mea fallit imago:
 Vror amore mei: flammās moueoq; seroq;
 Quid faciam? roger, an' nerogē? qd deinde rogabo?
 Quod cupio, necum est: inopem me copia fecit.
 O uinam a nostro secedere corpore possem:
 Votū in amate nouū est: uellē, qd amamus abesset.
 Iamq; dolor uires adimit: nec tempora uitæ
 Longa meæ superant: primoq; extinguit in æuo.
 Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.
 Hic qui diligitur, uellem diuturnior esset.
 Nunc duo concordēs anima moriemur in una.
 Dixit: & ad faciem redijt male sanus eandem:

METAMOR.

E t lachrymis turbauit aquas: obscuraq; moto
 R eddita forma lacu est: quam cum uidisset abire:
 Quò refugis? remane: nec me crudelis amantem
 D esere, clamauit. liceat quod tangere non est,
 A spicere: & misero præbere alimenta furori.
 D umq; dolet: summo uestem diduxit ab ore,
 N ùdaq; marmoreis percussit pectora palmis.
 P ectora traxerunt tenuem percussa ruborem,
 N on aliter, quàm poma solent: quæ candida parte,
 P arte rubent: aut ut uarijs solet uua racemis
 D ucere purpureum non dum matura colorem.
 Quæ simul aspexit liquefacta rursus in unda:
 N on tulit ulterius: sed ut intabescere flauæ
 I gne leuicera, matutinæq; pruinæ
 S ole tepente solent: sic attenuatus amore
 L iquiuir: & tecto paulatim carpitur igni.
 E t neq; iam color est misto candore rubori:
 N ec uigor, & uires, & quæ modo uisa placebant:
 N ec corpus remanet, quondã quod amauerat Echo:
 Quæ tamen ut uidit: quamuis irata memorq;
 I ndoluit: quotiesq; puer miserabilis heheu
 D ixerat: hæc resonis iterabat uocibus heheu.
 C umq; suos manibus percusserat ille lacertos:
 H æc quoq; reddebat sonitum plangoris eundem.
 V lîma uox solitam fuit hæc spectantis in unda.
 H eu frustra dilecte puer: totidemq; remisit
 V erba locus: distoq; uale, uale inquit & Echo
 I lle caput uiridi fessum summisit in herba,
 L umina mors clausit domini mirantia formam.
 T um quoq; se, postquam est inferna sede receptus:

I n stygia spectabat aqua. plangere sorores
 N aiades: & sectos fratri imposuere capillos:
 P lanxerunt Dryades: plangentibus assonat Echo.
 I amq; rogiū quassasq; faces, pheretrūq; parabāt
 N usquam corpus erat. croceum pro corpore florent
 I nueniunt folijs medium cingentibus albis.
 C ognita res meritam uati per acheidas urbes
 A tulerat famam: nomenq; erat anguris ingens.
 S pernit Echionides tamen hunc ex omnibus unus
 C ontemptor superum Pentheus: præsa gaq; ridet
 V erba senis: tenebrasq; & cladem lucis ademptæ
 O biicit. ille mouens albentia tempora canis
 Q uam fœlix esses, si tu quoq; luminis huius
 O rbus ait, fieres: ne bacchica sacra uideres.
 N anq; dies aderit: quāq; haud procul anguror esse:
 Q ua nouus huc ueniet proles Semeleia Liber.
 Q uem nisi templorum fueris dignatus honore:
 M ille lacer spargere locis: & sanguine syluas
 F œdabis, matremq; tuam, matrisq; sorores:
 E t ueniet: neq; enim dignabere numen honore:
 M eq; sub his tenebris nimum uidisse quereris.
 T alia dicentem pronabat Echione natus.
 D ista fides sequitur: responsaq; uatis aguntur.
 L iber adest: festisq; fremunt ululatibus agri:
 T urba ruit: mistæq; uiris matresq; nurusq;
 V ulgusq; , proceresq; ignota ad sacra feruntur.
 Q uis furor anguigenæ proles maiorū uestras
 A ttollit mentes? Pentheus ait: arā ne tantum
 A ere repulsa ualent? & adunco tibia cornu?
 E t magicæ fraudes? ut quos non bellicus ensis,

METAMOR.

Non tuba terruerit, non strictis agmina telis:
Femineæ uoces, & mota insania uino,
Obsceniq; greges, & inania tympana uincant?
Vos ne senes mirer? qui longa per æquora uecti
ATyro hac profugos posuistis sede penates:
Nunc sinitis sine Marte capi, uos ne acrior ætas
Oiuuenes, propiorq; meæ? quos arma tenere,
Non thyrsos: galeaq; tegi, non fronde, decebat.
Este precor memores, qua sitis stirpe creati:
Illiusq; animos, qui multos perdidit unus:
Sumite serpentis: pro fontibus ille, lacuq;
Interijt: at uos pro fama uincite uestra.
Ille dedit leto fortes: uos pellite molles:
Et patrium retinete decus, si fata uetabant
Stare diu Thebas: unquam tormenta, uiriq;
Mœniadiruerent: ferrumq; , ignisq; , sonarent.
Essemus miseri sine crimine: sorsq; querenda,
Non cælanda foret: lachrymæq; pudore carerent.
At nunc à puero Thebæ capientur inermi:
Quem neq; bella iuuant, nec tela, nec usus equorū:
Sed madidi myrrha crines, mollesq; coronæ,
Purpuræq; , & pictis intextum uestibus aurum.
Quem quidem ego ætutum (modo uos absistite) cogā
Assumptumq; patrem, commentaq; sacra fateri.
An satis Acrisio est animi contemnere uanum
Numen? & Argolicas uenienti claudere portas?
Pentheæ terrebit cum totis aduena thebis?
Ite cū (famulis hoc imperat) ite ducemq;
Attrahite huc uinctum: iussis mora segnis abesto.
Hunc auus, hunc Athamas, hunc cætera turba suorū

Corripiunt dictis: frustra q̄; inhibere laborant.
Acrior admonitu est: irritatur q̄; retenta,
Et crescit rabies: moderamina q̄; ipsa nocebant.
Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,
Leniūs, & modico strepitu decurrere uidi:
At quacunq; trabes, obstructa q̄; saxa tenebant:
Spumeus, & feruens, & ab obijce seuioribat.
Ecce cruentati redeunt: & Bacchus ubi esset
Querenti domino, Bacchum uidisse negarunt:
Hunc dixere tamen comitem, famulumq; sacrorum
Cepimus: & tradunt manibus post terga ligatis
Sacra dei quondam tyrrhena gente secutum.
Aspicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos
Fecerat: & quanquam pœna uix tempora differt:
Operiture, tuaq; alijs documenta daturæ
Morte, ait, ede tuum nomen, nouienq; parentum,
Et patriam, morisq; noui cur sacra frequentes.
Ille metu uacuus, nomen mihi (dixit) Accetes,
Patria Mæonia est, humili de plebe parentes.
Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuençæ,
Lanigerosq; greges, non ulla armenta reliquit:
Pauper & ipse fuit: linoq; solebat, & hamis
Decipere, & calamo salientes ducere pisces:
Ars illi sua census erat, cum traderet artem:
Accipe quas habeo studij successor, & hæres
Dixit, opes moriensq; mihi nihil ille reliquit,
Præter aquas: unū hoc possum appellare paternū.
Mox ego, ne scopulis hærerem semper in ijsdem:
Addidici regimen dextra moderante carinæ
Flectere: & oleniæ sydus pluuiatæ capellæ,

METAMOR.

T aygetenq; , Hyadasq; oculis, Arctonq; notauit,
V entorumq; domos, & portus puppibus aptos:
F orte petens Delonchia telluris ad oras
A pplicor: & dextris adducor littora remis:
D oq; leues saltus: udaeq; immittor arenae.
N ox ubi consumpta est: aurora rubescere prima
C oeperat, exurgo; laicesq; inferre recentes
A dmoneo: monstroq; uiam, quae ducit ad undas.
I pse quid aura mihi tumulo promittat ab alto
P rospicio: comitesq; uoco: repetoq; carinam.
A d sumus en inquit sociorum primus Opheltis:
V tq; putat, praedam deserto naclus in agro
V irginea puerum ducit per littora forma.
I lle mero somnoq; grauis titubare uidetur:
V ixq; sequi: specto culnam, faciemq; gradumq;
N il ibi, quod credi posset mortale, uidebam.
E t sensi: & dixi socijs, quod numen in isto
C orpore sit dubito: sed corpore numen in isto est.
Q uisquis es o faueas: nostrisq; laboribus adsis:
H is quoq; des ueniam, pro nobis mitte precari
D ictys ait: quo non alius conscendere summas
O cyor antemnas: prehensq; rudente relabi.
H oc Libys, hoc flauus prorae tutela Melanthus,
H oc probat Alcimedon, et quirequiemq; modumq;
V oce dabat remis animorum hortator Epopeus.
H oc omnes alij, praedae tam caeca cupido est.
N on tamen hanc sacro uiolari pondere pinum
P erpetiar dixi: pars hic mihi maxima iuris:
I nq; aditu obsisto. fuit audacissimus omni
D e numero Lycabas: qui thusca pulsus ab urbe

E xilium dira pœnam pro cæde luebat.
 I s mihi, dum resto, iuuenili guttura pugno
 R upit: & excussum misissit in æquora: si non
 H æssem, quamuis amens, in fune retentus.
 I mpia turba probat factum. tum deniq; Bacchus
 (Bacchus enim fuerat) ueluti clamore solutus
 S it sopor: atq; mero redeant in pectora sensus:
 Quid facitis? quis clamor ait? qua dicite nauæ
 H uc ope perueni? quò me deferre paratis?
 P one metum Prorens: & quos contingere portus
 E de uelis, dixit: terra sistere petita.
 N axon ait liber cursus aduertite uestros:
 I lla mihi domus est: uobis erit hospita tellus.
 P er mare fallaces, perq; omnia numina iurant:
 S ic fore: meq; iubent pictæ dare uela carina.
 D extra Naxos erat: dextra mihi lintea danti,
 Quid facis ò demens? quis te furor iquit Opheltes?
 P ro se quisq; timet: laenam pete maxima nutu
 P ars mihi significat: pars quid uelit, aure susurrat.
 O bstupui: capiatq; alius moderamina dixi:
 M eq; ministerio scelerisq; , artisq; remouit.
 I nrepor à cunctis: totumq; immurmurat agmen:
 E quibus Ethalion te scilicet omnis in uno
 N ostra salus posita est, ait: & subi ipse: meumq;
 E xplet opus: naxoq; petit diuersa relicta.
 T um deus illudens, tanquam modo deniq; fraudẽ
 S enserit: è puppi pontum prospectat adunca:
 E t stenti similis, non hæc mihi littora nauæ
 P romissistis ait: non hæc mihi terra rogata est.
 Quid merui pœnam factu? quæ gloria uestra est?

METAMOR.

S i puerum iuuenes? si multi fallitis unum?
I andudū flebā: lachrymas manus impia nostras
R idet: & impellit properantibus æquora remis.
P er tibi nunc ipsam (neq; enim præsentior illo
E st deus) adiuro tam me tibi uera referre,
Q uam ueri maiora fide stetit æquore puppis
H and aliter: q̄ si siccum nauale teneret.
I lli admirantes remorum in uerbere perstant:
V elaq; deducunt: geminaq; ope currere tentant.
I mpediunt edere remos: nexuq; recuruo
S erpunt: & grauidis distinguunt uela corymbis.
I pse racemiferis frontem circumdatus uuis
P ampineis agitāt uelatam frondibus hastam.
Q uem circa tigres, simulacraq; inania lyncum,
P ietarumq; iacent fera corpora pantherarum.
E xiliere uiri: siue hoc insania fecit:
S iue timor: primusq; Medon nigrescere cœpit,
C orpore depresso, & spinæ curuamine flecti
I ncipit. huic Lycabas in quæ miracula dixit
V erteris? & lati rictus, & panda loquenti,
N aris erat: squamamq; cutis durata trahebat.
A t Libis, obstantes dum uult obuertere remos:
I n spatium resilire manus breue uidit: & illas
I am non esse manus: iam pinnas posse uocari.
A lter ad intortos cupiens dare brachia fines,
B rachia non habuit: truncoq; repandus in undas
C orpore defiluit: falcata nouissima cauda est:
Q ualia dimidiæ sinuantur cornua lunæ.
V ndiq; dant saltus: multaq; aspergine rorant:
E merguntq; iterum: redeuntq; sub æquora rursus:
Inq; chori

I nq̄; chori ludunt speciem: lasciuāq̄; iactant
 C orpora: & acceptum patulis mare naribus efflāt.
 D e modo uiginti (tot enim ratis illa ferebat)
 R estabam solus, pauidus gelidusq̄; trementi
 C orpore: uixq̄; animum firmat deus, excute dicēs
 C orde metum: Diamq̄; tene delatus in illam
 A ccessi sacris: baccheaq̄; sacra frequento.
 P ræbuimus longis Pentheus ambagibus aures
 I nquit: ut ira mora uires ad sumere posset.
 P ræcipitem famuli rapite hunc: cruciataq̄; duris
 C orpora tormentis stygiæ dimitte morti.
 P rofinus abstractus solidis tyrrhenus Accetes
 C laudatur in tectis: & dum crudelia iussæ
 I nstrumenta necis, ferrumq̄; ignesq̄; parantur:
 S ponte sua patuisse fores, lapsasq̄; lacertis
 S ponte sua fama est, nullo soluente cathenas.
 P erstat Echionides: nec iam iubet ire: sed ipse
 V adit, ubi festus facienda ad sacra Cithæron
 C antibus, & clara bacchantum uoce sonabat.
 V t fremit acer equus, cum bellicus ære canoro
 S igna dedit tubicen: pugnaq̄; assumit amorem.
 P enthea sic ictus longis ululatibus æther
 M ouit: & audito clamore recanduit ira.
 M onte ferè medio est cingentibus ultima syluis
 P urus ab arboribus spectabilis undiq; campus.
 H ic oculis illum cernentem sacra profanis
 P rima uidet: prima est insano concita cursu:
 P rima suum misso uiolauit Penthea thyrso
 M ater: & o geminæ (clamauit) adeste sorores:
 I lle aper, in nostris errat qui maximus agris:

Ouid. Meta.

f.

METAMOR. LIB. III.

Ille mihi feriendus aper. ruit omnis in unam
Turba furens: cunctæ coeunt: trepidumq; sequitur
Iam trepidum, iam uerba minus uolenta loquente,
Iam se damnantem, iam se peccasse fatentem.
Saucius ille tamen fer opem matertera, dixit
Autonoë: moueant animos Aëtaonis umbra.
Illa quis Aëtaon nescit: dextramq; precantis
Abstulit: Inoo lacerata est altera rapta.
Ille etiam uellet cum brachia tendere matri
Non habet infelix, quæ tendat brachia matri:
Trunca sed ostendens disiectis uulnera membris,
Aspice mater ait. uisis ululauit Agave:
Collaq; iactauit: crinemq; per aëra mouit:
Auulsumq; caput digitis complexa cruentis
Clamat, Io comites opus hoc uictoria nostra est.
Non citius frondes autumnæ frigore tactas.
Iamq; male hærentes alta rapit arbore uentus:
Quam sunt membra uiri manibus direpta nefandis.
Talibus exemplis, monita noua sacra frequentant.
Thuraq; dant, sanctasq; colunt Ismenides aras.

Argumentum.

A t noua deducunt Mineides orsa profanae,
 A ssyriam matrem, ratamq; & Naida uersas,
 P yramon & Thisben, uisam cum Marte Dionen,
 L eucothoen, Clytien, et semiuirum Hermaphroditū,
 Hic Celmū, Scythona, Crocō cū Smilace, Daphnin,
 Quae referunt in aues abeunt à uespere dictas.
 D iua Ino, & proles: uolucres, & saxa ministri,
 M ons sit Atlas Cadmusq; prius cū coniuge serpens.
 P egasus & colubri manant ex ore Medusæ,
 C rinis it in colubros, in dura coralia uimen.
 M onstrum auro genitus superat, scopuloq; reuinctā
 P erseus Andromedam uincit meliore catena.

P. OVI. NASO. METAMOR/
PHOSEOS. LIB. IIII.

T non Alcithoë Mineias orgia cēset
 Accipienda dei: sed adhuc teme-
 raria Bacchum
 Progeniem negat esse Iouis: soci-
 asq; sorores

I mpietatis habet. festum celebrare sacerdos
 I mnuensq; operum famulas, dominasq; suorum
 P ectora pelle tegi, crinales soluere uittas,
 S erta comis, manibus frondentes sumere thyrsos,
 I usserat: & seuam lesi fore numinis iram

f ij

METAMOR.

Vaticinatus erat. parent matresq; nurusq;
Telasq; & calathosq; infectaq; pensa reponunt:
Thuraq; dant: bacchūq; uocant: Bromiūq; Lyæūq;
Igni genamq; satumq; iterum, solumq; bimatrē.
Aditur his Nysēusq; indetonsusq; Thyoneus,
Et cum Lenæo genialis confitor uua,
Nycteliusq; Eleleusq; parens, & Iacchus, & Euan:
Et quæ præterea per graias plurima gentes
Nomina liber habes. tibi. n. inconsumpta iuuetā est:
Tu puer æternus, tu formosissimus alto
Conspiceris cœlo: tibi, cum sine cornibus astas,
Virgineum caput est: oriens tibi uictus, ad usq;
Decolor extremo qua cingitur India gange.
Pentheam uenerande, bipenniferumq; Lycurgum
Sacrilegos mactas: tyrrhenaq; mittis in æquor
Corpora: tu bijugum pictis insignia frenis
Colla premis lyncum: bacchæ satyriq; sequuntur.
Quiq; senex serula titubantes ebrius artus
Sustinet: aut pando non fortiter hæret asello.
Quacumq; ingrederis clamori iuuenilis, & unā
Fœmineæ uoces, impulsaq; tympana palmis,
Concauaq; æra sonant, longoq; foramine buxus.
Placatus, mitisq; rogant Ismenides adsis
Iussaq; sacra colunt. solæ Mineides intus
Intempestiua turbantes festa minerva,
Aut ducunt lanas: aut stamina pollice uersant:
Aut hærent telæ fanulasq; laboribus urgent.
E quibus una leui deducens pollice filum,
Dum cessant aliæ, commentaq; sacra frequentant:
Nos quoq; quas Pallas melior dea detinet, inquit,

Vñle opus manuum uario sermone leuenius:
 Perq̄; uices aliquid, quod tempora longa uideri
 Non sinat: in medium uacuas referamus ad aures.
 Dista probant, primamq̄; iubent narrare sorores.
 Illa quid è multis referat (nam plurima norat)
 Cogitat: & dubia est de te Babylonia narret
 Derceti quam uersa squamis uelantibus artus
 Stagna Palaestini credunt coluisse figura.
 An magis ut sumptis illius filia pennis,
 Extremos altis in turribus egerit annos.
 Nais an ut cantu, nimirumq̄; potentibus herbis
 Verterit in tacitos iuuenilia corpora pisces:
 Donec idem passa est. an quæ poma alba ferebat,
 Ut nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor.
 Hæc placet: hæc quoniam uulgaris fabula non est:
 Talibus orsa modis, lana sua fila sequente.
 Pyramus & Thisbe iuuenum pulcherrimus alter,
 Altera, quas oriens habuit, prælata puellis,
 Contiguas habuere domos: ubi dicitur altam
 Cœcilibus muris cinxisse Semiramis urbem.
 Noniam, primoq̄; gradus uicinia fecit:
 Tempore creuit amor. tedæ quoq̄; iure coissent:
 Sed uetere patres: quod non pomere uetare.
 Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
 Conscius omnis abest: nutu, signisq̄; loquuntur:
 Quoq̄; magis tegitur, tanto magis aestuat ignis.
 Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim,
 Cum fieret, paries domui communis utriq̄;
 Id uitium nulli per sæcula longa notatum,
 Quid non sentit amor? primi uidistis amantes:

METAMOR.

Et uocis fecistis iter: tutæq; per illud
Murmure blanditiæ minimo transire solebant.
Sæpe ubi constiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc:
Inq; uices fuerat captatus anhelitus oris:
Inuide (dicebant) paries quid amantibus obstas?
Qantum erat ut sineres toto nos corpore iungi?
Aut hoc si nimirum est: uel ad oscula danda pateres?
Nec sumus ingrati: tibi nos debere fatemur:
Quod datus est uerbis ad amicas transitus aures.
Talia diuersa nequicquam sede locuti
Sub noctem dixere uale: partiq; dedere
Oscula quisq; suæ non peruenientia contra.
Postera nocturnos quæora remouerat ignes:
Solq; pruinosas radijs siccauerat herbas:
Ad solitum coiere locum: tum murmure paruo
Multaq; prius questi statuerunt ut nocte silenti
Fallere custodes, foribusq; excedere tentent.
Cumq; domo exierint, urbis quoq; tecta relinquât:
Ne ue sit errandum lato spatiantibus aruo,
Conueniant ad busta Nini: lateantq; sub umbra
Arboris. arbor ibi niueis uberrima pomis
Ardua morus erat, gelido contermina fonti.
Pacta placent: & lux tarde discedere uisa
Precipitatur aquis: & aquis nox exit ab iisdem.
Callida per tenebras uersato cardine Thisbe
Egreditur: fallitq; suos: adopertaq; uultum
Peruenit ad tumultum: dictaq; sub arbore sedit.
Audacem faciebat amor. uenit ecce recenti
Cæde læna bouum spumantes oblita rictus
Dæpositura sitim uicini fontis in unda.

Quam procul ad lunæ radios babylonia Thisbe
 Vidit: & obscurum timido pede fugit in antrum:
 Dumq; fugit, tergo uelamina lapsa reliquit.
 Ut lea sæua sinim multa compefcuit unda:
 Dum redit in syluas, inuentos forte sine ipsa
 Ore cruentato, tennes lanianit amictus.
 Sერიუს egressus uestigia uidit in alto
 Puluere certa fera, totoq; expalluit ore
 Pyramus. ut uero uestem quoq; sanguine tinctam
 Repperit: una duos (inquit) nox perdet amantes:
 E quibus illa fuit longa dignissima uita:
 Nostra nocens anima est: ego te miseranda peremi:
 In loca plena metu qui iussi nocte uenires:
 Nec prior huc ueni. nostrum diuellite corpus,
 Et scelerata fero consumite uiscera morsu
 O quicumq; sub hac habitatis rupe leones.
 Sed timidi est optare necem. uelamina Thisbes
 Tollit: & ad pacta secum fert arboris umbram.
 Utq; dedit notæ lachrymas, dedit oscula uesti:
 Accipe nunc (inquit) nostri quoq; sanguinis haustus.
 Quoq; erat accinctus, demisit in ilia ferrum.
 Nec mora feruenti moriens è uulnere traxit:
 Et iacuit resupinus humo cruor emicat alte
 Non aliter, quam cum uitiato fistula plumbo
 Scinditur: & tenui stridente foramine, longas
 Eiaculatur aquas: atq; ictibus aerarumpit.
 Arborei fœtus aspergine cædis, in atram
 Veruntur faciem: madefactaq; sanguine radix
 Purpureo tingit pendentia mora colore.
 Ecce metu non dum posito, ne fallat amantem,

Illa redit: iuuenemq; oculis, animoq; requirit:
 Quantaq; uitarit narrare pericula gestit.
Vtq; locum, & uisam cognoscit in arbore formam
 Sic facit incertam pomi color: haret an hæc sit.
Dum dubitat, tremebunda uidet pulsare cruentum
 Membra solum: retroq; pedem tulit: oraq; buxo
Pallidiora gerens, exhorruit æquoris instar:
 Quod fremit, exigua cum summū stringitur aura,
Sed postquam remorata suos cognouit amores:
 Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas, amplexaq; corpus amatum,
Vulnera suppleuit lachrymis: fletumq; cruori
Miscuit: & gelidis in uulnibus oscula figens,
Pyræ (clamauit) quis te mihi casus ademit?
Pyræ responde: tua te carissima Thisbe
Nominat: exaudi: uultusq; attolle iacentes.
Ad nomen Thisbes oculos iam morte grauatos
Pyræus erexit: uisq; recondidit illa.
 Quæ postquam uestemq; suam cognouit: & ense
Vidit ebur uacuum: tuæ te manus (inquit) amorq;
Perdidit infelix: est & mihi fortis in unum
Hæc manus: est & amor: dabit hic in uulnera uires.
Persequar extinctum: letiq; miserima dicar
Causa, comesq; tui: quiq; à me morte reuelli
Heu, sola poteris: poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum uerbis estote rogati
Omultam miseriq; mei illiusq; parentes:
Vt quos certus amor, quos hora nouissima iungit,
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu quæ ramis arbor miserabile corpus

Nunc tegis unius: max es tectura duorum:
 Signa tene cædis: pullosq; & lucibus aptos
 Semper habe fœtus, gemini monumenta cruoris.
 Dixit, & aptato pectus mucrone sub iunum
 Incubuit ferro: quod adhuc à cæde tepebat.
 Vota tamen tetigere deos: tetigere parentes:
 Nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater:
 Quodq; rogis superest, una requiescit in urna.
 Deserat: mediumq; fuit breue tempus: & orsa est
 Dicere Leucothoe, uocem tenere sorores.
 Hunc quoq; sydereæ qui temperat omnia luce
 Cepit amor solem. Solis referamus amores.
 Primum adulterium ueneris cum Marte putatur
 Hic uidisse deus, uidet hic deus omnia primus.
 Indoluit factò: Iunonigenaq; marito
 Furta tori furtiq; locum monstrauit, at illi
 Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat,
 Excidit, extemplo graciles ex ære cathenas,
 Retiaq; & laqueos, quæ lumina fallere possent,
 Elimat, non illud opus tenuissima uincant
 Stamina: non summo quæ pendet aranea tigno.
 Vtq; leues tactus, momentaq; parua sequantur,
 Efficit: & lecto circumdata collocat apte.
 Vt uenere torum coniux, & adulter in unum:
 Arte uiri, uinclisq; noua ratione paratis,
 In medijs ambo deprensi amplexibus hærent.
 Lemnius extemplo ualuas patefecis eburnas:
 Admisitq; deos, illi iacere ligati
 Turpiter: atq; aliquis de diis non tristibus, optat
 Sic fieri turpis, superi risere: diuq;

METAMOR.

Hæc fuit in toto notissima fabula cælo.
Exigit indicij memorem Cythereia pœnam:
Inq; uices illum, tectos qui lesit amores:
Lædit amore pari, quid nunc Hyperione nate
Forma, colorq; tibi, radiataq; lumina profunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris:
Vreris igne nouo: quiq; omnia cernere debes:
Leucothoen spectas: & uirgine figis in una,
Quos mundo debes oculos modo surgis Eoo
Temperius cælo: modo serius incidis undis.
Spectandiq; mora brumales porrigis horas.
Deficis interdum: uitiumq; in lumina mentis
Transit: & obscurus mortalia pectora a terres.
Nec tibi, quod lunæ terris propioris imago
Obsiterit, palles: facit hunc amor iste colorem.
Diligis hanc unam: nec te Clymeneq; Rhodosq;
Nec tenet æææ genitrix pulcherrima Circes,
Quæq; tuos Clytiæ quamuis despecta petebat
Concubitus: ipsoq; illo graue uulnus habebat
Tempore. Leucothoe multarum obliuia fecit:
Gentis odoriferae quam formosissima partu
Edidit Eurynome: sed postquam filia creuit:
Quam mater cunctas, tam matrem filia uicit.
Rexit achæmenias urbes pater Orchamus: isq;
Septimus à prisco numeratur origine Belo.
Axe sub hesperio sunt pascua solis equorum:
Ambrosiam pro gramine habent. ea fessa diurnis
Membra ministerijs nutrit: reparatq; labori.
Diumq; ibi quadrupedes cœlestia pabula carpunt:
Noxq; uicem peragit: thalamos dens intrat amatos

V ersus in Eurynomes faciem genitricis: & inter
 B is sex Leucothoen famulas ad lumina cernit
 L euia uersato ducentem stamina fuso.
 E rgo ubi, ceu mater, caræ dedit oscula natæ:
 R es (ait) arcana est: famulæ discedit: ne ue
 E ripite arbitrium matri secreta loquendi.
 P aruerant: thalamoq; deus sine teste relictus,
 I lle ego sum, dixit, qui longum metior annum:
 O mnia qui uideo: per quem uidet omnia tellus:
 M undi oculus: mihi, crede, places. paret illa: metuq;
 E t colus, & fusus, digitis cecidere remissis.
 I pse timor decuit: nec longius ille moratus
 I n ueram redijt speciem, soliumq; nitorem.
 A t uirgo, quamuis inopino territa uisu:
 V icta nitore dei posita uim passa querela est.
 I nuidit Clytie: neq; enim moderatus in illa
 S olis amor fuerat: stimulataq; pellicis ira
 V ulgat adulterium: diffamatumq; parenti
 I ndicat. ille ferox, inmansuetusq; precantem,
 T endentemq; manus ad lumina solis, & ille
 V im tulit inuitæ dicentem, defodit alta
 C rudus humo: unmulnq; sup grauis addit arenæ.
 D issipat hunc radijs Hyperione natus: iterq;
 D at tibi: quo possis defossos promere uultus.
 N ec tu iam poteras enectum pondere terræ
 T ollerentympha caput: corpusq; ex angue iacebas.
 N il illo fertur uolucrum moderatore quorum
 P ost phaethonteos uidisse dolentius ignes.
 I lle quidem gelidos radiorum uiribus artus
 S i queat, in uiuum tentat reuocare calorem,

METAMOR.

Sed quoniam tantis fatum conatibus obstat:
Nectare odorato sparsit corpusq; , locumq;
Multaq; praequestus, tanges tamen aethera dixit,
Protinus imbutum caelesti nectare corpus
Delicuit: terramq; suo madefecit odore.
Virgaq; per glebas sensim radicibus actis
Thurea surrexit: tumulumq; cacumine rupit.
At Clytæn, quamuis amor excusare dolorem,
Indiciumq; dolor poterat: non amplius auctor
Lucis adit: uenerisq; modum sibi fecit in illa.
Tabuuit ex illo dementer amoribus usa
Nympharum impatiens: & sub Ioue nocte, dieq;
Sedit humo nuda, nudis incompta capillis.
Perq; nouem luces expers undaq; , cibusq;
Rore mero, lachrymisq; suis ieiunia pavit:
Nec se mouit humo: tantum spectabat euentis
Ora dei: multusq; suos fletebat ad illum.
Membra ferunt hasisse solo: partemq; coloris
Luridus exangues pallor conuerit in herbas:
Est in parte rubor: uiolaq; simillimus ora
Flos tegit, illa summ, quamuis radice tenetur:
Vertitur ad solem: mutataq; seruat amorem.
Dixerat: & factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuisse negant: pars omnia ueros
Posse deos memorant: sed non est Bacchus in illis.
Poscitur Alcithoë, postquam siluere sorores:
Quæ radio stantis percurrens stamina telæ,
Vulgatos taceo (dixit) pastoris amores
Daphnidis Idæi: quem Nymphæ pellicis ira
Contulit in saxum: tantus dolor urit amantes.

Nec loquar, ut quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modo uir, modo fœmina, Sytho.
Te quoq; nunc Adamas, quōdam fidissime paruō
Celme Ioui, largoq; sotos Curetas ab imbri,
Et Crocon in paruos uersum cum Smilace flores,
Pratereo: dulciq; animos nouitate tenebo.
Vnde sit infamis: quare male fortibus undis
Salmacis eneruet, tactosq; remolliat artus:
Discite. causa latet: uis est notissima fontis.
Mercurio puerum diua Cythereide natum
Naiades idæis enutriuere sub antris.
Cuius erat facies, in qua materq; paterq;
Cognosci possent: nomen quoq; traxit ab illis.
Is tria cum primum fecit quinquennia: montes
Deseruit patrios: idaq; altrice relicta,
Ignotis errare locis, ignota uidere
Flumina gaudebat, studio minuente laborem.
Ille etiam Lycias urbes, Lyciæq; propinquos
Caras adit. uidet hic stagnum lucentis ad inum
Vsq; solum lymphæ. non illic canna palustris,
Nec steriles uluæ, nec acuta cuspide iunci:
Perspicuus liquor est: stagni tamen ultima uiuo
Cespite cinguntur, semperq; uirentibus herbis.
Nympha colit, sed nec uenatibus apta, nec arcus
Flectere quæ soleat, nec quæ contendere cursu:
Solaq; naiadum celeri non nota Dianæ.
Sæpe suas illi, fama est, dixisse sorores,
Salmaci uel iaculum, uel pictas sume pharetras:
Et tua cum duris uenatibus otia misce.
Nec iaculum sumit, nec pictas illa pharetras:

METAMOR.

Nec sua cum duris uenatibus otia miscet.
 Sed modo fonte suo, formosos perluit artus.
 Sæpe cytoriaco deducit pectine crines:
 Et quid se deceat, spectatas consulit undas.
 Nunc perlucenti circumdata corpus amictu
 Mollibus aut folijs, aut mollibus incubat herbis.
 Sæpe legit flores: & tunc quoq; forte legebat:
 Cum puerum uidit: uisumq; optauit habere.
 Nec tamen ante adiit, & si properabat adire:
 Quàm se composuit: quàm circumspexit amictus:
 Et finxit uulnū: & meruit formosa uideri.
 Tunc sic orsa loqui, puer ò dignissime credi
 Esse deus, seu tu deus es, potes esse Cupido:
 Siue es mortalis: qui te genuere beati.
 Et mater felix, & fortunata profecto
 Si qua tibi seror est, & quæ dedit ubera nutrix.
 Sed longe cunctis, longeq; beatior illa,
 Si qua tibi sponsa est: siquam dignabere teda.
 Hæc tibi siue aliqua est: mea sit furtiua uoluptas:
 Seu nulla est: ego sim: thalamumq; ineamus eundē.
 Nais ab his tacuit: pueri rubor ora notauit.
 Nescit quid sit amor: sed & erubuisse decebat.
 Hic color aprica pendentibus arbore pomis:
 Aut ebori tincto est: aut sub candore rubenti
 Cum frustra resonant æra auxiliaria Luna,
 Poscenti nymphe sine sine sororia saltem
 Oscula, iamq; manus ad eburnea colla ferenti,
 Desinis? aut fugio, tecumq; (ait) ista relinquo?
 Salmacis extimuit: locaq; hæc tibi libera trado
 Hospes (ait) simulatq; gradu discedere uerso,

Tum quoq; respiciens : fruticumq; recondita sylua
 Deliauit : flexumq; genu summisit . at ille
 Scilicet ut uacuus , & inobseruatus in herbis
 Huc it , & hinc illuc : & in alludentibus undis
 Summa pedum , taloq; tenuis uestigia tingit .
 Nec mora , temperie blandarum captus aquarum ,
 Mollia de tenero uelamina corpore ponit .
 Tum uero obstupuit : nudaq; cupidine formæ
 Salmacis exarsit : flagrant quoq; lumina nymphæ
 Non aliter , quàm cum puro nuditissimus orbe
 Opposita speculi referitur imagine Phœbus .
 Vixq; moram patitur : uix iam sua gaudia differt :
 Iam cupit amplecti : iam se male continet amens .
 Ille canis uelox applauso corpore palmis
 Desilit in latices : alternaq; brachia ducens
 In liquidis translucet aquis : ut eburnea siquis
 Signa tegat claro , uel candida lilia , nitro .
 Vicinus , & ineus est exclamat Nais : & omni
 Veste procul iacta , medijs inmittitur undis :
 Pugnamentumq; tenet : luctantiaq; oscula carpit :
 Subiectatq; manus : inuitaq; pectora tangit :
 Et nunc hac iuueni , nunc circumsunditur illac .
 Deniq; nitentem contra , elabiq; uolentem
 Implicat : ut serpens , quam regia sustinet ales :
 Sublimemq; rapit . pendens caput illa , pedesq;
 Alligat : & cauda spatiantes implicat alas .
 Vtq; solent edere longos intexere truncos :
 Vt'ue sub æquoribus deprensus polypus hostem
 Continet , ex omni demissis parte flagellis .
 Perstat Atlantiades : sperataq; gaudia nymphæ

METAMOR.

Deneget. illa premit: demissaq; corpore toto
 Sicut inhærebat, pugnes licet improbe dixit:
 Non tamen effugies: ita di iubeatis: & istum
 Nulla dies à me, nec me diducat ab isto.
 Vota suos habuere deos: nam mista duorum
 Corpora iunguntur: faciesq; inducitur illis
 Vna. uelut siquis conducat cortice ramos,
 Crescendo iungi, pariterq; adolescere cernit.
 Sic ubi complexu coierunt membra tenaci:
 Nec duo sunt: sed forma duplex: nec fœmina dici,
 Nec puer ut possit: neutrumq;, & utrumq; uidetur.
 Ergo ubi se liquidas, quò uir descenderat, undas
 Semimarem fecisse uidet: mollitaq; in illis
 Membra: manus tendens (sed iam non uoce uirili)
 Hermaphroditus ait, nato date munera uestro
 Et pater, & genitrix, amborum nomen habenti:
 Quisquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde
 Semiuir: & tactis subito mollescat in undis.
 Motus uterq; parens, nati rata uerba biformis
 Fecit: & incerto fontem medicamine tinxit.
 Finis erat dictis: & adhuc Mineia proles
 Vrget opus: spernitq; deum: festumq; profanat.
 Tympana cum subito non apparentia raucis
 Obstrepere sonis: & adunco tibia cornu,
 Timulaq; æra sonant: & olent myrrhaq;, crociq;
 Resq; fide maior, cœpere uirescere telæ:
 Inq; ederae faciem pendens frondescere uestis:
 Pars habit in uites: & quæ modo fila fuerunt,
 Palmite mutantur: de stamine Pampinus exit.
 Purpura fulgorem pictis accommodat uuis.

Iamq;

I amq; dies exactus erat: tempusq; subibat,
 Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem:
 Sed cum luce tamen dubia confinia noctis.
 Tecta repente quati: pinguesq; ardere uidentur
 Lampades: & rutilis collucet ignibus ades:
 Falsaq; scænarum simulachra ululare ferarum.
 Fumida iandudum latitant per tecta sorores:
 Diuersaq; locis ignes, ac lumina uitant:
 Dumq; petunt tenebras: paruos membrana p artus
 Porrigitur: tenuesq; includunt brachia pennæ.
 Nec qua perdidierint ueterem ratione figuram,
 Scire sinunt tenebræ non illas pluma leuauit.
 Sustinuere tamen se perlucetibus alis.
 Conataq; loqui, minimam pro corpore uocem
 Emittunt peraguntq; leui stridore querelas,
 Tecta q; non syluas celebrant, luccmq; perosa
 Nocte uolant, seroq; tenent à uespere nomen.
 Tum uero totis Bacchi memorabile Thebis
 Numen erat, magnasq; noui matertera uires
 Narrat ubiq; dei, deq; tot sororibus expert
 Vna doloris erat, nisi quem fecere sorores.
 Aspicit hanc natis, thalamoq; Athamantis habet
 Sublimes animos, & alumni numine Iuno,
 Non tulit, & secum, potuit de pellice natus
 Vertere Mæonios, pelagoq; immergere nautas,
 Et laceranda sua nati dare uiscera matri,
 Et triplices operire nouis Meneidas alis,
 Nil poterit Iuno, nisi multos flere dolores?
 Idq; mihi satis est. hæc una potentia nostra est.
 Ipse docet quid agam, fas est & ab hoste doceri.

METAMOR.

Quidq; furor ualeat Penthea cæde satisq;
 A c super offendit . cur non stimuleur? eatq;
 P er cognata suis exempla furoribus Ino?
 E st uia declinæ funesta nubila taxo:
 D uci ad infernas per muta silentia sedes:
 S tyx nebulas exhalat iners: umbræq; recentes
 D escendunt illac, simulachraq; sancta sepulchris.
 P allor, hyemsq; tenent late loca senta: nouiq;
 Q ua sit iter manes, stygiam quod ducat ad urbē,
 I gnorant: ubi sit nigri fera regia Ditis.
 M ille capax aditus, & apertas undiq; portas
 V rbs habet: utq; fretum de tota flumina terra,
 S ic omnes animas locus accipit ille: nec ulli
 E xiguus populo est: urbam'ue accedere sentit:
 E rrant exangues sine corpore, & ossibus, umbræ:
 P arsq; forum celebrant: pars ini tecta tyranni:
 P ars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ
 E xercunt: aliam partem sua pœna coërcet.
 S ustinet ire illuc cœlesti sede relicta
 (Tantum odijs, iræq; dabat) saturnia Iuno.
 Q uo simul intrauit: sacroq; à corpore pressum
 I ntremuit limen: tria Cerberus extulit ora:
 E t tres latratu simul edidit, illa sorores
 N octe uocat genitas, graue et implacabile numen.
 C arceris ante fores clausas adamante sedebant:
 D eq; suis atros peccabant criminibus angues.
 Q uam simul agnoscunt inter caliginis umbras,
 S urrexere deæ. sedes scelerata uocatur.
 Viscera præbebat Tityus lanianda: nouemq;
 I ugeribus distractus erat. tibi Tantale nullæ

D eprenduntur aqua: quæq; iminet, effugit arbor.
 A ut petis, aut urges ruiturum Sisyphæ saxum.
 V oluitur Ixion: & se sequiturq; fugitq;.
 M oliriq; suis letum patruelibus ausæ
 A ssiduerepetunt, quas perdant, Belides undas.
 Quos omnes facie postquam Saturnia torua
 V idit: & ante omnes Ixiona: rursus ab illo
 S isyphon aspiciens, cur hic è fratribus inquit
 P erpetuas patitur pœnas? Athamanta superbum
 R egia diues habet? qui me cum coniuge semper
 S premit? & exponit causas odiq; uiaq;:
 Quidq; uelit quoduillet erat, ne regia Cadmi
 S taret: & i facinus traherent Athamanta furores.
 I mperium, promissa, preces confundit in unum:
 S ollicitatq; deas. sic hæc Iunone locuta,
 T isiphone canos, ut erat turbata, capillos
 M ouit: & obstantes reiecit ab ore colubros:
 A tq; ita, non longis opus est ambagibus inquit:
 F æta puta, quæcunq; iubes: inamabile regnum
 D escere: teq; refer cœli melioris ad auras.
 L æta redit Iuno: quam cœlum intrare parantem
 R oratis lustrauit aquis Thaumantias Iris.
 N ec mora Tisiphone madefactam sanguine sumit
 I mportuna facem: fluidoq; cruore rubentem
 I nduitur pallam: tortoq; incingitur angue:
 E grediturq; domo. luctus comitatur euntem,
 E t pavor, & terror trepidoq; insania uultu.
 L imine consiterat: postes trenuisse feruntur
 A colij: pallorq; fores infecit acernas:
 S olq; locum fugit. monstris exterrita coniux:

METAMOR.

Territus est Athamas : tectōq; exire parabant.
Obstitit infelix, aditumq; obsedit Erinnyis:
Nexaq; uipereis distendens brachia nodis
Cæsariem excussit: motæ sonnere colubræ.
Parsq; iacent humeris: pars circum pectora lapsæ
Sibila dant: saniemq; uomunt: linguisq; coruscant.
Inde duos medijs abruptit crinibus angues,
Pestiferaq; manu raptos immisit. at illi
Inoosq; finus, Athamanteosq; pererrant:
Inspirantq; graues animos: nec uulnera membris
Vlla ferunt: mens est, quæ diros sentiat ictus.
Attulerat secum liquidi quoq; monstra ueneni
Oris cerberei spumas, & uirus echidnæ,
Errosesq; uagos, cæcæq; obliuia mentis,
Et scelus, & lachrymas, rabiemq; et cædis amorē
Omnia trita simul: quæ sanguine mista recenti
Coxerat are cauo uiridi uersata cicuta.
Dumq; pauent illi: uertice furiale uenerum
Pectus in amborum: præcordiaq; intima mouit.
Tum face iactata per eundum sæpius orbem,
Consequitur motos uelociter ignibus ignes.
Sic uictrix, iussiq; potens, ad inania magni
Regna redit Ditis: sumptumq; recingitur anguem.
Protinus Æolides media furibundus in aula
Clamat Io comites his rena tendite syluis:
Hic modo cum gemina uisa est mihi prole leæna:
Vtq; feræ, sequitur uestigia coniugis amens:
Deq; sinu matris ridentem & parua Learchum
Brachia tendentem rapit: & bis, terq; per auras
Morerota findæ: rigidoq; infantia saxo

D iscutit ora ferox, tum deniq; concita mater,
 S eu dolor hoc fecit, seu sparsi causa ueneni
 E xululat, sparsisq; fugit male sana capillis,
 T eq; ferens paruum nudis Melicerta lacertis,
 E uohe Bacche sonat. Bacchi sub nomine Iuno
 R isit, & hos usus praestet tibi dixit, alumnus,
 I mminet equoribus scopulus, parsima canatur
 F luctibus, & tectas defendit ab imbribus undas,
 S umma riget fontemq; in apertum porrigit equor.
 O ccupat hunc (uires insania fecerat) Ino,
 S eq; super pontum nullo tardata timore
 M ittit, onusq; suum. percussa recanduit unda,
 A t Venus immerita neptis miserata labores,
 S ic patruo blandita suo est, ò numen aquarum,
 P roxima cui caelo cessit Neptune potestas.
 M agna quidem posco, sed tu miserere meorum.
 I actari quos cernis in Ionio immenso,
 E t dis adde tuis, aliqua & mihi gratia ponto est.
 S i tamen in medio quondam concreta profundo
 S puma fui, Igratumq; manet mihi nomen ab illa.
 A nnuuit oranti Neptunus, & abstulit illis,
 Q uod mortale fuit, maiestatemq; uerendam
 I mposuit, nomenq; simul, faciemq; nouauit.
 L eucotheaq; deum cum matre palæmona dixit.
 S idonia comites quantum ualuere secutæ
 S igna pedum, primo uidere nouissima saxo,
 N ec dubium de morte ratae, Capneida palmis
 D eplanxere domum, scissis cum ueste capillis.
 V tq; parum iustæ, nimiumq; in pellice seua
 I nuidiam fecere dea, conuitia Iuno

Non tulit, & faciam uos ipsas maxima dixit
 Scuitia monumenta mea, res dicta secuta est.
 Nam quæ præcipue fuerat pia, persequar inquit
 In freta reginam, saluamq; datura, moueri
 Haud usquam potuit, scopuloq; affixa cohasit.
 Altera dum solito tentat plangore ferire
 Pectora, tentatos sentit riguisse lacertos.
 Illa manus, ut forte tetenderat in maris undas
 Saxea facta manus in easdem porrigit undas.
 Huius ut arreptum laniabat uertice crinem,
 Duratos subito digitos in crine uideres.
 Quo quæq; in gestu deprensa est, hæsit in illo.
 Pars uolucres factæ quæ nunc quoq; gurgite in illo
 Æquora distringunt summis Cadmeides alis.
 Nescit Agenorides natam, paruumq; nepotem
 Æquoris esse deos. luctu, serieq; malorum
 Victus, & ostentis, quæ plurima uiderat, exit
 Conditor urbe sua, tanquam fortuna locorum,
 Non sua se premeret, longisq; erroribus actus.
 Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
 Iamq; malis, anisq; graues dum prima retractat
 Fata domus, releguntq; suos sermone labores.
 Num facer ille mea traiectus cuspide serpens
 Cadmus ait fuerat tum, cum Sidone profectus
 Vipereos sparsi per humum noua semina dentes?
 Quem si cura deum tam certa uindicat ira.
 Ipse precor serpens in longam porrigar aluum.
 Dixit, & ut serpens in longam tenditur aluum.
 Duratæq; cuti squamas increfcere sentit,
 Nigraq; cœruleis uariari corpora guttis.

I n pectusq; cadit pronus: commissaq; in unum
 P aulatim tereti tenentur acumine crura.
 B rachia iam restant: quæ restant brachia tendit:
 E t lachrymis per adhuc humana fluentibus ora,
 A ccede ò coniux, accede miserrima dixit:
 D umq; aliquid superest de me, me tange: maniq;
 A ccipe, dum manus est: dū nō totū occupat anguis
 I lle quidem uult plura loqui: sed lingua repente
 I n partes est fissa duas: nec uerba uolenti
 S ufficiunt: quonesq; aliquos parat edere questus:
 S ibilat: hanc illi uocem natura reliquit.
 N uda manu feriens exclamat pectora coniux,
 C adme mane: teq; infelix his exue monstris.
 C adme qd hoc? ubi pes? ubi sunt hūeriq;, manusq;
 E t color, & facies: & dum loquor omnia? cur nō
 M e quoq; coelestes in eundem uertitis anguem?
 D ixerat: ille suæ lambebat coniugis ora:
 I nq; finus caros, ueluti cognosceret, ibat:
 E t dabat amplexus assuetaq; colla petebat.
 Q uisquis adest (aderant comites) terrenur: at illis
 L ubrica perlucet cristati colla draconis:
 E t subito duo sunt: iunctoq; uolumine serpiunt:
 D onec in appositi nemoris subiere latebras.
 N unc quoq; nec fugiūt hoiem: nec uulnere lædūt:
 Q uidq; prius fuerint, placidi meminere dracones.
 S ed tamen ambobus uersæ solatia formæ
 M agna nepos dederat: quem debellata colebat
 I ndia: quem positus celebrabat Achaia templis.
 S olus Abantiades ab origine cretus eadem
 A crisius superest: qui mœnibus arceat urbis

METAMOR.

Argolica, contraq; deum ferat arma, genusq;
Non putet esse deum, neq; enim Iouis esse putabat
Perseæ, quem pluuio Danae conceperat auro.
Mox tamen Acrisium, (tanta est præsentia ueri.)
Tam uiolasse deum, quam non agnosse nepotem,
Pœnitet, impositus iam cœlo est alter, & alter
Viperei referens spoliū memorabile monstri
Aera carpebat tenerum stridentibus alis.
Cumq; super Libycas uictor penderet arenas
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ,
Quas humus exceptas uarios animauit in angues,
Vnde frequens illa est, infestaq; terra colubris,
Inde per immensum uentis discordibus ætus
Nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquosæ
Feritur, & ex alto seductas æthere longe
Despectat terras, totumq; superuolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia uidit,
Sæpe sub occasus, sæpe est ablatus in ortus.
Iamq; cadente die ueritus se credere nocti
Constitit hesperio regnis Atlantis in orbe.
Exiguamq; petit requiem, dum Lucifer ignes
Euocet Auroræ, cursusq; Aurora diurnos.
Hic hominum cunctis ingenti corpore præstans
Iapeionides Atlas fuit, ultima tellus
Rege sub hoc, & pontus erat, qui solis anhelis
Aequora subdit equis, & fessos excipit axes.
Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas
Errabant, & humum uicinia nulla premebat,
Arboreæ frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos, ex auro poma tegebant.

Hospes ait Persens illi, seu gloria tangit
Te generis magni, generis mihi Iuppiter auctor,
Sive es mirator rerum, mirabere nostras.
Hospitium, requiemq; peto. memor ille uenistæ
Sortis erat. dederat Themis hæc Parnasia sortem.
Tempus Atlæ ueniet. tua quo spoliabitur auro
Arbor, & hunc præda titulum Iouenatus habebit.
Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas
Montibus, & uasto dederat seruanda draconi,
Arcubatq; suis externos finibus omnes.
Huic, quoq; uade procul, ne longe gloria rerum,
Quas mentiris ait, longe tibi Iuppiter absit.
Vimq; minis addit, manibusq; expellere tentat
Cunctantem, & placidis miscentem fortia dictis.
Viribus inferior (quis enim par esset Atlantis
Viribus?) at quoniam parui tibi gratia nostra est,
Accipe munus ait, læuaq; à parte Medusæ
Ipsæ retrouersus squalentiâ protulit ora.
Quantus erat mons factus Atlas. nã barba, comaq;
In syluas aberant. iuga sunt humeriq; manusq;
Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen.
Ossa lapis sunt. tum partes altus in omnes
Creuit in immensum. (sic Di statuistis) & omne
Cum tot syderibus cœlum requieuit in illo.
Clauserat Hippotades æterno carceræ uentos,
Admonitorq; operum cœlo clarissimus alto
Lucifer ortus erat. pennis ligat ille resumptis
Parte ab utraq; pedes, teloq; accingitur unco,
Et liquidum motis talaribus æra findit.
Gentibus innumeris circumq; infraq; relictis

METAMOR.

A ethiopum populos, Cepheiaq; conspicit arua.
I llic immeritam maternæ pendere lingua
A ndromedam pœnas iniustus iusserat Hammon.
Quam simul ad duras religatam brachia cautes
V idit Abantiades: nisi q; leuis aura capillos
Mouerat: & tepido manabant lumina fletu:
M armorem ratus esset opus. trahit inscius ignes:
E t suspet: & uisæ correptus imagine formæ
P enè suas quatere est oblitus in aere pennas.
V t stetit: ò dixit non istis digna cæthenis,
S ed quibus inter se cupidi iunguntur amantes,
P ande requirenti nomen, terræq; tuumq;
E t cur uincla geras. primo filet illa: nec audet
A ppellare uirum uirgo: manibusq; modestos
C ælasset uultus, si non religata fuisset.
L umina (quod potuit) lachrymis impleuit obortis.
S æpius instanti, sua ne delicta fateri
N olle uiderentur: nomen terræq; suumq;
Quantaq; maternæ fuerit fiducia formæ
I ndicat: & nondum memoratis omnibus unda
I nsonuit: ueniensq; immenso bellua ponto
E minet: & lauum sub pectore possidet æquor.
C onclamat uirgo: genitor lugubris, & unâ
M ater adest: ambo miseri: sed iustus illa.
N ec secum auxilium, sed dignos tempore fletus,
P langoremq; ferunt: uinctoq; in corpore adherent.
C um sic hospes ait, lachrymarum longa manere
T empora uos poterunt: ad opè breuis hora ferèda è.
H anc ego si peterem Perseus Ioue natus, & illa,
Quam clausam impleuit fœcundo Iuppiter auro,

C orgonis anguicomæ Perseus superator, & alis
A etherias ausus iactatis ire per auras:
P ræferret cunctis certe gener. addere tantis
D otibus, & meritum (faueant modo numina) tæto.
V t mea sit seruata mea uirtute paciscor.
A ccipiunt legem (quis enim dubitaret?) & orant.
P romittuntq; super regnum dotale parentes.
E cce uelut nauis præfixo concita rostro
S ulcat aquas iuuenum sudantibus æta lacertis:
S ic fera dimonis impulsu pectoris undis
T antum aberat scopulis: quantum balearica torto
F unda potest plumbo medijs transmittere cæli:
C um subito iuuenis pedibus tellure repulsa
A rdans in nubes abiit. ut in æquore summo
V mbra uiri uisa est: uisam fera sæuit in umbram
V tq; Iouis præpes uacuo cum uidit in aruo
P ræbentem phœbo liuentia terga draconem,
O ccupat aduersum: neu sæua retorqueat ora,
S quamigeris auidos figit ceruicibus ungues.
S ic celeri missus præceps per inane uolatu
T erga fera pressit, dextroq; frementis in aruo
I nachides ferrum curuo tenuis abdidit hamo.
V ulnere læsa graui modo se sublimis in auras
A ttollit: modo subdit aquis: modo more ferocis
V ersat apri: quem turba canum circūsona terret.
I lle auidos morsus uelocibus effugit alis:
Q uaq; patet, nunc terga cauis sup. obsita conchis,
N unc laterum costas, nunc qua tenuissima cauda
D esinit in piscem, falcato uulnerat ense.
B ellua puniceo mistos cum sanguine fluctus

METAMOR.

Ore uomit. maduere graues aspergine penna,
Nec bibulis ultra Persens talaribus ansus
Credere, conspexit scopulum, qui uertice summo
Stantibus extat aquis, operitur ab æquore moto.
Nixus eo, rupisq; tenens iuga prima sinistra
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plausu, clamor, super asq; deorum
Impleuere domos, gaudent generumq; salutant.
Auxiliumq; domus, seruatoremq; fatentur
Cassiope, Cepheusq; pater, resoluta cathenis
Incedit uirgo pretiumq; & causa laboris.
Ipsæ manus hausta uictrices abluuit unda.
Anguiferumq; caput dura nelædat arena,
Mollit humum folijs, natasq; sub æquore uirgas
Sternit, & imponit Phorcynidos ora Medusæ.
Virga recens, bibulaq; etiam nunc uiua medulla
Vim rapuit monstri, tactuq; induruit huius,
Percepitq; nouum ramis, & fronderigorem.
At pelagi nymphæ factum mirabile tentant
Pluribus in uirgis, & idem contingere gaudent.
Seminaq; ex illis ut erant iactata per undas,
Nunc quoq; coralijs eadem natura remansit,
Duritiem tacto capiant ut ab aere, quodq;
Vimen in æquore erat, fiat super æquora saxum.
Dis, tribus ille focos totidem de cespite ponit.
Læuum Mercurio, dextrum tibi bellica Virgo.
Ara Iouis media est. mactatur uacca Mineruæ.
Alipedi uitalus, taurus tibi summe deorum.
Protinus Andromeden, & tanti præmia facti
Indotata rapit. tædas Hymenæus, amorq;

P ræcipiunt largis satiantur odoribus ignes,
 S ertaq; dependent tectis, & ubiq; lyræq;.
 T ibiaq; & cantus animi felicia lati
 A rgumenta sonant. reseratis aurea ualuis
 A tria tota patent, pulchroq; instructa paratu
 C epheni proceres ineunt conuiuia regis.
 P ostquam epulis functi generosi munere Bacchi
 D iffudere animos, cultusq; genusq; locorum
 Q uærit Abantiades, quærenti protinus unus
 N arrat Lyncides moresq; habitumq; locorum,
 Q uæ simul edocuit, nunc ò fertissime dixit
 F are precor Perseu quanta uirtute, quibusq;
 A rtibus abstuleris crinita draconibus ora.
 N arrat Abantiades gelido sub Atlante iacentem
 E sse locum solidæ nutum munimine molis,
 C uius in introitu geminas habitasse sorores
 P horcydas unius sortitas luminis usum.
 I d se sollerti, furtim dum traditur, astu
 S upposita cepisse manu, perq; abdita longe
 D euiq; & syluis horrentia saxa fragosis
 G orgoneas tetigisse domos, passimq; per agros
 P erq; uias uidisse hominum simulacra, serarumq;
 I n silicem ex ipsis uisa conuersa Medusa.
 S e tamen horrendæ clypei, quem leua gerebat,
 A ere repercusso formam aspexisse Medusæ.
 D umq; grauis somnus colubros, ipsamq; tenebat,
 E ripuisse caput collo, pennisq; fugacem
 P egason, & fratrem matris de sanguine natos.
 A ddidit & longi non falsa pericula cursus,
 Q uæ freta, quas terras sub se uidisset ab alto,

METAMOR. LIB. IIII.

Et quæ iactatis tetigisset sydera pennis.
 Ante expectatum tacuit. tamen excipit unus
 Ex numero procerum quærens, cur una sorore
 Gesserit alternis immistos crinibus angues.
 Hospes ait, quoniam scitaris digna relatu:
 Accipe quæsitâ causam. clarissima forma,
 Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum
 Illa: nec in tota conspectior ulla capillis
 Pars fuit: inueni, qui se uidisse reserrent.
 Hanc pelagi rector templo uitiasse Mineruæ
 Dicitur. auersa est: & castos ægide uultus
 Nata Iouis textit: ne'ue hoc impune fuisset:
 Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros.
 Nunc quoq; ut attonitos formidine terreat hostes:
 Pectore in aduerso, quos fecit, sustinet angues.

CAR. VIVIANI Collensis in Quintû Metæ.
 Argumentum.

Dum gemit iniusto comites sub Marte cadentes
 Stat lapis, & lapidû circumdatur agmine phineus.
 Tu quoq; cum præto uisa polydectæ Medusa
 Verteris. Aonidum uidet Enthea pocula pallas.
 Quæ rapidum sumptis fugere Pyrenea pennis,
 Terrigenumq; metu superi posuere figuras,
 Et niuea, ab, piceo rapitur Proserpina Diû.
 In lañces Cyane, in lañces Arethusa liquefcit
 S tellio fit puer, A scalaphus grauis omine Bubo.
 Pierides capiunt, doctæq; Acheloides alas.
 Lynca ceres fecit: quem damna in publica agebat
 L inor edax linor nullo non cognitus æuo.

Vm̄q; ea Cephenum medio Da
naëius heros

d Agmine commemorat: fremitu re-
gulia turbæ

Atria complentur: nec coniugialia
festa

Qui canat, est clamor: sed qui fera nuntiet arma.

I nq; repentinos conuiuia uersa tumultus

A ssimulare freto possis: quod saeva quietum

V entorum rabies motis exasperat undis.

P rimus in his Phineus belli temerarius auctor

F raxineam quatiens aratae cuspidis hastam

E n ait, en ad sum, praecepta coniugis ultor.

N ec mihi te penna, nec falsum uersus in aurum

I uppiter eripiet. conanti mittere Cepheus

Quid facis exclamat? quæ te germane furentem

M ens agit in facinus? meritis ne hæc gratia tantis

R edditur? hac uitam seruatae dote rependis?

Quam tibi non Perseus (uerum, si quæris) ademit:

S ed graue Nereidû numen: sed corniger Hæmon:

S ed quæ miseribus ueniebat bellua ponti

E xaturanda meis. illo tibi tempore rapta est:

Quo peritura fuit. nisi si crudelis id ipsam

E xigis, ut pereat: luctuq; leuabere nostro.

S cilicet haud satis est, q; te spectante reuincta est:

E t nullam q; opem patruus, sponsus' ue tulisti:

I nsuper à quoquam q; sit seruata dolebis?

METAMOR.

P ræmiaq; eripies? quæ si tibi magna uidentur,
E x illis scopulis, ubi erant affixa, petisses,
N unc sine qui petijt, p quem hæc non orba senectus
F erre, quod ex meritis, & uoce est pactus, eumq;
N on tibi, sed certæ prælatum intellige morti.
I lle nihil contra, sed & hunc, & Persea uultu
A lterno spectans petat hunc ignorat, an illum.
C unctatusq; breui contortam uiribus hastam,
Q uantas ira dabat, nequicquam in Persea misit.
E t stetit illa toro, stratis tum deniq; Perseus
E xilijt, teloq; ferox inimica remisso
P ectora rupisset, nisi post altaria Phineus
I sset, & indignum scelerato profuit ara.
F ronte tamen Rhæti non irrita cuspis adhæsit,
Q ui postq; cecidit, ferrumq; ex osse reuulsum est,
C alcitrat & positas aspergit sanguine mensas.
T um uero indomitas ardescit uulgus in iras,
T elaq; coniçunt, & sunt qui Cephea dicant
C um genero debere mori, sed limine tecti
E xierat Cepheus testatus iusq;, fidemq;
H ospitiq; deos, ea se prohibente moueri
B ellica Pallas adest, & protegit ægide fratrem
D atq; animos, erat indus Atys, quem flumine Gæge
E dita Limniace uitreis peperisse sub undis
C reditur, egregius forma, quam diuite cultu
A ugebat bis adhuc octonis integer annis
I ndutus Tyriam Chlamydē, quam limbis obibat
A ureus, ornabant aurata monilia collum,
E t madidos myrrha curuum crinale capillos.
I lle quidem iaculo quamuis distantia misso
Figere

F igere doctus erat: sed tendere doctior arcus.
 T um quoq; lenta manu flectentem cornua Perseus
 S ſipite, qui media positus ſumabat in ara
 P erculit: & fractis confudit in offibus ora.
 H unc ubi ſcedatos iactantem in ſanguine uultus
 A ſſyrius uidit Lycabas iunctiſſimus illi
 E t comes, & ueri non diſſimulator amoris:
 P oſtquam exhalantem ſub acerbo uulnere uitam
 D eplorauit Atyn: quos ille tetenderat arcus
 A rripit: & mecum tibi ſint certamina dixit:
 N ec longum pueri fato latabere: quo plus
 I nuidia q̄ laudis habes. hæc omnia non dum
 D ixerat: emicuit neruo penetrabile telum:
 V itatumq; tamen ſinuosa ueſte pependit.
 V erit in hunc harpen ſpectatam cade Meduſæ
 A criſioniades: adigitq; in pectus. at ille
 T am moriens oculis ſub nocte natantibus atra
 C ircunſpexit Atyn: ſeq; acclinauit ad illum:
 E t tulit ad manes iunctæ ſolatia mortis.
 E cce Syenites genitus Methione Phorbas,
 E t libys Amphimedon auidi committere pugnam,
 S anguine, quo late tellus madefaeta tepebat:
 C onciderant laſſi. ſurgentibus obſtitit enſis
 A lterius coſtis, iugulo Phorbantis, adaectus.
 A t non Afforiden Eritum, cui lata bipennis
 T elum erat, admoto Perſeus petit enſe: ſed altis
 E xtantem ſignis, multæq; in pondere maſſæ,
 I ngentem manibus tollit cratera duabus:
 I nſigitq; uiro. rutilum uomit ille cruorem:
 E t reſupinus humum moribundo uerace pulſat.

METAMOR.

Inde semiramio Polydæmona sanguine creum,
Caucasæumq; Abarim, Sperchionidenq; Lycetum,
Intonsumq; comas Elycen, Phlegianq; Clytumq;
Sternit: & extructos morientum calcat acervos.
Nec Phineus ausus concurrere comminus hosti:
Intorquet iaculum: quod demulit error in Idam
Expertem frustra belli, & neutra arma secutum.
Ille tuens oculis immitem Phinea toruis,
Quãdoq; in partes (ait) abstrahor: accipe Phineu,
Quem fecisti hostem: pensa q; hoc uulnere iulnus.
Iamq; remissurus tractum de uulnere telum
Sanguine defectos cecidit collapsus in artus.
Hic quoq; Cephenum post regem primus Odites
Ense iacet Clymeni: Protenora percutit Hypseus,
Hypsæa, Lyncides. fuit & grandæuus in illis
Emathion æquî cultor, timidusq; deorum:
Qui quoniam prohibent anni bellare, loquendo
Pugnat: & incessit: scelerataq; deuouet arma.
Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis
Decubit ense caput: quod protinus incidit aræ:
Atq; ibi semianimis uerba execrantia lingua
Edidit: & medios animam expirauit in ignes.
Hinc gemini fratres, Broteasq; & castibus Hâmō
Inuieli, uinci si possent castibus enses:
Phinea cecidere manu: cererisq; sacerdos
Amphicus albenti uelati tempora uitta.
Tu quoq; Iæpetide non hos adhibendus ad usus:
Sed qui pacis opus citharam cum uoce moueres:
Iussus eras celebrare dapes, festumq; canendo.
Quem procul astantem, plectrumq; imbelle tenentē

P ettalus irridens stygijs cane caetera dixit
 M anibus: & laeno mucronem tempore fixit.
 C oncidit, & digitis morientibus ille retentat
 F ila lyrae: casuq; fuit miserabile carmen.
 N ec finit hunc impune ferox cecidisse Lycermas:
 R aptaq; de dextro robusta repagula poste
 O ssibus illisit mediae cervicis. at ille
 P rocubuit terrae mactati more iuueni.
 D emere tentabat leui quoq; robora postis
 C inyphens Pelates: tentanti dextera fixa est
 C uspide Marmaridae Corin: lignoq; cohaesit.
 H arenti latus hausit Abas: nec corruit ille:
 S ed retinente manu moriens e poste pependit.
 S terminur & Melaneus per seia castra secutus,
 E t Nasamoniaci Dorilas ditissimus agri,
 D iues agri Dorilas: quo non possederat alter
 L atius: aut totidem tollebat farris acervos.
 H uis in obliquo missum stetit in guine ferrum:
 (Lenfer ille locus) quem postquam uulneris anthor
 S ingultantem animam, & uersantem lumina uidit;
 B aetrens Alcioneus: hoc, quod premis, inq; habeto
 D e tot agris terrae: corpusq; ex angue reliquit.
 T orquet in hunc hastam calido de uulnere raptam
 V ltor Abantiades: media quae nare recepta
 C ervice exacta est: in partesq; eminent ambas.
 D umq; manum fortuna iuuat, Clytiūq; Claniq;
 M atre satos una diuiso uulnere fudit.
 N am Clytij per utrumq; graui librata lacerto
 F raximus acta femur: iaculū Clani ore momordit
 O ccidit & Celadon mendesius: occidit Astrens

METAMOR.

Matre palæstina dubio genitore creatus,
Aethionq; sagax quondam uentura uidere,
Tunc me deceptus falsa regisq; Thoastes
Armiger, & cæso genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhausto superest: nanq; omnibus unū
Opprimere est animus: coniuurata undiq; pugnant
Agmina pro causa meritum impugnante, fidemq;
Hac pro parte socer frustra pius, & noua coniux
Cum genitrice fauent: ululatuq; atria complent.
Sed sonus armorum superat, gemitusq; cadentium:
Pollutosq; simul multo Bellona penates
Sanguine perfundit: renouataq; prælia miscet.
Circumeunt unum Phineus, & mille secuti
Phinea: tela uolant hyberna grandine plura
Præter utrunq; latus, præterq; & lumen, & aures.
Applicat hic humeros ad magnæ saxa columnæ:
Tutaq; terga gerens, aduersaq; in agmina uersus.
Sustinet instantes. instabat parte sinistra
Chaonius Molpheus, dextra nabathæus Ethemon.
Tigris ut auditis diuersa ualle duorum
Exstimulata fame mugitibus armentorum
Nescit utro potius ruat: & ruere ardet utroq;
Sic dubius Perseus dextra, læuæ ne feratur,
Molphea traiecti summonit uulnere cruris:
Contentusq; fuga est: neq; .n. dat tēpus Ethemon:
Sed furit: & cupiens alto dare uulnera collo,
Non circumspectis exactum uiribus ensē
Fregit: & extrema percussæ parte columnæ
Lamina dissiluit: dominiq; in gutture fixa est.
Non tamen ad letum causas satis illa ualentes

Plaga dedit: trepidum Perseus, & inertia frustra
Brachia tendentem cyllenide confodit harpe.
Verum ubi uirtutem turba succumbere uidit:
Auxilium Perseus, quoniam sic cogitis ipsi:
Dixit, ab hoste petam: uultus auerente uestros,
Siquis amicus adest: & Gorgonis extulit ora.
Quere alium, tua, quem moueant miracula, dixit
Thessalus: utq; manu iaculum fatale parabat
Mittere: in hoc haesit signum de marmore gestu.
Proximus huic Ampix animi plenissima magni
Pectora Lyncidae gladio petit: inq; petendo
Dextera dirigit: nec citra mota, nec ultra est.
At Nileus, qui se genitum septemplete Nilo
Ementitus erat: clypeo quoq; flumina septem
Argento partim, partim calauerat auro:
Aspice ait Perseu nostrae primordia gentis:
Magna feres tacitas solatia mortis ad umbras,
At tanto cecidisse uiro. pars ultima uocis
In medio suppressa sono est: ad aperta q; uelle
Ora loqui credas: nec sunt ea peruia uerbis.
Increpat hos, uitioq; animi non uiribus inquit
Gorgoneis torpetis Eryx: incurrite mecum:
Et prostermite humi iuuenē, magica arma mouentē.
Incursurus erat: tenuit uestigia tellus:
Immotusq; filet, armataq; mansit imago.
Hi tamen ex merito poenas subiere: sed unus
Miles erat Persei: pro quo dum pugnat, Acontens
Gorgone conspecta, saxo concreuit oborto.
Quem ratas Astyages etiam nunc uiuere, longo
Ense ferit: sonnit in nitibus ensis acutis.

METAMOR.

Dum stupet Astyages, naturam traxit eandem:
 Marmoreoq; manet uultus mirantis in ore.
 Nomina longa mora est media de plebe uirorum
 Dicere bis centum restabant corpora pugnae:
 Corpora bis centum rigerunt Gorgone uisa.
 Pœnitet iniusti tunc deniq; Phineæ belli.
 Sed quid agut? simulachra uidet diuersa figuris:
 Agnoscitq; suos: Et nomine quenq; uocatum
 Pœscit opem: credensq; parum, sibi proxima tangit
 Corpora: marmor erant: auertitur: atq; ita supplex
 Confessasq; manus, obliquaq; brachia tendens,
 Vincis ait Perseu: remoue tua monstra: tuaq;
 Saxificos uultus, quacunq; ea, tolle Medusæ:
 Tolle precor, non nos odium, regniq; cupido
 Compulit ad bellum: pro coniuge mouimus arma.
 Causa fuit meritis melior tua, tempore nostra.
 Non cessisse piget, nihil o fortissime præter
 Hanc animam concede mihi: tua cætera sunt.
 Talia dicenti, neq; eum, quem uoce rogabat,
 Respiciere audenti, quod ait timidissime Phineu
 Et possum tribuisse: Et magnum est munus inertis:
 Pone metum, tribuam: nullo uiolabere ferro.
 Quin etiam mansura dabo monumenta per æuum:
 Inq; domo soceri semper spectabere nostri:
 Vt mea se sponsi soletur imagine coniux:
 Dixit, Et in partem Phorcynida transtulit illam:
 Ad quam se trepido Phineus obuertat ore.
 Tunc quoq; conanti sua flectere lumina ceruix
 Dirigit: saxoq; oculorum induruit humor.
 Sed tamen os timidū, uultusq; in marmore supplex

S ummissæq; manus, faciesq; obnoxia mansit.
 V ictor Abantiades patrios cum coniuge muros
 I ntrat: & immeriti uindex, ultorq; parentis
 A ggredditur Præterum. nam fratre per arma fugato
 A crisioneas Præterus possederat arces.
 S ed nec ope armorū, nec quam male ceperat, arce
 T orua colubriferi superauit lumina monstri.
 T e tamen ò parua rector Polydecte Seriphi,
 N ec iuuenis uirtus per tot spectata labores,
 N ec mala mollierant: sed inexorable durus
 E xerces odium: nec iniqua finis in ira est.
 D etrectas etiam laudem: siēt amq; Medusæ
 A rguis esse necem. dabimus tibi pignora ueri,
 P arcite luminibus, Perscus ait: oraq; regis
 O re Medusæo silicem sine sanguine fecit.
 H attenus aurigenæ comitem Tritonia fratri
 S e dedit: inde caua circumdata nube Seriphon
 D eserit, à dextra Cythno, Gyaroq; relictis.
 Quaq; super pontum uia uisa breuissima, Thebas
 V irgineumq; Heliconæ petit: quo monte posita
 C onstint: & doctas sic est affata sorores.
 F ama noui sentis nostras peruenit ad aures:
 D ura Medusæi, quem præpetis unguis rupit.
 I s mihi causa uia: uolui mirabile factum
 C ernere: uidi ipsum materno sanguine nasci.
 E xcipit Vranie, quæcunq; est causa uidendi
 H as tibi diua domos, animo gratissima nostro.
 V era tamen fama est: & Pegasus huius origo
 F ontis: & ad lauces deduxit Pallada sacros.
 Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas

METAMOR.

S yluarum lucos circumspicit antiquarum;
 A ntraq; & innumeris distinctas floribus herbas.
 F elicesq; uocat pariter studijq; lociq;
 M æonidas. quam sic affata est una sororum.
 O, nisi te uirtus opera ad maiora tulisset:
 I n partem uentura chori tritonia nostri,
 V era refers: meritoq; probas, artesq; locumq;
 E t gratam sortem, nunc modo sumus, habemus.
 S ed uetitum est adeo scelere nihil. omnia terrent
 V irgineas mentes: dirusq; ante ora Pyreneus
 V eritur: & nondum me tota mente recepi.
 D aulia threicio, phoceaq; milite rura
 C eperat ille ferox: iniustaq; regna tenebat:
 T empla petebamus parnasia: uidit euntes:
 N ostraq; fallaci ueneratus numina uuln,
 M æonides (cognorat enim) consistite dixit:
 N ec dubitate precor tecto graue sydus & imbrem
 (Imber erat) uitare meo: subiere minores
 S æpe casas superi dictis, & tempore motæ,
 A nnuimusq; uiro: primasq; intrauimus ades.
 D esierant imbres: uictaq; aquilonibus austro
 F usca repurgato fugiebant nubila cælo.
 I mpetus ire fuit: claudit sua testa Pyreneus:
 V imq; parat. quam nos sumptis effugimus alis.
 I pse securo similis stetit arduus arce:
 Quaq; uia est uobis, erit & mihi (dixit) eadem:
 S eq; iacit uecors è summo culmine turris:
 E t cadit in uultus: discussisq; ossibus oris
 T undit humum moriès scelerato sanguine tinctâ.
 M usa loquebatur: pennæ sonnere per auras:

V oxq; salutatantum ramis ueniebat ab altis.
 S uspicit: & linguæ quarit tam certa loquentes
 V nde sonent: hoiemq; putat loue nata locutum:
 A les erat: numeroq; nouem sua fata querentes
 I nstiterant ramis imitantes omnia pica.
 M iranti sic orsa dea dea. nuper & istæ
 A uerunt uolucrum uictæ certamine turbam.
 P ierus has genuit pellæis diues in aruis:
 P æonis Anippe mater fuit: illa potentem
 L ucinam nouies nouies paritura uocauit.
 I nnumuit numero stolidarum turba sororum:
 P erq; tot hæmonias, & per tot Achæidas urbes
 H uc a enit: & tali committit prælia uoce.
 D esinite indoctum uana dulcedine uulgus
 F allere: nobiscum, siqua est fiducia uobis:
 T hespiades certate dea: nec uoce, nec arte
 V incemur: totidemq; sumus. uel cedite uictæ
 F onte Medusæo, & Hyantea Aganippe:
 V el nos emathijs ad pæonas usq; niuosos
 C edemus campis dirimant certamina nymphæ.
 T urpe quidem contendere erat: sed cedere uisum
 T urpius. electæ iurant per flumina nymphæ:
 F actaq; de uiuo pressere sedilia saxo.
 T unc sine sorte prior, quæ se certare professa est,
 B ella canit superum: falsoq; in honore gîgantes
 P onit: & extenuat magnorum facta deorum:
 E missumq; ima de sede Typhoea terræ
 C ælitibus fecisse metum: cunctosq; dedisse
 T erga fugæ: donec fessos ægyptia tellus
 C eperit, & septem discreuis in hostia Nilus:

METAMOR.

Huc quoq; terrigenam uenisse Typhoëa narrat:
Et se mentis superos caelasse figuris:
Duxq; gregis dixit fit Iuppiter: unde recuruis
Nunc quoq; formatus libys est cū cornibus Hāmōn
Delius in cornu, proles semeleia capro,
Fele soror phœbi, niuea Saturnia uacca,
Pisce Venus latuit, Cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam uocaliam mouerat ora.
Poscimur Aonides. sed forsitan otia non sunt:
Nec nostris præbere uacat tibi cantibus aures.
Ne dubita: uestrumq; mihi refer ordine carmen:
Rallas ait: nemorisq; leui consedit in umbra.
Musa refert. dedimus summam certaminis uni.
Surgit, & immissos edera collecta capillos
Calliopæ querulas prætentat pollice chordas:
Atq; hæc percussis subiungit carmina neruis.
Prima Ceres unco glebam dimouit aratro:
Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris:
Prima dedit leges. Cereris sunt omnia munus.
Illa canenda mihi est: utinam modo dicere possim
Carmina digna dea: certe dea carmine digna est.
Vasta giganteis ingesta est insula membris
Trinacris: & magnis subiectum molibus urget
Aetherias ausum sperare Typhoëa sedes.
Nitiur ille quidem: pugnatq; resurgere sæpe:
Dextra sed ausonio manus est subiecta Peloro:
Læua Pachynæ tibi: Lilybæo crura premuntur:
Degrauat Aetna caput: sub qua resupinus arenas
Eiectat, flammamq; fero uomit ore Typhoëus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ:

O p p i d a q; & magnos deuoluere corpore montes:
 I n d e t r e m i t t e l l u s : & r e x p a u e t i p s e s i l e n t i u m
 N e p a t e a t : l a t o q; s o l u m r e t e g a t u r h i a t u :
 I m m i s s u s q; d i e s t r e p i d a n t e s t e r r e a t u m b r a s .
 H a n c m e t u e n s c l a d e m t e n e b r o s a s e d e t y r a n n u s
 E x i e r a t : c u r r u q; a t r o r u m u e c t u s e q u o r u m
 A m b i b a t f i c u l a e c a u u s f u n d a m i n a t e r r a e .
 P o s t q u a m e x p l o r a u i m s a t i s e s t l o c a n u l l a l a b a r e :
 D e p o s i t i q; m e n t e u i d e t h u n c E r y c i n a u a g a n t e m
 M o n t e s u o r e s i d e n s , n a t u m q; a m p l e x a u o l u c r e m :
 A r m a , m a n u s q; m e a , m e a n a t e p o t e n t i a d i x i t ,
 I l l a , q u i b u s s u p e r a s o m n e s , c a p e t e l a C u p i d o :
 I n q; d e i p e c t u s c e l e r e s m o l i r e s a g i t t a s ,
 C u i t r i p l i c i s c e s s i t f o r t u n a n o u i s s i m a r e g n i .
 T u s u p e r o s , i p s u m q; I o u e m , t u n u m i n a p o n t i
 V i c t a d o m a s , i p s u m q; , r e g i t q u i n u m i n a t e r r a e .
 T a r t a r a q u i d c e s s a n t ? c u r n o n m a t r i s q; , t u u m q;
 I m p e r i u m p r o f e r s ? a g i t u r p a r s t e r t i a m u n d i .
 E t t a m e n i n c a e l o , q u a e i a m p a t i e n t i a n o s t r a e s t ?
 S p e r n i m u r : a c m e c u m u i r e s m i n u u n t u r a m o r i s .
 P a l l a d a n o n n e u i d e s , i a c u l a t r i c e m q; D i a n a m
 A b s e s s i s s e m i b i ? C e r e r i s q u o q; f i l i a u i r g o ,
 S i p a t i e m u r , e r i t : n a m s p e s a f f e c t a t e a s d e m .
 A t t u p r o s o c i o , s i q u a e s t e a g r a t i a , r e g n o
 I u n g e d e a m p a t r u o . d i x i t V e n u s i l l e p h a r e t r a m
 S o l u i t : & a r b i t r i o m a t r i s d e m i l l e s a g i t t i s
 V n a m s e p o s u i t : s e d q u a n e c a c u t i o r u l l a
 N e c m i n u s i n c e r t a e s t , n e c q u a m a g i s a u d i a t a r c u :
 O p p o s i t o q; g e n u c u r u a u i t f l e x i l e c o r n u :
 I n q; c o r h a m a t a p e r c u s s i t h a r u n d i n e d i t e m .

METAMOR.

Haud procul Aetnaeis lacus est à mœnibus altus
Nomine Pergusa: non illo plura Cayster
Carina cygnorum labentibus audit in undis.
Sylua coronat aquas cingens latus omne: suisq;
Frondebis ut uelo phœbeos summonet ignes:
Frigora dant rami, uarios humus humida flores:
Perpetuum uer est. quo dum Proserpina luco
Ludit: & aut uiolas, aut candida lilia carpit,
Dumq; puellari studio, calathosq; sinumq;
Implet: & aequales certat superare legendo:
Penè simul uisa est, dilectaq; , raptaq; , diu.
Vsque adeo est properatus amor. dea territa mœsto,
Et matrem & comites, sed matrem sapius, ore,
Clamat: & ut summa uestem laniarat ab ora,
Collecti flores tunicis cecidere remissis:
Tantaq; simplicitas puerilibus affuit annis:
Hæc quoq; uirgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus: & nomine quenq; uocando
Exhortatur equos: quorum per colla, iubasq;
Excutit obscura tinctas ferrugine habenas:
Perq; lacus altos, & olentia sulfure fertur
Stagna palicorum rupta feruentia terra,
Et qua bacchiadae bimari gens orta Corinthe
Inter inæquales posuerunt mœnia portus.
Est medium Cyanes, & piseæ Arethuse,
Quod coit angustis inclusum cornibus æquor.
Hic fuit, à cuius stagnum quoq; nomine dictū est:
Inter sicelidas Cyane celeberrima nymphas.
Gurgite quæ medio summa tenus extitit aluo:
Agnouitq; deam: nec longius ibitis inquit:

Non potes inuitæ Cereris gener esse: roganda,
 Non rapienda fuit. quod si componere magnis
 Parua mihi fas est: & me dilexit Anapis:
 Exorata tamen, nec, ut hæc, exterrita, nupsi.
 Dixit: & in partes diuersas brachia tendens
 Obsistit. haud ultra tenuit Saturnius iram:
 Terribilesq; hortatus equos in gurgitis ima
 Contortum ualido sceptrum regale lacerto
 Condidit. ista uiam tellus in tartara fecit:
 Et pronos currus medio cratere recepit.
 At Cyane raptamq; deam, contemptaq; fontis
 Ira sui moerens inconsolabile uulnus
 Mente gerit tacita: lachrymisq; absumitur omnis:
 Et quarum fuerat magnum modo numen, in illas
 Externatur aquas. molliri membra uideres:
 Ossa pati flexus: ungues posuisse rigorem:
 Primaq; de tota tenuissima quæq; liquefcunt
 Cærulei crines, digitiq; & crura, pedesq;
 Nambrenis in gelidas membris exilibus undas
 Transitus est. post hæc humeri tergumq; lausq;
 Pectoraq; in tennes abeunt euanda riuos.
 Deniq; pro uiuo uisatas sanguine uenas
 Lympha subit: restatq; nihil, quod prendere possis.
 Interea pauide nequicquam filia matri
 Omnibus est terris, omni quæ sita profundo.
 Illam non udis ueniens aurora capillis
 Cessantem uidit: non hesperus: illa duabus
 Flammiferas pinus manibus succedit ab Aetna:
 Perq; pruinosas tulit irrequieta tenebras.
 Rursus ubi alma dies hebetarat sydera: natam

METAMOR.

Solis ab occasu, solis quærebat ad ortus.
Fessa labore sitim conciperat: oraq; nulli
Colluerant fontes: contactam stramine uidit
Forte casam: paruasq; fores pulsauit, at inde
Prodit anus: diuamq; uidet: lymphamq; roganti
Dulce dedit, testa quod coxerat ante polenta.
Dum bibit illa datum: duri puer oris, & audax
Constitit ante deam: risitq;: auidamq; uocauit.
Offensa est: neq; adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mista persudit diua polenta.
Combibit os maculas: & quæ modobrachia gessit
Crura gerit: cauda est mutatis addita membris:
Inq; breuem formam, ne sit uis magna notendi,
Contrahitur: paruaq; minor mensura lacerta est.
Mirantem, flentemq;: & tangere monstra pauentem
Fugit animum: latebrasq; petit: apuamq; color
Nomen habet uarij: stellatus corpora guttis.
Quas dea per terras, & quas, errauerit undas,
Dicere longa mora est. quærenti desuit orbis.
Sitaniam repetit: dumq; omnia lustrat eundo:
Venit & ad Cyanen: ea, ni mutata fuisset:
Omnia narrasset: sed & os, & lingua uolenti
Dicere non aderant: nec qua loquerentur, habebat.
Signa tamen manifesta dedit: notamq; parenti
Illo forte loco delapsam ingurgite sacro
Persephones Tonam summis ostendit in undis.
Quam summi agnouit: tanquam tum deniq; raptam
Sisset, inornatos laniauit diua capillos:
Et repetita suis percussit pectora palmis.
Nescit adhuc ubi sit: terras tamen increpat omneis:

Ingratâsq; uocat, nec frugum munere dignas:
 Trinacriam ante alias: in qua uestigia damni
 Repperit. ergo illic sœua uertentia glebas
 Regit aratra manu: pariliq; irata colonos,
 Ruricolâsq; bones leto dedit: arnaq; iussit.
 Fallere depositum: uitiataq; semina fecit.
 Fertilitas terræ latum uulgata per orbem
 Sparsa iacet: primis segetes moriuntur in herbis.
 Et modo sol uinius, nimius modo corripit imber,
 Sydera tunc, uentiq; nocent: auidæq; uolucres
 Semina iacta legunt: lolium, tribuliq; fatigant.
 Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.
 Tum caput eleis Alpheias extulit undis:
 Rorantesq; comas à fronte remouit ad aures:
 Atq; ait, ò toto quasitæ uirginis orbe,
 Et frugum genitrix, immensos siste labores:
 Ne ue tibi fidæ uiolenta irascere terræ.
 Terra nihil meruit: patuitq; inuita rapina,
 Nec sum pro patria supplex: huc hospita ueni.
 Pisa mihi patria est: & ab Elide ducimus ortus:
 Sicaniâ peregrina colo. sed gratior omni
 Hæc mihi terra solo est: hos nunc Arethusa penates,
 Hanc habeo sedem: quam tu mitissima serua.
 Mota loco cur sim: tantiq; per æquoris undas
 A duebar Ortygiâ: ueniet narratibus hora
 Tempestiua meis: cum tu curaq; læuata,
 Et uultus melioris eris. mihi, peruia tellus
 Pæbet iter: subterq; imas ablata cavernas.
 Hic caput attollo: desuetaq; sydera terno.
 Ergo dum stygio sub terris gurgite labor:

METAMOR.

Visa tua est oculis illic Proserpina nostris.
Illa quidem tristis, neq; adhuc interrita uultus,
Sed regina tamen, sed opaci maxima mundi,
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas stupuit ceu saxea uoces:
Attonitæq; diu similis fuit: utq; dolore
Pulsa graui grauis est amentia: curribus auræ
Exit in ætherias. ibi toto nubila uultu
Ante Iouem passis stetit inuidiosa capillis:
Proq; meo ueni supplex tibi Iuppiter (inquit)
Sanguine, proq; tuo: si nulla est gratia matris:
Nata patrem moueat: neu sit tibi cura precamur
Vilior illius, quod nostro est edita partu.
En quæsitæ diu tandem mihi nata reperta est:
Si reperire uocas amittere certius: aut si
Scire ubi sit reperire uocas. q; rapta, feremus:
Dummodo reddat eam. neq; enim prædone marito
Filia digna tua est: si iam mea filia non est.
Iuppiter excepit, commune est pignus, onusq;
Nata mihi tecum: sed, si modo nomina rebus
Addere uera placet: non hoc iniuria factum,
Verum amor est: neq; erit nobis gener ille pudori:
Tu modo diua uelis. ut desint cætera: quantum est
Essè Iouis fratrem? quid, q; non cætera desunt?
Nec cedit nisi sorte mihi? sed tanta cupido
Si tibi dissidiij est: repetet Proserpina cælum:
Lege tamen certa: si nullos contigit illic
Ore cibos: nam sic parcarum fœdere cautum est.
Dixerat. at Cereri certum est educere natam.
Non ita fata sinunt. quoniam ieiunia uirgo
Soluerat

S oluerat: & cultis dum simplex errat in hortis:
 P uniceum curua decerpserat arbore pomum:
 S umpptaq; pallenti septem de cortice grana
 P resserat ore suo: solusq; ex omnibus illud
 A scalaphus uidit: quem quondam dicitur Orphne
 I nter auernales haud ignotissima nymphas
 E x Acheronte suo furuis peperisse sub antris.
 V idit: & indicio reditum crudelis ademit.
 I ngeniuit regina herebi: testemq; profanam
 F ecit auem: sparsumq; caput Phlegetōide lymphā
 I nrostrum, & plumas, & grandia lumina uertit.
 I lle sibi ablatu fuluis amicitur ab alis:
 I nq; caput crescit: longosq; reflectitur ungues:
 V ixq; mouet natas per inertia brachia pennas:
 F œdaq; sit uolucris uenturi nuntia luctus
 I gnauus Bubo, dirum mortalibus omen.
 Hic tamen indicio pœnam, linguaq; uideri
 C ommeruisse potest. uobis Acheloides unde
 P luma, pedesq; auium, cum uirginis ora geratis?
 A n quia, cum legeret uernos Proserpina flores:
 I n comitum numero mistæ Sirenes eratis?
 Q uam postquam toto frustra quæsistis in orbe:
 P rotinus, ut uestram sentirent æquora curam,
 P ossè super fluctus alarum insistere remis
 O ptastis: facilesq; deos habuistis: & artus
 V idistis uestros subitis flarescere pennis.
 N e tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
 T antaq; dos oris linguæ deperderet usum:
 V irginei uultus, & uox humana remansit.
 A t medius fratrisq; sui, mœstæq; sororis

METAMOR.

Iuppiter ex æquo uoluentem diuidit annum.
Nunc dea regnorum numen commune duorum
Cum matre est totidem, totidē cum coniuge menses.
Vertitur extemplo facies & mentis, & oris:
Nam, modo quæ poterat diti quoq; mœsta uideri,
Læta deæ frons est, ut sol qui tectus aquosis
Nubibus ante fuit, uictis ē nubibus exit.
Exigit alma Ceres nata secura recepta
Quæ tibi causa fugæ? cur sis Arethusa sacer fons?
Conticuere undæ: quarum dea sustulit alto
Fonte caput: uiridesq; manu siccata capillos
Fluminis Alpei ueteres narrauit amores.
Pars ego nympharum, quæ sunt in Achæide, dixit
Vna fui: nec me studiosius altera saltus
Legit: nec posuit studiosius altera casses.
Sed quamuis formæ nunq̄ mihi fama perita est:
Quamuis fortis eram: formosæ nomen habebam.
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat:
Quæq; aliæ gaudere solent, ego rustica dote
Corporis erubui: crimenq; placere putari
Lassa reuertebar (memini) stymphalide sylua:
Aestus erat: magnusq; labor geminauerat æstum:
Inuenio sine uortice aquas, sine murmure euntes,
Perspicuas ad humum: per quas numerabilis alte
Calculus omnis erat: quas tu uix ire putares.
Cana salicta dabant, nutritaq; populus unda
Sponte sua natas ripis decliuibus umbras.
Accessi: primumq; pedis uestigia tinxī:
Poplite deinde tenuis: neq; eo contenta recingor:
Molliaq; impono salicā uelamina curuæ:

N udaq; mergor aquis, quas dum ferioq;, trahoq;
 M ille modis labens: excussaq; brachia iacto:
 N escio quod medio sensi sub gurgite nurrur:
 T erritaq; insisto propioris margine ripæ.
 Q uò properas Arethusa? suis Alphens ab undis,
 Q uò properas? iterum rauco mihi dixerat ore.
 S icut eram fugio sine uestibus: altera uestes
 R ipa meas habuit. tanto magis instat: & ardet:
 E t quia nuda fui, sum uisa paratior illi.
 S ic ego curream: sic me ferus ille premebat:
 V t fugere accipitrem pennatrepidante columbæ,
 V t solet accipiter trepidas urgere columbas.
 V sq; sub Orchomenon, Psophidaq;, Cyllenenq;,
 M ænariosq; sinus, gelidumq; Erimanthon, & Elim
 C urrere sustinui: nec me uelocior ille.
 S ed tolerare diu cursus ego uiribus impar
 N on poteram: longipatiens erat ille laboris.
 P er tamen & campos & opertos arbore montes,
 S axa quoq; & rupes, & qua uia nulla, cucurri.
 S ol erat à tergo: uidi precedere longam
 A nte pedes umbram: nisi sic timor illa uidebat.
 S ed certe sonituq; pedum terrebar, & ingens
 G rinales uittas afflabat anhelitus oris.
 F essa labore fugæ ser opem, deprendimur, inquam
 A rmigeræ Diana tuæ cui sæpe dedisti
 F erre tuos arcus, inclusaq; tela pharetra.
 M ota dea est: spissisq; ferens è nubibus unam
 M e super iniecit. lustrat caligine tectam
 A mnis: & ignarus circumcaua nubila querit.
 B isq; locum, quo me dea texerat, inscius ambit:

METAMOR.

Et bis Io Arethusa, Io Arethusa uocauit.
Quid mihi tunc animi miseræ fuit? an'ne q̄ agnæ
Siqua lupos audit circum stabula alta frementes?
Aut lepori? qui uepre latens hostilia cernit
Ora canum? nullosq̄; audet dare corpore motus?
Non tamen abscedit: neq̄; enim uestigia cernit
Longius ulla pedum: seruat nubemq̄;, locumq̄;.
Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus:
Ceruleaq̄; cadunt toto de corpore guttæ:
Quaq̄; pedem moui, manat locus: eq̄; capillis
Ros cadit: & citius, q̄ nunc tibi facta renarro,
In latices mutor. sed enim cognoscit amatas
Amnis aquas, positoq̄; uiri, quod sumpserat, ore
Vertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas.
Delia rupit humum: cæcisq̄; ego mersa cauernis
Aduehor Ortygiam: quæ me cognomine diuæ
Grata meæ superas eduxit prima sub auras.
Hac Arethusa tenus: geminos dea fertilis angues
Curribus admonit: frenisq̄; coërcuit ora:
Et medium cæli, terræq̄;, per aëra uecta est:
Atq̄; leuem currum Tritonida misit in urbem
Triptolemo: partimq̄; rudi data semina iussit
Spargere humo, partim post tēpora longa reculta.
Iam super Europen sublimis, & Asida terram
Vectus erat iuuenis: scythicasq̄; aduertitur oras.
Rex ibi Lynceus erat: regis subit ille penates.
Qua ueniat, causamq̄; uia, nomenq̄; rogatus,
Et patriam, patria est clara mihi dixit Athenæ:
Triptolemus nomen. ueni nec puppe per undas,
Nec pede per terras: patuit mihi peruius æther.

Dona fero Cereris: latos quæ sparsa per agros
Frugiferas messes, alimentaq; mitia reddant.
Barbarus inuidit: tantiq; ut muneris auctor
Ipse sit, hospitio recipit: somnoq; grauatum
Aggrediatur ferro. conantem figere pectus
Lynca Ceres fecit: rursusq; per aëra iussit
Mopsopium iuuenem sacros agitare iugales.
Finierat doctos è nobis maxima cantus.
At nymphæ uicisse deas Heliconæ colentes
Concordi dixere sono. conuicia uictæ
Cum facerent: quoniam (dixi) certamine uobis
Supplicium meruisse parum est: maledictaq; culpæ
Additis: & non est patientia libera nobis:
Ibimus in pœnas: & qua uocat ira, sequemur.
Rident Anipedes: spernantq; minantia uerba:
Conataq; loqui, & magno clamore proteruas
Intentare manus, pennas exire per unguis
Aspexere suos: operiri brachia plumis:
Alteraq; alterius rigido concrescere rostro
Ora uidet: uolucresq; nouas accedere syluis.
Plangere dumq; uolunt per brachia mota leuata,
Aëre pendebant nemorum conuicia picæ.
Nunc quoq; in alitibus faciundia prisca remansit,
Raucaq; garrulitas, studiumq; immane loquendi.

Argumentum.

Pallas animum simulat, primosq; assumere certant
Lamicij titulos frustra deterret Arachnen,
Certatur .ueterem terræ de nomine litem
Et quos sacrilegi sperent, Dea pingit honores,
Mæonis infames superum designat amores.
Hinc male laudatas exercet Aranea telas.
At Niobe amissis, per quos fuit improba, natis
Facta silex lacrimas etiã nunc mœsta profundit.
Qui uetere uiri, saliere in gurgite Rana.
Detractusq; sibi fit Marsia flumen, eburnus
Parte pelops uolucris gemina cû coniuge Terens,
Et Boreæ natos parit Orithyia uolucres.

Rebuerat dictis tritonia talibus
aures:

P

Carminaq; aonidum, iustamq; pro-
bauerat iram.

Tum secum, laudare parū est: laudemur & ipsæ:
N umina nec sperni sine pœna nostra sinamus.
Mæoniaq; animum satis intendit Arachnes:
Quam sibi lanificæ non cedere laudibus artis
A udierat, non illa loco, nec origine gentis
C lara, sed arte fuit. pater huic colophonius Idmon
P hocaico bibulas tingeat murice lanas:
O cciderat mater: sed & hæc de plebe, suoq;
A equa uiro fuerat. lydas tamen illa per urbes
Quæsierat studio nomen memorabile: quamuis
O rta domo parua paruis habitabat Hypæpis.
H uius ut aspicerent opus admirabile sæpe
D eseruere sui nymphæ uineta Timoli:
D eseruere suas nymphæ pactolides undas.
N ec factas solum uestes spectare iuuabat:
T unc quoq; cum fierent: tantus decor affuit arti.
S iue rudem primos lanam glomerabat in orbes:
S eu digitis subigebat opus: repetitaq; longo
V ellerat mollibat nebulas æquantia tractu:
S iue leui teretem uersabat pollice fusum:
S eu pingebat acu: scires à Pallade doctam.
Quod tamen ipsa negat: tantaq; offensa magistra
C ertet (ait) neccum: nihil est, quod uicta recussem.

Pallas anum simulat: falsosq; in tempora canos
Addit: & infirmos bacula quoq; sustinet artus.
Tunc sic orsa loqui. non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus. habet: seris uenit usus ab annis.
Consilium ne sperne meum: tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima telæ
Cede deæ: ueniamq; tuis temeraria dictis
Supplice uoce roga: ueniam dabit illa roganti.
Aspicit hanc toruis, inceptaq; fila relinquit:
Vixq; manus retinens, confessaq; uultibus iram
Talibus obscuram rescuta est Pallada dictis.
Mentis inops, longaq; uenis confecta senecta:
Et nimium uixisse diu nocet: audiat istas,
Siqua tibi nurus est, siqua est tibi filia, uoces.
Consilij satis est in me mihi: ne ue monendo
Prosecisse putes: eadem est sententia nobis.
Cur non ipsa uenit? cur hæc certamina uitat?
Tum dea, uenit, ait: formamq; remouit anilem:
Palladaq; exhibuit uenerantur numina nymphæ:
Mygdonidesq; nurus: sola est interrita uirgo.
Sed tamen erubuit: subitusq; inuita notauit
Ora rubor: rursusq; euannit: ut scilet aer
Purpureus fieri, cum primum aurora mouetur:
Et breue post tempus candescere solis ab ortu.
Perstat in incepto: stolidæq; cupidine palmæ
In sua fata ruat: neq; enim Ioue nata recusat:
Nec monet ulterius: nec iam certamina differt.
Haud mora: consistunt diuersis partibus ambæ:
Et gracili geminas intendunt stamine telas:
Tela iugo iuncta est: stamen secernit arundo

I nscribitur medium radijs sub tegmen acutis:
Quod digiti expediunt: atq; inter stamina ductum
Percusso ferunt insecti pectine dentes.
Vtraq; festinat: cinctæq; ad pectora uestes,
Brachia docta mouent studio fallente laborem.
Illic & tyrium quæ purpura sensit ahenum
Texitur: & tenues parui discriminis umbrae.
Qualis ab imbre solet percussis solibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cælum:
In quo diuersi niteant cum mille colores:
Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit:
Vsque adeo quæ tangit idem est: tamen ultima distat.
Illic & lentum filis immittitur aurum:
Et uetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia Pallas scopulum mauortis in arce
Pingit: & antiquam de terræ nomine litem.
Bis sex cælestes medio Ioue sedibus altis
Augusta gravitate sedent: sua quæq; deorum
Inscribit facies: Iouis est regalis imago.
Stare deum pelagi, longoq; ferire tridente
Aspera saxa facit: medioq; è uulnere saxi
Exiluisse fretum: quo pignore uendicet urbem.
At sibi dat clypeum: dat acutæ cuspidis hastam:
Dat galeam capiti: defenditur ægide pectus:
Percussamq; sua simulat de cuspide terram
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ:
Mirariq; deos: operis uictoria finis.
Vt tamen exemplis intelligat æmula laudis,
Quod pretium speret pro tam furialibus ausis:
Quatuor in partes certamina quatuor addit

METAMOR.

Clara colore suo, breuibus distincta sigillis.
Tbreicia Rhodopen habet angulus unus, et Hemū
Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam,
Nomina summorum sibi qui tribuere deorum.
Altera pygmæa fatum miserabile matris
Pars habet: hanc Iuno uictam certamine iussit
Esse gruem: populisq; suis indicere bellum.
Pinxit & Antigonem ausam contendere quōdam
Cum magni consorte Iouis: quam regia Iuno
In uolucrem uertit: nec profuit ilion illi,
Laomedon' ue pater: sumptis quin candida pennis
Ipsa sibi plaudat crepitante cōomia rostro.
Qui superest solus Cynaran habet angulus orbem:
Isq; gradus templi natarum membra suarum
Amplectens, saxoq; iacens lachrymare uidentur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus est: operisq; sua facit arbore finem.
Maonis elusam designat imagine tauri
Europam, uerum taurum, freta uera putares.
Ipsa uidebatur terras spectare relictas:
Et comites clamare suas: tactumq; uereri
Assilientis aquæ: timidâsq; recondere plantas.
Fecit & Asterien aquila luctante teneri:
Fecit olorinis Ledam recubare sub alis.
Addidit ut Satyri cælatus imagine, pulchram
Iuppiter implevit gemino Nyctēida fœtu.
Amphitryon fuerit, cum te Tirynthia cepit.
Aureus ut Danaën, Asopida luserit ignis,
Mnemosynen pastor, uarius Deoida serpens.
Te quoq; mutatam toruo neptune iuuenco

V irgine in æolia posuit: tu uisus Eniphens
 G ignis Aloidas: aries Bisalpida fallis:
 E t te flama comas frugum mitissima mater
 S ensit equum: te sensit equum crinita colubris
 M ater equi uolucris: sensit delphina Melantho.
 O mnibus his faciemq; suam, faciemq; locorum
 R eddidit: est illic agrestis imagine Phœbus:
 V tq; modo accipitris pennas, modo terga leonis
 G esserit: ut pastor Machareida luserit Issen.
 L iber ut Erigonen falsa deceperit uua:
 V t Saturnus equo geminum Chirona crearit.
 V llima pars telæ tenui circumdata limbo
 N exilibus flores ederis habet intertextos.
 N on illud Pallas: non illud carpere liuor
 P ossit opus. doluit successu flama uirago:
 E t rupit pictas coelestia crimina uestes.
 V tq; Cytoriacoradium de monte tenebat:
 T er quater Idmonia frontem percussit Arachnes.
 N on tulit infelix: laqueoq; animosa lignuit
 G uttura pendentem Pallas miserata leuauit.
 A tq; ita, uiue quidem, pende tamen improba, dixit:
 L exq; eadem poenæ, ne sis secura futuri:
 D icta tuo generi, serisq; nepotibus esto.
 P ost ea discedens succis hecateidos herbæ
 S parsit: & extemplo tristi medicamine tactæ
 D efluxere comæ: cum quis & naris, & aures:
 F itq; caput minimum: toto quoq; corpore parua è.
 I n latere exiles digiti pro cruribus hærent:
 C ætera uenter habet: de quo tamen illa remittit
 S tamen: & antiquas exercet aranea telas.

METAMOR.

L ydia tota fremit: Phrygiæq; per oppida facti
R umor it: & magnum sermonibus occupat orbē,
A nte suos Niobe thalamos cognouerat illam,
T unc cum Mæoniam uirgo, Sipylumq; colebat.
N ec tamen admonita est pœna popularis Arachnes
C edere cœlitibus: uerbisq; mincribus uti.
M ulta dabant animos: sed enim nec coniugis arces,
N ec genus amborum, magniq; potentia regni
S ic placuere illi: quamuis ea cuncta placerent:
V t sua progenies: & felicissima matrum
D icta foret Niobe: si non sibi uisa fuisset.
N am fata Tiresia uenturi præscia Manto
P er medias fuerat diuino concita motu
V atinata uias. Ismenides ite frequentes:
E t date Latonæ, Latonigenisq; duobus
C um prece thurapia: lauroq; innectite crinem.
O re meo latona iubet. paretur: & omnes
T hebaides iussis sua tempora frondibus ornant,
T huraq; dant sanctis, & uerba precantia flâmis.
E cce uenit comitum Niobe celeberrima turba,
V estibus intexto phrygijs spectabilis auro,
E t quantum ira sinit formosa: mouensq; decoro
C um capite immisos humerû per utrûq; capillos,
C onstitit: utq; oculos circumtulit alta superbos:
Q uis furor auditis inquit præponere uisis
C œlestes? aut cur colitur Latona per aras?
N umê adhuc sine thure meû ê? mihi Tâtalus auctor:
C ui licuit soli superiorum tangere mensas.
P leiadium soror est genitrix mea: maximus Atlas
E st auus: æthereum qui fert ceruicibus axem.

Iuppiter alter auus: socero quoq; gloriator illo.
 Me gentes metuant Phrygiæ, me regia Cadmi
 Sub domina est, fidibusq; mei commissâ mariti
 Mœnia cum populis à meq; uiroq; reguntur.
 In quancunq; domus aduertit lumina partem,
 Immensæ spectantur opes, accedit eodem
 Digna dea facies, huc natas adijce septem,
 Et totidem iuuenes, & mox generosq; nurusq;.
 Querite nunc habeat quam nostra superbia cãm?
 Quoq; modo audetis genitam Titanida Cœo
 Latonam præferre mihi? cui maxima quondam
 Exiguam sedem paritura terra negauit?
 Nec cœlo, nec humo, nec aq; dea uestra recepta ē,
 Exul erat mundi, donec miserata uagantem
 Hospita tu terris erras, ego (dixit) in undis,
 Instabilemq; locum Delos dedit. illa duorum
 Facta parens uteri pars hæc est septima nostri.
 Sum felix, quis enim neget hoc? felixq; manebo,
 Hoc quoq; quis dubitat? tantam me copia fecit.
 Maior sum, quam cui possit fortuna nocere,
 Multaq; ut eripiat: multo mihi plura relinquet.
 Excessere metum mea iam bona. fingite demi
 Huic aliquid populo natorum posse meorum,
 Non tamen ad numerum redigar spoliata duorū.
 Ite satis prope sacris, lauriumq; capillis
 Ponite. deponunt, & sacra infecta relinquunt,
 Quodq; licet, tacito uenerantur murmure nuinen
 Latonæ: turba quantum distabat ab orba,
 Indignata dea est: summusq; in uertice Cynthi
 Talibus est dictis gemina cum prole locuta.

METAMOR.

En ego uestra parens, uobis animosa creatis,
Et nisi Iunoni nulli cessura dearum,
An dea sim dubitor: perq; omnia sacula cultis
Arceor, ò nati, nisi uos succurritis, aris.
Nec dolor hic solus: diro conuicia factò
Tantalus adiecit: uosq; est postponere natis
Ausa suis: & me, quod in ipsam recidat, orbam
Dixit: & exhibuit linguam scelerata paternam.
Adiectura preces erat his Latona relatis:
Desine Phœbus ait: pœna mora longa querela est.
Dixit idem Phœbe: celeriq; per aëra lapsu
Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat, lateq; patens propè mœnia campus
Assiduis pulsatus equis: ubi turba rotarum,
Duraq; mollierat subiectas ungula glebas,
Pars ibi de septem genitis Amphione fortes
Conscendunt in equos: tyrioq; rubentia succo
Terga premunt. auro grauidis moderantur habenis.
E quibus Ismenos, qui matri sarcina quondam
Prima suæ fuerat: dum certum flectit in orbem
Quadrupedis cursus: spumantiaq; ora coërcet:
Hei mihi conclamat: medioq; in pectore fixa
Tela gerit: frenisq; manu moriente remissis
In latus à dextro paulatim defluit harmo.
Proximus audito sonitu per inane pharetræ
Frena dabat Sipylus: ueluti cum præsciis imbres
Nube fugit uisa: pendentiaq; undiq; rector
Carbasæ deducit: nequa leuis effluat aura.
Frena tamen dantem non euitabile telum
Consequitur: summaq; tremens ceruice sagitta

Hæsit: & extabat nudum de gutture ferrum.
 Ille ut erat pronus, per crura admissa, iubasq;
 Voluit: & calido tellurem sanguine fœdat.
 Phœdimus infelix, & auitinominis hæres
 Tantalus, ut solito finem imposuere labori:
 Transierant ad opus nitidæ iuuenile palæstræ:
 Et iam contulerant arcto luctantia nexu
 Pectora pectoribus: cum tento concita neruo,
 Sicut erant iuncti, traiecit utrunq; sagitta.
 In genuere simul: simul incuruata dolore
 Membra solo posuere: simul suprema iacentes
 Lumina uersarunt: animam simul exhalarunt.
 Aspicit Alphenor: laniataq; pectora plangens
 Euolat: ut gelidos complexibus alleuet artus:
 Inq; pio cadit officio. nam Delius illi
 In nîma fatifero rupit præcordia ferro.
 Quod simul eductum est: pars est pulmonis in hamis
 Errata: cumq; anima cruor est effusus in auras.
 At non intonsum simplex Damasciona uulnus
 Afficit: ictus erat qua crus esse incipit, & qua
 Mollia nervosus facit internodia poples:
 Dumq; manu tentat trahere exitiabile telum:
 Altera per iugulum pennis tenuis acta sagitta est.
 Expulit hanc sanguis: qui se iaculatus in altum
 Emicat: & longe terebrata profilit aura.
 Vltimus Ilioneus non profectura precando
 Brachia sustulerat: diq; ò communiter omnes
 Dixerat, ignarus non omnes esse rogandos,
 Parcite, motus erat, cum iam reuocabile telum
 Non fuit, arcitenens, minimo tamen occidit ille

METAMOR.

Vulnere, non alte percusso corde sagitta,
Fama mali, populiq; dolor, lachrymaeq; suorum
Tam subitæ matrem certam fecere ruina,
Mirantem potuisse, irascentemq; quod ausi
Hoc essent superi, quod tantum iuris haberent.
Nam pater Amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantum hæc Niobe. Niobe distabat ab illa
Quæ modo latois populum summouerat aris:
Et mediam tulerat gressus resupina per urbem
Inuidiosa suis, at nunc miseranda uel hosti
Corporibus gelidis incumbit: & ordine nullo
Oscula dispensat natos suprema per omnes.
A quibus ad cælum liuentia brachia tollens,
Pascere crudelis nostro Latona dolore:
Pascere ait: satiaq; meo tua pectora luctu:
Corq; ferum satia, dixit: per funera septem
Efferor: exulta: uictrixq; inimica triumphæ.
Cur autem uictrix? misera mihi plura supersunt,
Quam tibi felici. post tot quoq; funera uinco.
Dixerat: & sonuit contento neruus ab arcu.
Qui præter Nioben unam, conterritus omnes.
Illamalo est audax. stabant cum uestibus atris
Ante toros fratrum demissi crine sorores.
E quibus una trahens hærentia uiscere tela,
Imposito fratri moribunda relanguit ore.
Altera solari miseram conata parentem
Conticuit subito: duplicataq; uulnere cæco est:
Oraq; compressit: nisi postq; spiritus ibat.
Hæc frustra fugiens collabitur: illa serora
Immortus

I mmoritur : latet hæc : illam trepidare uideres.
 S exq; datis leto , diuersaq; uulnera passis
 V lîma restabat : quam toto corpore mater,
 T ota ueste tegens , unam , minimamq; relinque
 D e multis minimam posco (clamauit) & unam:
 D umq; rogat : pro qua rogat , occidit. orba resedit
 E xanimes inter natos , natasq; , uirumq;
 D irigitq; malis : nullos mouet aura capillos,
 I n uultu color est sine sanguine , lumina mcestis
 S tant immota genis nihil est in imagine uiuum,
 I psa quoq; interius cum duro lingua palato
 C ongelat : & uenæ desistunt posse moueri:
 N ec flecti ceruix , nec brachia reddere motus,
 N ec pes ire potest : intra quoq; uiscera saxum est.
 F let tamen : & ualidi circumdata turbine uenti
 I n patriam rapta est. ibi fixa cacumine montis,
 L iquitur : & lachrymis etiã nunc marmora manant.
 T um uero cuncti manifestam numinis iram
 F œmina , uirq; timent : cultuq; impensius omnes
 M agna gemelli paræ uenerantur numina diuæ,
 V tq; fit à factis propiore priora renarrant.
 E quibus unus ait . Lyciæ quoq; fertilis agris
 N on impune deam ueteres spreuere coloni.
 R es obscura quidem est ignobilitate uirorum:
 M ira tamen . uidi præsens stagnumq; , locumq;
 P rodigio notum . nam me iam grandior æuo
 I mpatiensq; uia genitor , deducere lectos
 I usserat inde boues : gentisq; illius eunti
 I pse ducem dederat . cum quo dum pascua lustro,
 E cce lacu medio sacrorum nigra fauilla

Ouid. Meta.

k

METAMOR.

Ara uetus stabat tremulis circumdata cannis.
Restitit: & pauido fauceas mihi murmure dixit.
Dux meus: & simili fauceas mihi murmure dixi.
Naiadum fauni ne foret tamen ara rogabam,
Indignæ ue dei: cum talia rettulit hospes.
Non hac ò inuenis montanum numen in ara est.
Illa suam uocat hanc: cui quondam regia coniux
Orbem interdixit: quam uix erratica Delos
Errantem accepit, tunc cum leuis insula nabat.
Illic incumbens cum palladis arbore palmae,
Edidit inuita geminos Latona nouerca.
Hinc quoq; lunonem fugisse puerpera fertur:
Inq; suo portasse sinu duo numina natos.
Iamq; chimærifera, cum Sol grauis ureret arua:
Fimibus in Lyciæ longo dea fessa labore
Sydereo siccata sitim collegit ab æstu:
Vberaq; ebiberant auidi lactantia nati.
Forte lacum mediocris aquæ prospexit in imis
Vallibus: agrestes illic fruticosa legebant
Vimina cum iuncis, gratamq; paludibus uluam.
Accessit, positoq; genu Titania terram
Pressit: ut hauriret gelidos potura liquores.
Rustica turba uetat dea sic affata uetantes.
Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est.
Nec solem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues undas: ad publica munera ueni.
Quæ tamen ut detis, supplex peto: non ego nostros
Abluere hic artus, lassataq; membra parabam:
Sed releuare sitim, caret os humore loquentis:
Et fauces arent: uixq; est uia uocis in illis.

H austus aquæ mihi nector erit : uitamq; fatebor
 A ccepisse: simul uitam dederitis in undis.
 H i quoq; uos moueant: qui nostro brachia tendunt
 P arua sinu: & casu tendebant brachia nati.
 Q uem non blanda dea potuissent uerba mouere?
 H i tamen orantem præstant prohibere: minasq;
 N i procul abscedat, conuitiaq; insuper addunt.
 N ec satis est: ipsos etiam pedibusq;, manuq;
 T urbauere lacus: imoq; è gurgite mollem
 H uc, illyc limbum saltu mouere maligno.
 D istulit ira sitim: neq; enim iam filia Cœi
 S upplicat indignis: nec dicere sustinet ultra
 V erba minora dea: tollensq; ad sydera palmas,
 A eternum stagno(dixit) uiuatis in isto.
 E ueniunt optata dea: inuat esse sub undis:
 E t modo tota caua summergere membra palude:
 N unc proferre caput: summo modo gurgite nare.
 S æpe super ripam stagni consistere: sæpe
 I n gelidos resilire lacus: sed nunc quoq; turpes
 L itibus exercent linguas: pulsoq; pudore
 Q uâuis sint sub aqua, sub aqua maledicere tentant.
 V ox quoq; iam rauca est: inflataq; colla tumescunt:
 I psa; dilatant patulos conuitia rictus:
 T erga caput tangunt: colla intercepta uidentur:
 S pina uiret: uenter pars maxima corporis, albet:
 L imosoq; nouæ saliuunt in gurgite ranae.
 S ic ubi nescio quis Lycia de gente uirorum
 R ettulit: exitium Satyri reminiscitur alter:
 Q uem tritoniaca Latous arundine uictum
 A ffectit pœna, quid me mihi detrahis inquit?

METAMOR.

Ah piget: ah non est, clamabat, tibia tanti,
Clamanti cutis est summos direpta per artus:
Nec quicquam nisi uulnus erat: cruor undique manat:
Detrectique patent nervi: trepidaque sine ulla
Pelle micant uenae: salientia uiscera posses,
Et pellucentes numerare in pectore fibras.
Illum Ruricola sylvarum numina Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphae stierunt: & quisquis montibus illis,
Lanigerosque greges, armenta que buccera pauit:
Fertilis immaduit, madefactaque terra caducas
Concepit lachrymas: ac uenis perbibit imis.
Quas ubi fecit aquas: uacuas emisit in auras.
Inde petens rapidum ripis declinibus aquor
Marsya nomen habet, phrygiae liquidissimus amnis.
Talibus exemplis redit ad praesentia dictis
Vulgus: & extinctum cum stirpe Amphionaluget.
Mater in inuidia est. hanc tunc quoque dicitur unus
Flesse pelops: humeroque suas a pectore postquam
Deduxit uestes: ebur ostendisse sinistro.
Concolor hic humerus nascendi tempore dextro,
Corporeusque fuit: manibus mox caesa paternis
Membra ferunt iunxisse deos: aliisque repertis,
Qui locus est iuguli medius, summi que lacerti
Desuit: impositum est non comparentis in usum
Partis ebur: factoque Pelops fuit integer illo.
Finitimi proceres coeunt: urbesque propinqua
Orauere suos ire ad solatia reges,
Argosque, & sparte, Pelopeiadesque Mycaene,
Et nondum toruae Calydon inuisa Diana,

O rchomenosq; ferax, & nobilis ære Corinthos,
 Messeneq; ferox, Patræq;, humilesq; Cleonæ,
 E t nelea Pylos, neq; adhuc Pythæia Troezen.
 Quæq; urbes liæ bimari clauduntur ab Isthmo:
 Exteriusq; sitæ bimari spectantur ab Isthmo.
 Credere quis posset? solæ cessastis Athenæ.
 O bsistit officio bellum: subuecta; ponto
 B arbara mopsopios terrebant agmina muros.
 T hreicius Tereus hæc auxiliariibus armis
 F uderat: & clarum uincendo nomen habebat.
 Quem sibi Pandion opibusq;, uirisq;, potentem,
 E t genus à magno ducentem forte gradino,
 C onnubio Prognés iunxit, non pronuba Iuno,
 N on Hymenæus adest, non illi gratia lecto.
 E unenides tenere faces de funere raptas:
 E unenides strauere torum: tectôq; profanus
 I ncubuit Bubo: thalamiq; in culmine sedit.
 H ac aue coniuncti Progné, Tereusq;: parentes
 H ac aue sunt facti. gratata est scilicet illis
 T hracia: dysq; ipsis grates egere: diemq;
 Quoq; data est claro Pandione nata tyranno,
 Quoq; erat ortus Itys, festum iussere uocari.
 V sque adeo latet utilitas. iam tempora titan
 Q uinq; per autumnos repetitis duxerat annis
 C um blandita uiro Progné, si gratia (dixit)
 V lla mea est: uel me uiscendam mitte sorori:
 V el soror huc ueniat: redituram tempore paruo
 P romittes socero: magni mihi muneris instar
 G ermanam uidisse dabis. iubet ille carinas
 I n freta deduci: ueloq; & remige portus

METAMOR.

Cecropios intrat: Pyrae aq; littora tangit.
Vt primum soceri data copia: dextera dextra
Iungitur: infausto committitur ordine sermo.
Ceperat aduentus causam mandata referre.
Coniugis: & celeres missae spondere recursus.
Ecce uenit magno diues Philomela paratu,
Diuinior forma: quales audire solennis
Naiadas, & dryadas medijs incedere syluis:
Si modo des illis cultus, similesq; paratus.
Non secus exarsit conspecta uirgine Terens:
Quam si quis canis ignem supponat aristis:
Aut frondem, positasq; cremet foenilibus herbas.
Digna quidem facies: sed & hunc innata libido
Exannulat: pronumq; genus regionibus illis
In uenereni est: flagrat uitio gentisq; suoq;
Impetus est illi comitum corrumpere curam,
Nutricisq; fidem: nec non in gentibus ipsam
Sollicitare datis: totumq; impendere regnum:
Aut rapere: & saeuo raptam defendere bello.
Et nihil est, quod non effreno captus amore
Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammis.
Iamq; moras male fert: cupidoq; reuertitur ore
Mandata ad Progenes: & agit sua uota sub illa.
Facundum faciebat amor: quotiesq; rogabat
Vterius iusto: Prognem ita uelle ferebat.
Addidit & lachrymas: tanquam mandasset et illas.
Pro superi, quantum mortalia pectora caecae
Nochis habent? ipso sceleris molimine Terens
Creditur esse pius: laudemq; a crimine sumit.
Quid, q; idem Philomela cupit? patriosq; lacerans

Blanda tenens humeros, ut eat uisura sororem,
Perq; suam, contraq; suam, petit illa, salutem.
Spectat eam Terens: præcontrefstatq; uidendo:
Osculaq; & collo circumdata brachia cernens,
Omnia pro stimulis, facibusq; ciboq; furoris
Accepit: & quoties amplectitur illa parentem:
Esse parens uellet neq; enim minus impius esset.
Vincitur amborum genitor prece: gaudet, agitq;
Illa patri grates: & successisse duabus
Id putat infelix, quod erat lugubre duabus.
Iam labor exiguus phœbo restabat: equiq;
Pulsabant pedibus spatium decliuis olympi.
Regales epulæ mensis, & bacchus in auro
Ponitur: hinc placido dantur sua corpora somno.
At rex Odrysius, quamuis secessit, in illa
Aestuat. & repetens faciem, motusq; manusq;
Qualia uult fingit, quæ non dum uidit: & ignes
Ipsæ suos nutrit cura remouente soporem.
Lux erat: & generi dextram complexus euentis
Pandion comitem lachrymis commendat obortis.
Vt uolueret ambæ uoluisti tu quoq; Teren,
Hanc ego care generi (quoniam pia causa coëgit)
Do tibi: perq; fidem, cognataq; pectora supplex,
Per superos oro patrio ut tuearis amore:
Et mihi sollicito lenimen dulce senectæ
Quam primū (omnis erit nobis mora lōga) remittas
Tu quoq; quamprimum (satis est procul eē sororē)
Si pietas ulla est, ad me Philonela reddito.
Mandabat: pariterq; suæ dabat oscula natæ:
Et lachrymæ mites inter mandata cadebant.

METAMOR.

V t̄q; fide pignus, dextras utraq; poposcit:
I nter seq; datas iunxit: natamq; nepotemq;
A bsentes pro se memori rogat ore, salutent:
S upremumq; uale, pleno singultibus ore
V ix dixit: timuitq; suæ præfagia mentis.
V t simul imposita est piæ Philomela carinæ:
A dmotumq; fretum remis, tellusq; repulsa est:
V icinus exclamat: mecum mea uota feruntur:
E xultatq;: & uix animo sua gaudia differt
B arbarus: & nusquam lumen detorquet ab illa.
N on aliter, quàm cum pedibus prædator aduncis
D eposuit nido leporem Iouis ales ab alto,
N ulla fuga est capto. spectat sua præmia raptor.
I amq; iter effectum est: iamq; in sua littora fessis
P uppibus exierant: cum rex Pandione natam
I n stabula alta trahit, syluis obscura uenistis.
A tq; ibi pallentem, trepidamq;, & cuncta timentē,
E t iam cum lachrymis ubi sit germana rogantem,
I ncludit: fassusq; nefas, & uirginem, & unam
V i superat, frustra clamato sæpe parente,
S æpe sorore sua, magnis super omnia diuis.
I lla tremit uelut agna pauens, quæ saucia cani
O re excussa lupi, non dum sibi tuta uidentur.
V t̄q; columba suo madefactis sanguine plumis
H orret adhuc: auidosq; timet, quibus hæserat unguet;
M ox ubi mens rediit: passos laniata capillos
L ugenti similis, cæsis plangore lacertis
I ntendens palmas, o diris barbare factis,
O crudelis, ait nec te mandata parentis
C um lachrymis mouere pijs, nec cura sororis,

Nec mea uirginitas, nec coniugalia iura.
 Omnia turbasti: pellex ego facta sororis:
 Tu geminus coniux, non hæc mihi debita poena.
 Quin animam hæc (nequod facinus tibi pside restet)
 Eripis? atq; utinam fecisses ante nefandos
 Concubitus: uacuas habuisssem criminis umbras.
 Si tamen hoc superi cernunt: si numina diuum
 Sunt aliquid: si non perierunt omnia mecum:
 Quandocunq; mihi poenas dabis, ipsa pudore
 Proiecto tua facta loquar: si copia detur:
 In populos ueniam: si syluis clausa tenebor:
 Implebo syluas: & conscia saxa mouebo.
 Audiet hæc æther, & si deus ullus in illo est.
 Talibus ira feri postquam comimota tyranni:
 Nec minor hæc metus est: causa stimulat us utraq;
 Quo fuit accinctus, uagina diripit enses:
 Arreptamq; coma, flexis post terga lacertis
 Vincula pati cogit, iugulum Philomela parabat:
 Sæpeq; suæ mortis uiso conceperat ense.
 Ille indignantem, & nomen patris usq; uocantem,
 Luctantemq; loqui, comprehensam forcipe linguam
 Abstulit ense fero, radix micat ultima linguæ:
 Ipsa iacet: terræq; tremens immurmurat atræ:
 Vtq; salire solet mutilatæ cauda colubræ,
 Palpitat: & moriens domina uestigia querit.
 Hoc quoq; post facinus (uix ausim credere) seruat
 Sæpe sua lacerum repeisse libidine corpus.
 Sustinet ad progenem post talia facta reuerti.
 Coniuge quæ uiso, germanam querit: at ille
 Dat gemitus fictos, commentaq; funera narrat

METAMOR.

Et lachrymæ fecere fidem. uelamina Progne
Deripit ex humeris auro fulgentia lato:
Induiturq; atras uestes: Et inane sepulchrum
Constituit: falsisq; piacula manibus infert:
Et luget, non sic lugendæ fata sororis.
Signa deus bis sex acto lustrauerat anno.
Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit:
Structa rigent solidoq; stabulorum moenia saxo.
Os mutum facti caret indice grande doloris
Ingeniū est: miserisq; uenit solertia rebus.
Stamina barbarica suspendit candida tela:
Purpureasq; notas filis intexuit albis,
Indiciū sceleris: perfectaq; tradidit uni:
Vtq; ferat dominæ gestu rogat illa rogata
Pertulit ad Prognem: nec scit quid tradat in illis.
Euoluit uestes saui matrona tyranni:
Fortunæq; suæ carmen miserabile legit:
Et (mirum est potuisse) silet. dolor ora repressit:
Verbaq; querenti satis indignantia lingua
Desuerant: nec flere uacat: sed fasq; nefasq;
Confusura ruit: poenæq; in imagine tota est.
Tempus erat: quo sacra solent trieterica Bacchi
Sithonia celebrare nurus nox conscia sacri:
Nocte sonat Rhodope tinnitibus aris acuti:
Nocte sua est egressa domo regina: deiq;
Ritibus instruitur furialiaq; accipit arma.
Vite caput tegitur: lateri ceruina sinistro
Vellera dependent: humero leuis incubat hasta.
Concita per syluas turba comitante suarum
Terribilis Progne, furijsq; agitata doloris,

B acche tuas simulat. uenit ad stabula auia tandē:
 E xululatq;: euoeq; sonat: portasq; refringit:
 G ermanamq; rapit: raptæq; insignia Bacchi
 I nduit: & uultus ederarum frondibus abdit:
 A ttonitamq; trahens intra sua mœnia ducit.
 V t sensit tetigisse domum Philomela nefandam:
 H orruit infelix: totoq; expalluit ore.
 N acta locum Progne sacrorum pignora demit:
 O raq; deuelat misera pudibunda sororis:
 A mplexumq; petit. sed non attollere contra
 S ustinet hæc oculos pellex sibi uisa sororis:
 D eiectq; in humum uultu iurare uolenti,
 T estariq; deos, per uim sibi dedecus illud
 I llatum, pro uoce manus fuit. ardet, & iram
 N on capit ipsa suam Progne: fletumq; sororis
 C orripiens nō est lachrymis hoc inquit agendum,
 S ed ferro: sed siquid habes, quod uincere ferrum
 P ossit: in omne nefas ego me germana parauī.
 A ut ego cum facibus regalia tecta cremabo:
 A rificem medijs immittam Tere a flammis:
 A ut linguā, aut oculos, & quæ tibi mēbra pudorē
 A bstulerunt, ferro rapiam; aut per uulnera mille
 S ontem animam expellā. magnū ē quodcūq; pauī
 Quid sit adhuc dubito. peragit dum talia Progne:
 A d matrem ueniebat Itys: quid possit, ab illo
 A dmonita est: oculisq; tuens immittibus, ab quam
 E s similis patri, dixit: nec plura locuta
 T riste parat facinus: tacitaq; exastuat ira,
 V t tamen accessit nauis: matriq; salutem
 A tulit: & paruis adduxit colla lacertis:

Mistaq; blanditijs puerilibus oscula iunxit:
 Mota quidem est genitrix: infractaq; constitit ita:
 Imitiq; oculi lachrymis maduere coactis.
 Sed simul ex nimia mentem pietate labare
 Sensit: ab hoc iterum est ad uultus uersa sororis:
 Inq; uicem spectans ambos, cur admonet inquit
 Alter blanditias? rapta silet altera lingua?
 Quam uocat hic matrem, cur non uocat illa sororem?
 Cui sis nupta uide Pandione nata, marito.
 Degeneras scelus est pietas in coniuge Tereo.
 Nec mora traxit Ityn, ueluti Gangetica ceruæ
 Lactentem foetum per sylvas Tigris opacas.
 Vtq; domus altæ partem tenuere remotam:
 Tendentemq; manus, & iam sua fata uidentem,
 Et mater mater clamantem, & colla petentem,
 Ense ferit Progne, lateri qua pectus adhæret.
 Nec uultus uerit, satis illi ad fata, uel unum
 Vultus erat: iugulum ferro Philomela resoluit:
 Viuatq; adhuc, animaq; aliquid retinentia membra
 Dilamant, pars inde cauis exultat ahenis:
 Pars ueribus stridet, manant penetralia tabo.
 His adhibet coniux ignarum Terea mensis:
 Et patrij moris sacrum mentita, quod uni,
 Fas sit adire uiro, comites, famulosq; remouit.
 Ipse sedens folio Terens sublimis auito
 Vescitur: inq; suam sua uiscera congerit aluum.
 Tantaq; nox animi est Ityn huc accersite, dixit.
 Dissimulare nequit crudelia gaudia progne:
 Iamq; suæ cupiens existere nuntia cladis,
 Intus habes, quod poscis ait, circumspicit ille,

A tq; ubi sit, quærit. quærenti, iterumq; uocanti
 S icat erat sparsis furiali cæde capillis
 P rofiliit: Ityosq; caput Philomela cruentum
 M isit in ora patris: nec tempore maluit ullo
 P ossè loqui: Et mentis testari gaudia dictis.
 T hracius in genti mensas clamore repellit:
 V ipereasq; ciet stygia de ualle sorores:
 E t modo, si posset, reserato pectore diras
 E gerere inde dapes, emersaq; uiscera gestit:
 F let modo: seq; uocat bustum miserabile nati:
 N unc sequitur nudo genitas Pandione ferro.
 C orpora Cecropidum pennis pendere putares:
 P endebant pennis. quarum petit altera syluas:
 A ltera testæ subit: neq; adhuc de pectore cædis
 E xcessere notæ: signataq; sanguine pluma est.
 I lle dolore suo, pænaq; cupidine uelox
 V ertitur in uolucrum: cui stant in uertice cristæ:
 P rominet immodicum pro longa cuspide rostrum.
 N omen Epops uolucris: facies armata uidetur.
 H ic dolor ante diem, longaq; extrema senectæ
 T empora tartareas Pandiona misit ad umbras.
 S ceptra loci, rerumq; capit moderamē Erechtheus,
 I ustitia dubium est, ualidis ne potentior armis.
 Q uattuor ille quidem iuuenes, totidemq; creat
 F æmineæ sortis: sed erat par forma duarum.
 E quibus Aeolides Cephalus te coniuge felix
 P rocri fuit. Boreæ Tereus, Thracesq; nocebant:
 D ilectaq; diu caruit deus Orithyia:
 D um rogat: Et precibus mauult, quàm uiribus uti.
 A st ubi blanditijs agitur nihil: horridus ira

METAMOR.

Quæ solita est illi, nimirumq; domestica uento:
 Et merito dixit: quid enim mea tela reliquit?
 Scenitiam, & uires, iramq; animosq; minaces?
 Admoniq; preces? quarum me dedecet usus?
 Apta mihi uis est: hac tristia nubila pello:
 Hac freta concutio: nodosaq; robora uerto:
 Induroq; niues: & terras grandine pulso.
 Idem ego, cum fratres cœlo sum nactus apertos:
 (Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor:
 Ut medius nostris concursibus insonet æther:
 Exiliantq; camis elisi nubibus ignes.
 Idem ego, cum subij connexa foramina terra:
 Supposuiq; ferox imis mea terga cavernis:
 Sollicito manes: totumq; tremoribus orbem.
 Hac ope debueram thalamas petisse: socerq;
 Non orandus erat mihi, sed faciendus, Erichthon.
 Hæc Boreas aut his non inferiora locutus
 Excussit pennas. quarum iactatibus omnis
 Afflata est tellus: laumq; perhorruit æquor.
 Pluereamq; trahens per summa cacumina palla.
 Verrit humum: pauidamq; metu caligine tectus.
 O rithyan amans fuluis complectitur alis.
 Dum uolat: arserunt agitati fortius ignes:
 Nec prius aërij cursus suppressit habenas:
 Quàm Ciconum tenuit populos, & mœniam aptor.
 Illic & gelidi coniux Actæa tyranni,
 Et genitrix facta est, partus enixa gemellos:
 Cætera qui matris, pennas genitoris haberent.
 Non tamen has unâ memorant cum corpore natas:
 Barbaq; dum rutilis aberat subnixa capillis:

Implumes Calaisq; puer, Zetesq; fuerunt.
Mox pariter penna riu capere uolucrum
Cingere utrunq; latus: pariter flouescere mala.
Ergo, ubi concessit tempus puerile iuuentæ:
Vellera cum Minyis nitido radiantia nullo
Per mare non notum prima petiere carina.

CAR. V I V I A N I Collensis in. V I I. Meta.

Argumentum.

Iam mare non notum sulcauerat Æsone natus
Liber & obscena uiuebat ab alite Phineus,
Cum serpentigenas potuit quæ uincere fratres,
Igniuomosq; boues, insopitumq; draconem,
Victa cupidineis arsit Medea sagittis:
Aesonis instaurat, peliæq; interfecat annos
Quæq; fugit, uersas passim uidet improba formas.
Et uario incolumis canitur discrimine Theseus.
Bella parat Minos. Arne fit auara uolucris.
Formicæ referunt ira Iunonis ademptos.
Cursibus in medijs canis & fera marmora restant
At te perdit amor tuus, & tua nuucria procri.

P. OVI. NASO. METAMOR.
PHOSEOS. LIB. VII.

Amq; fretum Minyæ pagasæa pup
pe secabant:

Perpetuaq; trahens inopem sub no
cte senectam

Visus erat Phineus: iuuenesq; a
quilone creati

Virgineas uolucres miseri senis ore fugarant:
Multaq; perpeffi claro sub Iasone, tandem
Contigerant rapidas limosi phasidos undas.
Dumq; adeunt regem: Phrixæaq; uelleraposcunt:
Voxq; datur Minyis magnor; horrenda laborum:
Concipit interea ualidos Ætias ignes:
Et luctata diu postquam ratione furorem
Vincere non poterat: frustra Medea repugnans:
Nescio quis deus obstat ait: mirumq; quod hoc est:
Aut aliquid certe simile huic, quod amare uocant.
Nam cur iussa patris nimum mihi dura uidentur?
Sunt quoq; dura nimis. cur quem modo deniq; uidi,
Ne pereat, timeo? quæ tanti causa timoris?
Excute uirgineo conceptas pectore flammæ,
Si potes, infelix. si possem, sanior essem.
Sed trahit inuitam noua uis: aliudq; Cupido,
Mens aliud suadet. uideo meliora, proboq;
Deteriora sequor. quid in hospite regia uirgo
Vreris? Et thalamos alieni concupis orbis?
Hæc quoq; terra potest, quod ames dare. uiuat, an ille
Occidat, in dijs est uiuat tamen: idq; precari
Vel sine

V el sine amore licet: quid enim commisit Iasone?
 Quem nisi crudelem non tangat Iasonis ætas?
 E t genus & uirtus? quem non, ut cætera desint,
 F orma mouere potest? certe mea pectora mouit.
 A t nisi opem tulerō, taurorum afflabitur ore:
 C oncurreretq; suæ segeti, tellure creatis
 H ostibus: aut auido dabitur fera præda draconi.
 H oc ego si patiar, tunc me de tigride natam,
 T unc ferrum, & scopulos gestare in corde fatebor.
 C ur non & specto pereuntem? oculosq; uidendo
 C onscelero? cur non tauros exortor in illum?
 T errigenasq; feros, insopitumq; draconem?
 D ij meliora uelint. quanquam non ista precanda,
 S ed facienda mihi. prodam ne ego regna parentis?
 A tq; ope nescio quis seruabitur aduena nostra?
 V t per me sospes sine me det lintea uentis?
 V irq; sit alterius? pœnæ Medea relinquit?
 S i facere hoc, aliam'ue potest præponere nobis,
 O ccidat ingratus: sed non is uultus in illo,
 N on ea nobilitas animo est, ea gratia formæ:
 V t timeam fraudem, meritiq; obliuia nostri.
 E t dabit ante fidem: cogamq; in fœdera testes
 E sse deos. quid tuta times? accingere: & omnem
 P elle moram: tibi se semper debet Iason:
 T e face solenni iunget sibi: perq; pelasgas
 S eruatrix urbes matrum celebrabere turba.
 E rgo ego germanam, fratremq; patremq; deosq;
 E t natale solum uentis ablata relinquam?
 N empe pater scæuus, nempe est mea barbara tellus.
 F rater adhuc infans: stant mecum uota sororis
 Ouid. Meta.

METAMOR.

M aximus intra medeus est. non magna relinqua:
 Magna sequar: titulum seruatae pubis achiua,
 N onitiamq; loci melioris, & oppida, quorum
 H ic quoq; fama uiget, cultusq; artesq; uirorum,
 Q uemq; ego cum rebus, quas totus possidet orbis,
 A esoniden mutasse uelim: quo coniuge felix
 E t dijs cara ferar: & uertice sydera tangam.
 Quid? q; nescio qui medijs incurrere in undis
 D icantur montes? ratibusq; inimica Charybdis
 N unc sorbere fretum, nunc reddere? cinctaq; sauis
 S cylla rapax canibus siculo latrare profundo?
 N empe tenens qd amo, gremioq; in Iasonis haerens,
 P er freta longa ferar: nihil illum amplexa timebo:
 A ut siquid metuam, metuam de coniuge solo.
 C oniugium ne putas? speciosaq; nomina culpae
 I mponis Medea tuae? quin aspice quantum
 A ggrediare nefas: & dum licet, effuge crimen.
 D ixit: & ante oculos rectum, pietasq; pudorq;
 C onfiterant: & uicta dabat iam terga cupido.
 I bat ad antiquas Hecates Persecidos aras:
 Q uas nemus umbrosum, secretaq; sylua tegebat:
 E t iam fortis erat: pulsusq; resederat ardor:
 C um uidet Aesoniden: extinctaq; flamma reluxit.
 E rubuere genae: totoq; recanduit ore:
 V tq; solet uentis alimenta assumere, quaeq;
 P arua subinducta latuit scintilla fauilla,
 C rescere. & in ueteres agitata resurgere uires:
 S ic iam lenis amor, iam quem languere putares,
 V t uidit iuuenem: specie presentis inarsit.
 E t casu, solito formosior Aesone natus

I lla luce fuit . posses ignoscere amanti.
 S pestat & in uultu ueluti tum deniq; uiso
 L unina fixa tenet: nec se mortalia demens
 O ra uidere putat nec se declinat ab illo.
 V t uero cœpitq; loqui, dextramq; prehendit
 H ospes: & auxilium summissa uoce rogauit:
 P romisitq; torum: lachrymis ait illa profusis.
 Quid faciam uideo: nec me ignorantia ueri
 D ecipiet: sed amor . seruabere munere nostro:
 S eruatus promissa dato . per sacra triformis
 I lle dea, lucoq; foret quod numen in illo,
 P erq; patrem soceri cernentem cuncta futuri,
 E uentusq; suos, & tanta pericula iurat.
 C reditus accipit cantatas protinus herbas:
 E didicitq; usum: latusq; in lecta recessit.
 P ostera depulerat stellas aurora micantes:
 C onueniunt populi sacrum M a mortis in aruam
 C onfistuntq; iugis: medio rex ipse resedit
 A gmine purpureus, sceptroq; insignis eburno.
 E cce adamanteis uulcanum naribus efflant
 A eripedes tauri: tactaq; uaporibus herbæ
 A rdent: utq; solent pleni resonare camini:
 A ut ubi terrena silices fornace solui
 C oncipiunt ignem liquidarum aspergine aquarū:
 P ectora sic intus clausas uoluentia flammæ,
 C utturaq; usta sonant. tamen illis Æsone natus
 O buius it. uertère truces uenientis ad ora
 T erribiles uultus, præfixaq; cornua ferro:
 P ulueremq; solum pede pulsauere bisulco
 F umificisq; locum mugitibus impleuere.

METAMOR.

Dirigere metu Minyæ: subit ille: nec Ignes
Sensit anhelatos (tantum medicamina possunt)
Pendulaq; audaci nulcet palearia dextra:
Suppositosq; iugo pondus graue cogit aratri
Ducere: & insuetum ferro proscindere campum.
Mirantur Colchi: Minyæ clamoribus augent,
Adiciuntq; animos. galea tum sumit abena
Vipereos dentes: & aratos spargit in agros.
Semina mollit humus ualido præincta ueneno:
Et crescunt, fiuntq; sati noua corpora dentes.
Vtq; hominis speciem materna sumit in aluo:
Perq; suos intus numeros componitur infans:
Nec nisi maturus communes exit in auras:
Sic ubi uisceribus grauidæ telluris imago
Effecta est hominis: fæto consurgit in aluo:
Quodq; magis mirum est, simul edita concutit arma.
Quos ubi uiderunt præacutæ cuspидis hastas
In caput hæmonij iuuenis torquere parantes:
Demissere metu uultumq; , animumq; pelasgi.
Ipsa quoq; extimuit, quæ tutum fecerat illum:
Vtq; peti uidit iuuenem tot ab hostibus unum:
Palluit: & subito sine sanguine frigida sedit:
Ne ue parum ualeant à se data gramina, caruen
Auxiliare canit: secretasq; aduocat artes.
Ille grauem medios silicem iaculatus in hostes,
A se depulsam martem conuertit in ipsos.
Terrigenæ pereunt per mutua uulnera fratres:
Ciuiliq; cadunt acie. gratantur Achivi:
Victoremq; tenent: auidiq; amplexibus hærent.
Tu quoq; uictorem complecti barbara uelles:

O bstitit incæpto pudor: & complexa fuisses:
 Sed te ne faceres, tenuit reuerentia famæ.
 Quod licet, affectu tacito letaris: agisq;
 Carminibus grates, & dijs auctoribus horum.
 Peruigilem superest herbis sopire draconem:
 Qui crista, linguisq; tribus præsignis & uncis
 Dentibus horrendus, custos erat arboris aureæ.
 Hunc postquam sparsit lethæi gramine succi:
 Verbaq; ter dixit placidos facientia somnos:
 Quæ mare turbatum, quæ concita flumina sistunt:
 Somnus in ignotos oculos ubi uenit: & auro
 Heros Æsonius potitur: spolioq; superbus
 Muneris auctorem secum spolia altera portans,
 Victor solciacos tenigit cum coniuge portus:
 Harmoniæ matres pro natis dona receptis
 Grandæniq; ferunt patres: congestaq; flamma
 Thura liquefaciunt: indutaq; cornibus aurum
 Victimæ uota facit. sed abest gratantibus Æson
 Iam propior leto, fessusq; senilibus annis.
 Tunc sic Æsonides, ò cui debere salutem
 Confiteor coniux, quanquam mihi cuncta dedisti:
 Excessitq; fidem meritorum summa tuorum:
 Si tamen hoc possunt (qd. n. nō carmina possunt?)
 Deme meis annis: & demptos adde parenti.
 Nec tenuit lachrymas. mota est pietate rogantis:
 Dissimilemq; animum subiit pater Æta relictus.
 Nec tamen affectus tales confessa, quod inquit
 Excidit ore tuo coniux scelus? ergo ego cuiquam
 Poffe tuæ uideor spatium transcribere uitæ?
 Nec sinat hoc. Hecate: nec tu petis æqua: sed ista

METAMOR.

Quod petis, experiar maius dare munus Iason.
Arte mea soceri longum tentabimus ævum
Non annis renouare tuis. modo diua triformis
Adiuuet: & præsens in gentibus annuat ausis.
Tres aberant noctes, ut cornua tota coirent:
Efficerentq; orbem. postquam plenissima fulsit;
Et solida terras spectauit imagine Luna:
Egreditur tectis uestes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos:
Fertq; uagos mediæ per muta silentia noctis
Incomitata gradus. homines, uolucresq; , ferasq;
Soluerat alta quies: nullo cum murmure serpens
Sopitæ similis nullo cum murmure serpit:
Immotæq; silent frondes: silet humidus aer:
Sydera sola micant. ad quæ sua brachia tendens
Ter se conuertit: ter sumptis flumine crinem
Irrorauit aquis: ternis & hiatibus ora
Soluit: & in dura summisso poplite terra,
Nox (ait) arcanis fidissima, quæq; diurnis
Aurea cum luna succeditis ignibus astra,
Tuq; triceps Hecate, quæ cæptis conscia nostris,
Adiutrixq; uenis, cantusq; , artesq; magorum,
Quæq; magos Tellus pollentibus instruis herbis,
Auræq; , & uenti, montesq; , amnesq; , lacusq;
Duq; omnes nemorum, Duq; omnes noctis adest:
Quorum ope, cum uolui, ripis mirantibus amnes
In fontes rediere suos: concussaq; sisto:
Stantia concutio cantu freta: nubila pello:
Nubilaq; induco: uentos abigoq; , uocoq;
Vipereas rumpo uerbis, & carmine fauces:

Vluaq; saxa sua conuulsaq; robora terra
 Et sylvas moueo: iubeoq; tremiscere montes:
 Et mugire solum: manesq; exire sepulchris:
 Te quoq; luna traho: quamuis Temesea labores
 Aera tuos minuant: currus quoq; carmine nostro
 Pallent: & pallet nostris aurora uenenis.
 Vos mihi taurorum flammis hebetastis: & unco,
 Impatiens oneris collum pressistis aratro.
 Vos serpentigenis in se fera bella dedistis:
 Custodemq; rudem somno sopistis: & aurum
 Vindice decepto graias misistis in urbes.
 Nunc opus est succis: per quos renouata senectus
 In florem redeat: primosq; recolligat annos.
 Et dabitis: neq; enim micuerunt sydera frustra:
 Nec frustra uolucrum tractus cervice draconum
 Currus adest. aderat demissus ab æthere currus.
 Quem simul ascendit: frenataq; colla draconum
 Permulsit: manibusq; leues agitauit habenas:
 Sublimis rapitur: subiectaq; Thessala tempe
 Despicit: & uisis regionibus applicat angues:
 Et quas ossa tulit, quas altus pelion herbas,
 Othrysque, & Pindus, & Pindo maior Olympus,
 Perspicit: & placitas partim radice reuellit:
 Partim succidit curuamine falcis abenæ.
 Multa quoq; Eridani placuerunt gramina ripis,
 Multa quoq; Amphrysi: nec eras immunis Enipeus.
 Necnon Peneus, necnon Sperchiades undæ
 Contribuere aliquid, iunco saq; littora Bæbes.
 Carpsit & Euboica uinax Anthedone gramen
 Non dum uulgatum mutato corpore Glauci.

METAMOR.

Nona dies illam curru, pennisq; draconum
Nonaq; nox omnes lustrantem uiderat agros.
Cum redijt: neq; erant tacti, nisi odore dracones:
Et tamen annosæ pellem posuere senectæ.
Constitit adueniens citra limenq; foresq;
Et tantum cælo tegitur: refugitq; uiriles
Contactus: statuitq; aras è cespite binas,
Dexteriore Hecates, at læua parte iuuentæ.
Has ubi uerbenis, syluaq; incinxit agresti:
Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultrosq; in guttura uelleris atrii
Conijcit: & paulas perfundit sanguine fossas.
Tum super inuergens liquidi carchesia mellis,
Alteraq; inuergens tepidi carchesia lactis,
Verba simul fundit: terrenaq; numina poscit:
Vmbrarumq; rogat raptâ cum coniuge regem
Ne properent artus anima fraudare senili.
Quos ubi placauit, precibusq; & murmure longo:
Aesonis effcetum proferri corpus ad aras
Iussit: & in plenos resolutum carmine somnos
Exanimi similem stratis porrexit in herbis.
Hinc procul Aesonidē, procul hīc iubet ire ministros:
Et monet arcanis oculos remouere profanos.
Diffugiunt iussi. passis Medea capillis
Bacchantum ritui flagrantem circuit aras:
Multifidasq; faces in fossa sanguinis atrii
Tingit: & infectas geminis accendit in aris.
Terq; senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat.
Interea calido positum medicamen abeno
Feruet: & exultat: spumisq; tumentibus albet.

I llic hæmonia radices ualle resectas,
 S eminaq; & flores, & succos incoquit' atros.
 A dicit extremolapides oriente petitos:
 E t quas oceani refluxum mare lauit arenas.
 A ddidit exceptas luna de noctæ pruinas,
 E t strigis infames ipsis cum carnibus alas,
 I nq; uirum soliti uultus mutare serinos
 A mbigui profecta lupi: nec desinit illis
 S quamea cinyphij tenuis membrana chelydri,
 V iuacisq; iecur cerui quibus insuper addit
 O ra, caputq; nouem cornicis sacula passæ.
 H is & mille alijs postquam sine nomine rebus
 P ropositum instruxit mortali barbara munus:
 A renti ramo iam pridem mitis oliuæ
 O mnia confudit: summisq; immiscuit ima.
 E cce uetus calido uersatus stipes abeno
 F it uiridis primo: nec longo tempore frondes
 I nduit: & subito grauidis oneratur oliuis.
 A t quacunq; cauo spumas eiecit abeno
 I gnis: & in terram guttæ cecidere calentes:
 V ernat humus: floresq; & mollia pabula surgunt.
 Quæ simulac uidit, stricto Medea recludit
 E nse senis iugulum: ueteremq; exire cruorem
 P assa, replet succis. quos postquam combibit Æson
 A ut ore acceptos, aut uulnere: barba, comæq;
 C anicie posita nigrum rapuere colorem.
 P ulsa fugit macies: abeunt pallorq;, situsq;:
 A diectioq; cauæ suppleantur corpore rugæ:
 M embræq; luxuriant. Æson miratur: & olim
 A nte quater denos nunc se reminiscitur annos.

uiscera

METAMOR.

Dissimilesq; animi subeunt etate relicta
Viderat ex alto tanti miracula monstri
Liber: & admonitus iuuenes natricibus annos
Posse suis reddi: capit hoc à Colchide mucus.
Ne ue doli cessent, odium cum coniuge falsum
Phasias assinulat: Peliaq; ad limina supplex
Confugit: atq; illam (quonia grauis ipse senecta est)
Excipiunt natæ. quas tempore callida paruo
Colehis amicitia mendacis imagine cepit.
Dumq; refert inter meritorum maxima, demptos
Aesonis esse situs: atq; hac in parte moratur:
Spes est uirginibus Pelia subiecta creatis
Arte suum parili reuire scere posse parentem:
Idq; peunt iuuenis pretium sine fine paciscia
Illa breui spatio silet: & dubitare uidentur:
Suspenditq; animos ficta gravitate, rogantum.
Mox ubi pollicita est: quo sit fiducia maior
Muneris huius ait: qui uestri maximus æuo est
Dux gregis inter oues, agnus medicamine fiet.
Protinus innumeris effætus laniger annis
Attrahitur flexo circum caua tempora cornu:
Cutus ut hæmonio marcentia guttura cultro
Fodit: & exiguo maculauit sanguine ferrum:
Membra simul pecudis, ualidosq; uenefica succos
Mergit in are cauo. minuunt ea corporis artus:
Cornuaq; exurunt: nec non cum cornibus annos.
Et tener auditur medio balatus abeno.
Nec mora, balatum mirantibus, exilit agnus:
Lasciuitq; fuga: lactantiaq; ubera querit.
Obstupere satæ Pelia: promissaq; postquam

E xhibuere fidem: tum uero impensius instant.
 T er iuga phœbus equis in Hiberno flumine mersis
 D empserat: & quarta radiantia nocte mirabant
 S ydera: cum rapido fallax Aectias igni
 I mponit purum laticem, & sine uiribus herbas.
 I amq; neci similis resoluta corpore, regem
 E t cum rege suo custodes somnus habebat:
 Quem dederat cantus, magicæq; potentia linguae:
 I ntrarant iussæ cum Colchide limina nata:
 A mbierantq; torum, quid nunc dubitatis inertes?
 S tringite (ait) gladios: ueteremq; haurite cruorem:
 V trepleam uacuas inuenili sanguine uenas.
 I n manibus uestris uita est, ætasq; parentis.
 S i pietas ulla est: ne spes agretis inanes:
 O fficium præstate patri: telisq; senectam
 E xigite: & saniem coniecto emittite ferro.
 H is, ut quæq; pia est hortatibus, impia prima est:
 E t ne sit scelerata, facit scelus. hand tamen ictus
 V lla suos spectare potest: oculosq; reflectunt:
 C æcæq; dant sæuis auersæ uulnera dextris.
 I lle cruore fluens cubito tamen alleuat armus:
 S emilacerq; toro tentat consurgere: & inter
 T ot medius gladios pallentia brachia tendens,
 Quid facitis nata? quis uos in fata parentis
 A rmat, ait? cecidere illis, animiq; manusq;
 P lura locuturo, cum uerbis guttura Colchis
 A bstulit: & calidis laniatum mersit in undis.
 Quæ nisi pennatis, serpentibus isset in auras,
 N on exempta foret pœnæ fugit alta superq;
 P elion umbrosum, philyraæq; tecta, superq;

METAMOR.

O thryn, & eueni ueteris loca nota Cerambi.
 Hic ope nympharum sublatus in aera pennis,
 Cum grauis infuso tellus foret obruta ponto:
 D eucalioneas effugit inobrutus undas.
 A eoliam Pitanen à læua parte reliquit,
 F actaq; de saxo longi simulachra draconis,
 I dæumq; nemus: quo nati furta, iuuenum
 O cculuit Liber falsi sub imagine cerui,
 Qua; pater Coryti parua tumulatus arena est:
 E t quos Mæra nouo latratu terruit agros:
 E urypyliq; urbem, qua Coæ cornua matres
 G esserunt, tunc cum discederet Hercules agmen.
 P hœbeamq; Rhodon, & talysios Telchinas:
 Quorum oculos ipso mutantur omnia uisu
 I uppiter exosus, fraternis subdidit undis.
 T ransit & antiquæ Carthæia mœnia Cææ,
 Qua pater Alcidas placidam de corpore natæ
 Miraturus erat nasci potuisse columbam.
 I nde lacus Hyries uidet, & Cygneia Tempe,
 Quæ subinus celebravit olor. nam Phyllius illic
 I mperio pueri, uolucresq; ferumq; leonem
 T radiderat domitos, taurum quoq; uincere iussus
 V icerat: & stricte toties iratus amore
 P ramia poscenti taurum suprema negabat.
 I lle indignatus cupies dare dixit: & alto
 D esiluit saxo. cuncti cecidisse putabant:
 F actus olor niueis pendebat in aere pennis.
 A t genitrix Hyrie seruatum nescia, stendo
 D elicuit: stagnumq; suo de nomine fecit.
 A diacet his Pleuron: inquatrepidantibus alis

O phias effugit natorum uulnera Combe.
 I nde Calauræ Latoïdos aspicit arua,
 I n uolucrem uersi cum coniuge conscia regis.
 D extera Cyllene est: in qua cum matre Menephron
 C oncubiturus erat sæuarum more ferarum.
 C ephison procul hinc deslentem fata nepotis
 R espicit in tumidam Phocen ab Apolline uersi.
 E umeliq; domum lugentis in aere natam.
 T andem uipereis Ephyren Pirenida pennis
 C ontigit. hic ueteres æuo mortalia primo
 C orpora uulgarunt pluuiialibus edita fungis.
 S ed postquam colchis arsit noua nupta uenenis:
 F lagrantemq; domum regis male uidit: utroq;
 S anguine natorum perfunditur impius ensis:
 V ltaq; se male mater Iasonis effugit arma.
 H inc nitaniacis ablata draconibus, intrat
 P alladias arces: quæ te iustissime Phineu,
 T eq; senex Peripha pariter uidere uolant es:
 I nnixamq; nouis neptem Polyphenonis alis.
 E xcipit hanc Aegæus factò damnandus in uno:
 N ec satis hospitium est: thalami quoq; fœdere iungit.
 I amq; aderat Theseus proles ignara parenti:
 Qui uirtute sua bimarem pacauerat Isthmon.
 H uius in exitium miscet Medea, quod olim
 A ttulerat secum scythicis Aconiton ab oris.
 I llud Echidnæ memorant è dentibus orum
 E sse canis specus est tenebroso cæcus hiatus:
 E st uia decliuis: per quam Tirynthius heros
 R estantem, contraq; diem, radiosq; micantes
 O bliquantem oculos, nexis adamante catenis

METAMOR.

Cerberon attraxit rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras:
Et sparsit uirides spumis albensibus agros.
Has concesse putant naetasq; alimenta feracis,
Fœcundiq; soli uires cepisse nocendi.
Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute,
Agrestes aconita uocant .ea coniugis astru
Ipse parens Ægeus nato porrexit , ut hosti.
Sumpserrat ignara Theseus data pocula dextra:
Cum pater in capulo gladij cognouit eburno
Signa sui generis : facinusq; excussit ab ore.
Effugit illa necem nebulis per carmina motis.
At genitor quanquam letatur sospite nato:
Attonitus tamen est ingens discrimine paruo
Committi potuisse nefas . fouet ignibus aras:
Muneribusq; deos implet : feriuntq; secures
Colla torosa bouum uinctorum corrua uittis.
Nullus Erechthidis fertur celebrator illo
Illuxisse dies , agitant conuiuia patres,
Et medium uulgus : necnon & carmina uino
Ingenium faciente , canunt . te maxime Theseum
Mirata est Marathon Cretæ sanguine tauri:
Quodq; suam securus arat Cremyona colonus,
Munus , opusq; tuum est tellus Epidauria per te
Clamigeram uidit Vulcani occumbere prolem :
Vidit & immitem Cephissias ora Procrusten:
Cercyonis lenem uidit Cerealis Eleusis:
Occidit ille scinis magnis male uiribus usus:
Qui poterat curuare trabes : & agebat ab alto
Ad terram late sparsuras corpora pinus

Tutus ad Alcatthoën Lelegeia mœnia limes
 Composito scirone patet: sparsisq; latronis
 Terra negat sedem, sedem negat ossibus unda.
 Quæ iactata diu fertur durasse uerustas
 In scopulos. scopulis nomen Scironis inhaeret.
 Sinitulos, annosq; tuos numerare uelimus,
 Facta prement annos. pro te fortissime uota
 Publica suscipimus: bacchi tibi suminus haustus.
 Consonat assensu populi, precibusq; fauentium
 Regia: nec tota tristis locus ullus in urbe est.
 Nec tamen (usque adeo nulla est sincera uoluptas:
 Sollicitumq; aliquând latens interuenit Ægeus
 Gaudia percæpit nato secura recepto.
 Bella parat Minos, qui quanq; milite, quanquam
 Classe ualet, patria tamen est firmissimus ira:
 Androgeiq; necem iustis ulciscitur armis.
 Ante tamen bello uires acquirit amicas:
 Quaq; patent aditus uolucris freta classe pererrat.
 Hinc Anaphen sibi iungit, & astypaleia regna:
 Promissis Anaphen, regna Astypaleia bello.
 Hinc humilem Myconen, Cretosaq; rura Cymoli,
 Florentemq; Syron Cythron, planamq; Seriphon,
 Marmoreamq; Paron, quamq; impia prodidit Arne
 Sithonis accepto, q̄ amara poposcerat, auro.
 Mutata est in auem, quæ nunc quoq; diligit aurum
 Nigra pedes, nigris uelata monedula pennis.
 At non Oliaros, Didymeq; & Tenos, & Andros,
 Et Gyaros, nitidæq; ferax Peparethos oliuæ
 Gnosiacas inuere rates. latere inde sinistro
 Oenopiam Minos petit Æacideia regna.

METAMOR.

Oenopiam ueteres appellauere: sed ipse
Aeacus Æginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit: tantæq; uirum cognoscere famæ
Expetit. occurrunt illi, Telamoniq; minorq;
Quam Telamon, Peleus, & proles tertia Phocus.
Ipse quoq; egreditur tardus grauitate senili
Aeacus: & quæ sit ueniendi causa requirit.
Admonitres patrij luctus suspirat, & illi
Dista refert rector populorum talia centum.
Arma iuues oro pro nato sumpta: piæq;
Pars sis militiæ. tumulo solata posco.
Huic Asopiades petis irrita, dixit, & urbi
Non facienda meæ. neq; enim coniunctior ulla
Cecropidis hac est tellus. ea fœdera nobis.
Tristis abit: stabuntq; tibi tua fœdera magno,
Dixit: & utilius bellum putat esse minari,
Quam gerere, atq; suas ibi præconsumere uires.
Classis ab Oenopijs etiam nunc Lyctia nuris
Spectari poterat: cum pleno concita uelo
Atica puppis adest: & portus intrat amicos,
Quæ Cephalum, patriæq; simul mandata ferebat.
Aeacida longo iuuenes post tempore usum
Agnouere tamen Cephalum dextrasq; dederunt:
Inq; patris duxere domum. spectabilis heros
Et ueteris retinens etiam nunc pignora formæ
Ingreditur, ramumq; tenens popularis oliuæ:
Et dextra lauaq; duos ætate minores
Maior habet, Clyton, & Buten Pallante creator.
Postquam congressi: primi sua uerba tulerunt
Cecropida: Cephalus peragit mandata: rogatq;
Auxilium

A uxilium: fœdusq; refert, & iura parentum:
 I mperiumq; peti totius Achæidos addit.
 S ic ubi mandatam inuit faciundia causam:
 A eacus in capulo regni nitente sinistra
 N e petite auxilium, sed sumite dixit Athenæ.
 N ec dubiæ uires, quas hæc habet insula, uestras
 D icite: & omniseat, rerum statusiste mearum.
 R obora non desunt: superat mihi miles, & hosti.
 G ratia dijs, felix, & inexcusabile tempus.
 I mmo ita sit Cephalus, crescat tua ciuibus opto
 V rbs (ait) adueniens equidem modo gaudia capi:
 C um tam pulchramibi, tam par ætate iuuentus
 O buia processit: multo tamen inde requiro,
 Q uos quondam uidi uestra prius urbe receptus.
 A eacus ingenuit: tristiq; ita uoce locutus.
 F lebile principium, melior fortuna secuta est.
 H anc utinam uobis possem memorare, sine ullo
 O rdine nunc repetam: neu longa ambage morer uos:
 O ssa, cinisq; iacent, memori quos mente requiris:
 E t quota pars illi rerum periere mearum.
 D ira lues populis ira Iunonis iniquæ
 I ncidit exosæ dictas à pellice terras.
 D um uisum est mortale malum: tantæq; latebat.
 C ausa nocens cladis: pugnatum est arte medendi.
 E xitium superabat opem: quæ uicta iacebat.
 P rincipio cœlum spissa caligine terras
 P ressit: & ignauos inclusit nubibus æstus.
 D umq; quater plenis expleuit cornibus orbem
 L una: quater plenum tenuata retexuit orbem:
 L etiferis calidi spirarunt æstibus austris.

Ouid. Meta.

m

Constat & in fontes uisum uenisse lacusq;
Milliaq; incultos serpentum multa per agros
Errasse: atq; suis fluios tenerasse uenenis.
Strage canum primo, uolucrumq; auiumq; bouq;
Inq; feris subiti deprensa potentia morbi.
Concideret infelix ualidos miratur arator
Inter opus tauros: medioq; recumbere sulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus egros
Sponte sua, lanaq; cadunt, & corpora tabent.
Acer equus quondam, magnaq; in puluere fama
Degenerat, palma, ueterumq; oblitus honorum
Ad praesepe gemit, morbo moriturus inerti.
Non aper irasci meminit: non fidere cursu
Cerua: nec armentis incurrere fortibus urfi.
Omnia languor habet: syluisq; agrisq; uisq;
Corpora foeda iacent: uitiantur odoribus aura.
Mira loquor: non illa canes, auidaq; uolucres,
Non cani tetigere lupi: dilapsa liquefcunt:
Afflatuq; nocent: & agunt contagia late.
Peruenit ad miseros damno grauiore colonos
Pestis: & in magna dominatur mœnibus urbis.
Viscera torrentur primo: flammaq; latentis
Indicium rubor est, & ductus anhelitus ignis
Aspera lingua timet: tepidisq; arentia uentis
Ora patent: auraq; graues captantur hiatu.
Non stratum, non ulla pati uelamina possunt:
Dura sed in terra ponunt praecordia, nec fit
Corpus humo gelidum: sed humus de corpore feruet.
Nec moderator adest: inq; ipsos saeva medentes
Erumpit clades: obsuntq; auctoribus artes.

Quo propior quisq; est: seruitq; fidelius a gro:
 In partem leni citius uenit: atq; salutis
 Spes abiit: finemq; uident in funere morbi.
 Indulgent animis: & nulla, quid uale, cura est:
 (Vale enim nihil est) passim, positoq; pudore
 Fontibus, & fluuijs, puteisq; capacibus harenti
 Nec sitis est extincta prius, quam uita, bibendo.
 Inde graues multi nequeunt consurgere: & ipsi
 Immoriuntur aquis, aliquis tamen haurit & illas.
 Tantaq; sunt miseris inuisi tædia lecti:
 Profiliunt: aut, si prohibent consistere uires,
 Corpora deuoluunt in humum: fugiuntq; penates
 Quisq; suos: sua cuiq; domus funesta uidetur.
 Et quia causa latet, locus est in crimine notus.
 Semianimes errare uijs, dum stare ualebant.
 Aspiceres: flentes alios, terraq; iacentes,
 Lassaq; uersantes supremo lumina motu.
 Membraq; pendentis tendunt ad sydera cæli
 Hic, illic, ubi mors deprenderat, exhalantes.
 Quid mihi tunc animi fuit? aut quid debuit esse?
 Ut uitam odissem. & cuperem pars esse meorum.
 Quo se cunq; acies oculorum flexerat: illic
 Vulgus erat stratum: uelut cum putria motis
 Poma cadunt ramis, agitataq; ilice glandes.
 Templauides contra gradibus sublimia longis.
 Iuppiter illa tenet. quis non altaribus illis
 Irrita thura dedit? quoties pro coniuge coniux,
 Pro nato genitor, dum uerba precantia dicit:
 Non exoratis animam finiuit in aris?
 Inq; manu thuris pars inconsumpta reperta est?

METAMOR.

A dmonē quoties templis, dum uota sacerdos
C oncipit: & fundit purum inter cornua uinum.
H aud expectato ceciderunt uulnere tauri?
I pse ego sacra Ioui pro me, patriaq; tribusq;
C um facerem natis: mugitus uictima diros
E didit: & subito collapsa sine ictibus ullis
E xiguo tinxit subiectos sanguine cultros.
F ibra quoq; agra notas ueri, monitusq; deorum
P erdiderat, tristes penetrant ad uiscera morbi.
A nte sacros uidi proiecta cadavera postes:
A nte ipsas, quo mors foret inuidiosior, aras.
P ars animam laqueo claudunt: mortisq; timorem
M orte fugant: ultroq; uocant uenientia fata.
C orpora missa neci nullis de more feruntur
F uneribus: neq; enim capiebant funera porta.
A ut inhumata premunt terras: aut dantur in altos
I ndotata rogos. & iam reuerentia nulla est:
D eq; rogis pugnant: alienisq; ignibus ardent.
Q ui lachryment, desunt: inde flet aq; uagantur
N atorumq; uirumq; animæ, iuuenumq; senumq;
N ec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignem.
A ttonitus tanto miserarum turbine rerum
I uppiter ò dixi si te non falsa loquuntur.
I sse sub amplexus Æginæ Asopidos olim
N ec te magne pater nostri pudet esse parentem:
A ut mihi redde meos: aut me quoq; conde sepulchro.
I lle notam fulgore dedit tonitruq; secundo.
A cāpio, sintq; ista precor felicia mentis
S igna meæ, dixi, quæ das mihi pignoris omen.
F orte fuit iuxta patulis rarissima ramis

S acra Ioui quercus de semine Dodonæo .
 Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo
 G rande onus exiguo formicas ore gerentes:
 R ugosq; suum seruantes cortice callem.
 D um numerum miror : totidem pater optime dixi
 T u mihi da ciues: & inania mœnia supple.
 I ntremuit : ramisq; sonum sine flamine motis
 A lta dedit quercus . pauido mihi membra timore
 H orruerant : stabantq; comæ: tamen oscula terræ
 R oboribusq; dedi: nec me sperare fatebar:
 S perabam tamen: atq; animo mea uota fouebam.
 N ox subit : & curis exercita corpora somnus
 O ccupat: ante oculos eadem mihi quercus adesse,
 E t rami totidem, totidemq; animalia ramis
 F erre suis uisa est : pariterq; tremiscere motu :
 C raniferumq; agnien subiectis spargere in aruis.
 C rescere quod subito maius, maiusq; uidetur:
 A c se tollere humo: rectoq; assistere trunco:
 E t maciem numerumq; pedum , nigrumq; colore
 P onere: & humanam membris inducere formam.
 S omnus abit: damno uigilans mea uisa: querorq;
 I n superis opis esse nihil . at in adibus ingens
 M urmur erat uocesq; hominum ex audire uidebar
 I am mihi desuetas. dum suspicor, has quoq; somni
 E sse: uenit Telamon properus: foribusq; reclusis
 S peq; , fideq;, pater (dixit) maiora uidebis .
 E gredere . egredior: qualesq; in imagine somni
 V isus eram uidisse uiros, ex ordine tales
 A spicio, qui nos aduent: regemq; saluant.
 V ota Ioui soluo : populisq; recentibus urbem

Partior, & uacuos priscis cultoribus agros:
Mymidonasq; uoco: nec origine nomina fraudo.
Corpora uidisti: mores, quos ante gerebant,
Nunc quoq; hñt. parcum genus est, patiensq; labor;
Quasitiq; tenax, & quod quaesita reseruet.
Hi te ad bella pares amnis, animisq; sequentur:
Cum primum, qui te feliciter attulit, eurus
 (Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in austrus.
Talibus, atq; alijs longum sermonibus illi
Impleuere diem: lucis pars ultima inensæ,
Est data: nox somnis iubar aureus exiulerat Sol:
Flabat adhuc eurus: redituraq; uela tenebat.
Ad Cephalum Pallante sati, cui grandior ætas,
Ad regem Cephalus simul, & Pallante creati
Conueniunt, sed adhuc regem sopor alius habebat.
Excipit Aeaides illos in limine Phocus:
Nam Telamon, fraterq; uiros ad bella legebant:
Phocus in interius spatium, pulchrosq; recessus
Cecropidas duxit: cum quis simul ipse resedit.
Aspicit Æoliden ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum: cuius fuit aurea cuspis.
Dauca prius medijs sermonibus ille locutus,
Sum nemorum studiosus ait, cædisq; ferina:
Qua tamen è sylua teneas hastile recisum
Iandudum dubito: certe, si fraxinus esset,
Fulua colore foret: si cornus, nodus inesset.
Vnde sit ignoro: sed non formosius isto
Viderunt oculi telum iaculabile nostri.
Excipit aetæis è fratribus alter: & usum
Maiorem specie mirabere, dixit, in isto.

C onsequitur quodcumq; petit: fortunaq; missum
 N on regit: & reuolat nullo referente cruentum.
 T um uero iuuenis Nereius omnia querit:
 C ur sit, & unde datum: quis tanti muneris auctor.
 Quæ petit, ille refert, & cætera nota pudore
 Quæ ualerit mercede, silet: tactusq; dolore.
 C oniugis amissæ lachrymis ita fatur obortis.
 Hoc me nate dea (quis posset credere?) telum
 F lere facit: facietq; diu, si uiuere nobis
 F ata diu dederint, hoc me cum coniuge cara
 P erdidit: hoc utinam caruissem munere semper.
 P rocris erat, si forte magis peruenit ad aures
 O rithyia tuas: magnæ soror Orithyia.
 S i faciem, moresq; uelis conferre duarum:
 D ignior ipsa rapi, pater hæc mihi iunxit Erechtheus:
 H anc mihi iunxit amor, felix dicebar: eramq;:
 N on ita diuisam est: & nunc quoq; forsitan eem.
 A lter agebatur post sacra iugalia mensis:
 C um me cornigeris tendentem retia ceruis
 V ernice de summo semper florentis Hymen
 L utea mane uidet pulsus, Aurora tenebris:
 I nnumq; rapit, liceat mihi uera referre
 P ace deæ: q; sit roseo spectabilis ore:
 Quod teneat lucis, teneat confinia noctis:
 N ecfareis q; alatur aquis: ego Procrin amabam:
 P ecflore Procris erat, Procris mihi semper in ore.
 S acra tori, coitusq; nouos, thalamosq; recentes,
 P rimaq; deserti referebam fœdera lecti.
 M ota dea est: & siste tuas in grate querelas:
 P rocrin habe, dixit: q; si mea prouida mens est:

Non habuisse uoles: meq; illi irata remisit.
Dum redeo: necumq; dea memorata retracto:
Esse metus cepit, ne iura iugalia coniux
Non bene seruasset, facies, etasq; iubebant
Credere adulterium: prohibebant credere mores.
Sed tamen abfuerā: sed & hac erat, uideredibam,
Criminis exemplum: sed cuncta timemus amātes.
Quærerere quod doleam, statuo: donisq; pudicam
Sollicitare fidem, fauet huic Aurora timori:
Immutatq; meam (uideor sensisse) figuram.
Palladius in eo non cognoscendus Athenas:
Ingrediorq; domum, culpa domus ipsa carebat:
Castaq; signa dabat: dominoq; erat anxia raptō.
Vix aditus per mille dolor ad Erechthida factus:
Vt uidi: obstupui: meditataq; penè reliqui
Tentamenta fide: male me, quin uera faterer,
Confinui: male quin, ut oportuit, oscula ferrem.
Tristis erat: sed nulla tamen formosior illa
Esse potest tristi: desiderioq; calebat
Coniugis abrepti, tu collige, qualis in illa
Phoc decor fuerit: quam sic dolor ipse decebat.
Quid referam? quoties tentamina nostra pudici
Reppulerint mores? quoties ego (dixerit) uni
Seruor: ubicunq; est, uni mea gaudia seruo.
Cui non ista fide satis experientia sano
Magna foret? non sum contentus: et in mea pugno
Vulnera: dum census dare me promitto: loquendo
Muneraq; augendo, tandem dubitare coëgi.
Exclamo, mala pectora detego pactus adulter,
Verus eram coniux: me perfida teste teneris.

I lla nihil: tacito tantummodo uicta pudore
 I nsidiosa malo cum coniuge limina fugit:
 O ffenfaq; mei genus omne perosa uirorum
 M ontibus errabat studijs operata Diana.
 T um mihi deserto uiolentior ignis ad ossa
 P eruenit: orabam ueniam: & peccasse fatebar:
 E t potuisse datis simili succumbere culpæ
 M e quoq; muneribus: si munera tanta darentur.
 H æc mihi confesso læsum prius ulta pudorem
 R edditur: & dulces concorditer exigit annos.
 D at mihi præterea, tanquam si parua dedisset
 D ona, canem munus: quem cum sua traderet illi
 C ynthis, currendo superabit, dixerat, omnes.
 D at simul & iaculum: quod nos (ut cernis) hēm̄us
 M uneris alterius quæ sit fortuna requiris:
 A t cipe mirandum: nouitate mouebere facti.
 C armina Naiades non intellecta priorum
 S oluunt ingenijs: & præcipitata iacebat
 I mmemor ambagum uates obscura suarum
 S cilicet alma Themis: nec talia linquit inulta.
 P rotinus Aonijs immissa est bellua Thebis:
 C essit & exitio multis: pecoriq; sibiq;
 R uricolæ pauere feram. uicina iuuentus
 V enimus: & latos indagine cinximus agros.
 I lla leui uelox superabat retia saltu:
 S ummaq; transibat positarum lina plagarum.
 C opula detrahatur canibus: quos illa sequentes
 E ffugit: & cæcum non segnior alite ludit.
 P oscor & ipse meum consensu Lælapa magno:
 (Muneris hoc nomen) iandudum uincula pugnat

Exuere ipse sibi colloq; morantia tendit.
Vix bene missus erat: nec iam poteramus, ubi esset,
Scire: pedum calidus uestigia puluis habebat:
Ipse oculis ereptus erat. non ocyor illo.
Hasta, nec exuta contorto uerberare glandes,
Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis apex medijs subiectis imminet aruis.
Tollor in hunc: capioq; noui spectacula cursus.
Quo modo deprendi, modo se subducere ab ipso.
Vulnere uisa fera est: nec limite callida recto,
In spatiumq; fugit: sed decipit ora sequentis.
Et redit in gyrum: ne sit suus impetus hosti.
Imminet hic: sequiturq; parem: similisq; tenenti.
Non tenet: & uanos exercet in aera morsus.
Ad iaculi uertebar opem: quod dextera librat
Dum mea: dum digitos amentis addere tento:
Lumina deflexi: reuocataq; rursus eodem
Rettuleram: medio (mirum) duos marmora campo.
Aspicio: fugere hoc, illud latrare putares.
Scilicet inuictos ambos certamine cursus.
Esse deus uoluit: si quis deus affuit illis.
Hactenus: & tacuit iaculo quod crimen in ipso est?
Phocus ait iaculi sic crimina reddidit ille.
Gaudia principum nostri sunt Phoece doloris.
Illa prius referam. iuuat o meminisse beati
Temporis Aeacide: quo primos rite per annos
Coniuge eram felix: felix erat illa marito.
Mutua cura duos, & amor socialis habebat:
Nec Iouis illa meo thalamos praeferet amoris:
Nec me quae caperet, non si Venus ipsa ueniret,

Vlla erat: æquales urebant pectora flammæ.
 Sole ferè radijs feriente cacumina primis
 Venatum in sylvas iuueniliter ire solebam:
 Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
 Ire canes, nec lina sequi nodosa solebant.
 Tutus eram iaculo, sed cum satiata ferina
 Dexteræ cædis erat: repetebam frigus, & umbras;
 Et quæ de gelidis exibat uallibus, auram.
 Aura petebatur medio mihi lenis in æstu:
 Auram expectabam: requies erat illa labori.
 Aura (recordor enim) uenias cantare solebam:
 Meq; iuues: intresq; sinus gratissima nostros:
 Vtq; facis, releuare uelis, quibus urimur, æstus.
 Forsitan addideram (sic me mea fata traherant)
 Banditias plures: & tu mihi magna uoluptas,
 Dicere sum solitus: tu me reficisq;, fovesq;
 Tu facis, ut sylvas, ut amem loca sola: meoq;
 Spiritus iste tuus semper capianur ab ore.
 Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
 Nescio quis: nomenq; auræ tam sæpe uocatum
 Esse putat nymphæ: nympham mihi credit amari.
 Criminis extemplo ficti temerarius index
 Procrin adit: linguaq; refert audita susurra.
 Credula res amor est. subito collapsa dolore,
 Ut mihi narratur, cecidit: longoq; reserata
 Tempore se miseram, se fati (dixit) iniqui:
 Deq; fide quæstæ est: & crimine concita uano
 Quod nihil est, metuit: metuit sine corpore nomen:
 Et dolet infelix ueluti de pellice uera.
 Sæpe tamen dubitat: speratq; miserima falli:

METAMOR.

Indicioq; fidem negat: & nisi uiderit ipsa,
Damnatura sui non est delicta mariti.
Postera depulerant Aurora lumina noctem:
Egredior: syluasq; peto: nictorq; per herbas
Aura ueni, dixi: nostroq; medere labori.
Et subito gemitus inter mea uerba uidebar
Nescio quos audisse. ueni tamen optima dicens,
Fronde leuemi rursus strepitum faciente caduca
Sum ratis esse feram: telumq; uolatile misi.
Procris erat: medioq; tenens in pectore uulnus,
Hei mihi conclamat. uox est ubi cognita fide
Coniugis ad uocem praeceps, amensq; cucurri.
Semi animē, & sparsas fœdantem sanguine uestes
Et sua (me miserum) de uulnere dona trahentem,
Inuenio: corpusq; meo mihi carius ulnis
Mollibus attollo: scissaq; à pectore ueste
Vulnere sœua ligo: conorq; inhibere cruorem:
Neu me morte sua sceleratum deserat, oro.
Viribus illa carens, & iam moribunda coegit
Hæc se pauca loqui. per nostri fœderale lecti.
Perq; deos supplex oro, superosq; meosq;
Per siquid merui de te bene, perq; manentem
Nunc quoq; cum pereo, causam mihi mortis, amorē,
Ne thalamis auram patiare innubere nostris.
Dixit: & errorem tum deniq; nominis esse
Et sensi: & docui: sed quid docuisse iuuabat?
Labitur: & paruae fugiunt cum sanguine uires:
Dumq; aliquid spectare potest, me spectat: et in me
Infelicem animam nostroq; exhalat in ore.
Sed uultu meliore, mori secura uidetur.

F lētibus hæc lachrymans heros memorabat: et ecce
A eacus ingreditur duplici cum prole, nouoq;
 Milite: quem Cephalus cum fortibus accipit armis.

CAR. VIVIANI Collensis in. VIII. Meta.

Argumentum.

S cylla furit, crimemq; patris largitur amanti,
A tq; odium sumptis cum patre exercet in alis.
D edalus intexto labyrintho, astrisq; corona
G nosidos illata, male credidit Icaron alis:
 Quem lapsus irridet perdicis imagine Talus.
A t te fatali Meleagre in stipite mater
 Matre soror melior fratres, necat, ulta, malignos.
G ermanumq; nouis plangunt Meleagrides alis,
I n terras abeunt Nymphæ noua templa tument,
E t pariter frondent Baucis coniuxq; Philemon.
E t quem mutatis pascebat filia formis.
S ac rilegum merita perdunt Erisichthona pœnæ.

P. OVI. NASO. METAMOR-
PHOSEOS. LIB. VIII.

Am nitidum retegente diem, no-
ctisq; fugante
Tempora lucifero cadit Eurus: &
humida surgunt
Nubila: dant placidi cursum re-
deuntibus austris

A eacidis, Cephaloq; : quibus feliciter acti
A nte expectatum portus tenuere petitos.
I nterea Minos Lelegia littora uastat.
P rætentatq; sui uires mauortis in urbe
A lcathe: quam Nisus habet: cui splendidus ostro
I nter honoratos medio de uertice canos
C rinis inhærebat magni fiducia regni.
S exta resurgebant orientis cornua lune:
E t pendebat adhuc belli fortuna: diuq;
I nter utrunq; uolat dubijs uictoria pennis.
R egia turris erat uocalibus addita muris:
I n quibus auratam proles Latonia fertur
D eposuisse lyram: saxo sonus eius inhæsit.
S æpe illuc solita est ascendere filia Nisi:
E t petere exiguo resonantia saxa lapillo:
T unc æm pax esset. bello quoq; sæpe solebat
S pectare ex illa rigidi certamina martis.
I amq; morabelli procerum quoq; nomina norat:
A rmaq;, equosq;, habitusq;, cydoneasq; pharetras.
N ouerat ante alios faciem ducis Europæi
P lus eniam, quam nosse sat est hac indice Minos,

S eu caput abdiderat cristata casside pennis:
 I n gula formosus erat: seu sumpserat are
 F ulgentem clypeum: clypeum sumpsisse decebat.
 T orserat adductis hastilia lenta lacertis:
 L audabat uirgo iunctam cum uiribus artem.
 I mposito calamo patulos sinuauerat arcus:
 S ic phœbum sumptis iurabat stare sagittis.
 C um uero faciem dempto nudauerat are:
 P urpureusq; albi stratis insignia pictis
 T erga premebat equi: spumantiaq; ora regebat:
 V ix sua, uix sanæ uirgo Niseia compos
 M entis erat. felix iaculum, quod tangeret ille,
 Quæq; manu premeret, felicia frena uocabat.
 I mpetus est illi (liceat modo) ferre per agmen
 V irgineos hostile gradus: est impetus illi
 T urribus è summis in gnosa mittere corpus
 C astra: uel aratas hosti recludere portas:
 V el siquid Minos aliud uelit. utq; sedebat
 C andida dictæi spectans tentoria regis,
 L æter ait, doleam ne geri lachrymabile bellum,
 I n dubio est: doleo, q; Minos hostis amanti est.
 S ed nisi bella forent, nunquam mihi cognitus esset.
 M e tamen accepta poterat deponere bellum
 O bsidæ: me comitem, me pacis pignus haberet.
 S i quæ te peperit, talis pulcherrimæ regium,
 Q ualis es ipse, fuit: merito deus arsit in illa.
 O ego ter felix: si pennis lapsa per auras
 G nosiaci possem castris insistere regis.
 F assaq; me, flammâq; meas, qua dote, rogarem
 V ellet emi, tantum patrias ne posceret arces.

METAMOR.

Nam pereant potius sperata cubilia: quam sine
Prodicione potens. quamuis sæpe utile uinci
Victoris placidi fecit clementia multis.
Iusta gerit certe pro nato bella perempto:
Et causaq; ualet, causamq; tuentibus armis.
Vt puto, uincemur: qui si manet exitus urbem:
Cur suus hæc illi referet mea mœnia mauors?
Et non nosset amor? melius sine cæde, moraq;
Impensaq; sui poterit superare cruoris.
Nam metuo certe, nequis tua pectora Minos
Vulneret imprudens: quis enim tam durus, ut in te
Dirigere immitem non inscius audeat hastam?
Cæpta placent: Et stat sententia tradere mecum
Dotalem patriam: finemq; imponere bello:
Verum uelle parum est. aditus custodia seruat:
Claustraq; portarum genitor tenet. hunc ego solum
Infelix timeo: solus mea uota moratur.
Di facerent, sine patre forem. sibi quisq; profecto
Est deus: ignauis precibus fortuna repugnat.
Altera iam dudum succensa cupidine tanto
Perdere gauderet, quodcunq; obstaret amori.
Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes,
Et gladijs ausim. neq; ad hoc tamen ignibus ullis,
Aut gladijs opus est. opus est mihi crine paterno.
Ille mihi est auro pretiosior illa beatam
Purpura me uotiq; mei factura potentem.
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit: tenebrisq; audacia creuit.
Prima quies aderat: qua curis fessa diurnis
Pectora somnus habet: thalamos taciturna paternos
Intrat:

I ntrat: & (heu facinus) fatali nata parentem
 C rine suum spoliat: prædaq; posita nefanda
 F ert secum spoliū celeris: progressaq; porta
 P er medios hostes (meriti fiducia tanta est)
 P eruenit ad regem. quem sic affata pauentem est.
 S uasit amor facinus: proles ego regia Nisi
 S cylla tibi trado patriamq; , meosq; penates.
 P ræmia nulla peto, nisi te: cape pignus amoris
 P urpureum crinem: nec me nunc tradere crinem,
 S ed patriū tibi crede caput: scelerataq; dextra
 M unera porrexit. Minos porrecta refugit:
 T urbatusq; noui respondit imagine facti.
 D i te summoeant ò nostri infamia sacli
 O rbe suo: tellusq; tibi, pontusq; ne genit.
 C erte ego non patiar Iouis incunabula Creten,
 Q ui meus est orbis, tantum contingere monstrum.
 D ixit: & , ut leges captis iustissimus auctor
 H ostibus imposuit: classis retinacula solui
 I ussit: & æratas impleri remige puppes.
 S cylla, freto postquam deductas nare carinas,
 N ec prestare ducem sceleris sibi præmia uidit:
 C onsumptis precibus uiolentam transit in iram:
 I ntendensq; manus passis furibunda capillis
 Q uò fugis, exclamat, meritorum auctore relicta
 O patriæ prælate meæ, prælate parenti?
 Q uò fugis immitis? cuius uictoria nostrum
 E t scelus et meritum est. nec te data muneræ, nec te
 N offer amor mouit: nec q; spes omnis in unum
 T e mea congesta est. nam quò deserta reuertar?
 I n patriam? superata iacet. sed finge manere:

Ouid. Meta.

97

METAMOR.

Proditione mea clausa est mihi. patris ad ora
Quæ tibi donavi? ciues odere merentem:
Finitimi exemplum metuunt. obstruximus orbem
Terrarum nobis: ut Crete sola pateret.
Hanc quoq; si prohibes: & nos ingratis relinquis:
Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Sytis,
Armeniaë Tigres, aëstroq; agitata charybdis.
Nec Ioue tu natus: nec mater imagine tauri
Lusa tua est: generis falsa est ea fabula: uerum
Et ferus, & captus nullius amore iuuentæ,
Qui te progeniuit, taurus fuit. exige pœnas
Nisè pater: gaudente malis modo prodita nostris
Mœnia: nam fateor, merui: & sum digna perire.
Sed tamen ex illis aliquis, quos impia læsi:
Me perimat: cur qui uicisti crimine nostro,
Insequeris crimen? scelus hoc patriæq; patriq;
Officium tibi sit. te uero coniuge digna est:
Quæ toruum ligno decæpit adultera taurum:
Discordemq; utero foetum tulit. ecquid ad aures
Perueniunt mea dicta tuas? an inania uenti
Verba ferunt? ijdemq; tuas ingratis carinas?
Iam iam Pasiphaën non est mirabile taurum
Proposuisse tibi: tu plus feritatis habebas.
Me miseram, properare iuuat: diuulsaq; remis
Vnda sonat: mecumq; simul mea terra recedit.
Nil agis ò frustra meritorum oblite meorum:
Insequar inuitum: puppimq; amplexa recurram
Per freta longa trahar. uix dixerat: insilit undis:
Consequiturq; rates faciente cupidine uires.
Gnosiacæq; hæret comes inuidiosa carina.

Quam pater ut uidit (nam iam pendedat in auras
 Et modo factus erat fuluis Halyætus in alis)
 Ibat, ut hærentem rostro laceraret adunco.
 Illa metu puppim dimisit: & aura cadentem
 Sustinuisse leuis, ne tangeret æquora, uisa est:
 Pluma fuit: plumis in auem nutata uocatur
 Ciris: & à tonso est hoc nomen adepta capillo.
 Vota Ioui Minos taurorum sanguine centum
 Soluit: ut egressus ratibus creteida terram
 Contigit: & spolijs decorata est regia fixis.
 Creuerat opproprium generis: fœdumq; patebat
 Matris adulterium monstri nouitate biformis.
 Destinat hunc Minos thalami remouere pudorem:
 Multipliciq; domo, cæcisq; includere tectis.
 Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
 Põnit opus: turbatq; notas: & limina flexu
 Ducit in errorem uariarum ambage uiarum.
 Non secus ac liquidis Phrygijs Mæander in undis
 Ludit: & ambiguo lapsu refluitq; fluitq;
 Occurrensq; sibi uenturas aspicit undas:
 Et nunc ad fontes, nunc ad mare uersus apertã
 Incertus exercet aquas: ita Dædalus implet
 Innumeras errore uias: uixq; ipse reuertit
 Ad limen ponit. tanta est fallacia tecti.
 Quo postquam geminam tauri, inuenisq; figuram
 Clausit: & Actæo bis pastum sanguine monstrum
 Tertiã sors annis domuit repetita nouenis:
 Vtq; ope uirginea nullis iterata priorum
 Ianna difficilis filo est inuenta relicto:
 Protinus Ægides rapta Minoide Diam

METAMOR.

Vela dedit: comitemq; suam crudelis in illo
Littore destituit. deserta, & multa querenti,
Amplexus, & opem Liber tulit: utq; perenni
Sydere clara foret, sumptam de fronte coronam
Immisit cælo. tennes uolat illa per auras:
Dumq; uolat, gemmæ nitidos uertuntur in ignes:
Consistuntq; loco, specie remanente coronæ,
Qui medius, nixiq; genu est, anguemq; tenentis
Dædalus interea Creten, longumq; perosus
Exilium, tactusq; loci natalis amore
Clausus erat pelago. terras licet, inquit, & undas
Obstreat: at cælum certe patet: ibimus illac:
Omnia possideat: non possidet aëra Minos.
Dixit: & ignotas animum dimittit in artes:
Naturamq; nouat. nam ponit in ordine pennas
A minima cæptas, longam breuiore sequente,
Vt cliuo creuisse putes. sic rustica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit auenis.
Tum lino medias, & ceris alligat imas:
Atq; ita compositas paruo curuamine flectit:
Vt ueras imitetur aues. puer Icarus unâ
Stabat: & ignarus sua se tractare pericla
Ore renidenti modo quas uaga mouerat aura,
Captabat plumas: flauam modo pollice ceram
Mollibat: lusuq; suo mirabile patris
Impediebat opus. postquam manus ultima cæpta
Imposita est: geminas opifex liberauit in alas
Ipse suum corpus: motaq; pependit in aura.
Instruit & natum: medioq; ut limite curras
Ticare ait, moneo: ne, si demissior ibis,

Vnda grauet pennas: si celsior, ignis adurat.
 I nter utrumq; uola. nec te spectare Booten,
 A ut Helicen iubeo, stricturnq; Orionis ensen:
 M e duce carpe uiam. pariter præcepta uolandi
 T radit: & ignotas humeris accommodat alas.
 I nter opus, monitusq; genæ maduere seniles:
 E t patriæ tremuere manus. dedit obscura nato
 N on iterum repetenda suo: pennisq; leuatus
 A ute uolat: comitiq; timet, uelut ales, ab alto
 Quæ teneram prolem produxit in aëra nido.
 H ortaturq; sequi: damnosaq; erudit artes:
 E t mouet ipse suas: & nati respicit alas.
 H os aliquis tremula dum captat arundine pisces,
 A ut pastor baculo, stiuæ ue innixus arator,
 V idit: & obstupuit: quiq; æthera carpere possent,
 C redidit esse deos. & iam Iunonia laua
 P arte sanos fuerat, Delosq; Parosq; relicta.
 D extra Lebyntos erat, sæcundaq; melle Calymna:
 C um puer audaci cœpit gaudere uolant:
 D eseruitq; ducem: cœliq; cupidine tactus
 A lius egit iter. rapidi uicinia solis
 M ollit odoratas pennarum uincula ceras.
 T abuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos
 R emigioq; carens non ullas percipit auras:
 O raq; cærulea patrium clamantia nomen
 E xcipiuntur aqua: quæ nomen traxit ab illo.
 A t pater infelix, nec iam pater, Icare dixit,
 I care (dixit) ubi es? qua te regione requiram?
 I care dicebat: pennas aspexit in undis:
 D euonitq; suas artes: corpusq; sepulchro

METAMOR.

Condidit: & tellus à nomine dicta sepulch.
Hunc miseri tumulto ponentem corpora nati
Garrula ramosa prospexit ab ilice Perdix:
Et plausit pennis: testataq; gaudia cantu est
Vnica tunc uolucris, nec uisa prioribus annis,
Facta q; nuper auis, longum tibi Dædale crimen
Nanq; huic tradiderat fatorum ignara docendum
Progeniem germana suam, natalibus actis
Bis puerum senis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio spinas in pisce notatas
Traxit in exemplum: ferroq; incidit acuto
Perpetuos dentes: & ferræ repperit usum
Primus: & ex uno duo ferrea brachia nodo
Iunxit: ut æquali spatio distantibus illis
Altera pars staret: pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit: sacra q; ex arce Mineruæ
Precipitem misit lapsum mentitus. at illum,
Quæ fauet ingenijs, excepit Pallas: amemq;
Reddidit: & medio uelauit in aere pennis.
Sed uigor ingenij quondam uelocis, in alas,
Inq; pedes abiit: nomen, quod & ante, remansit.
Non tamen hæc alte uolucris sua corpora tollit:
Nec facit in ramis, altoq; cacumine nidos:
Propter humum uolitat: ponitq; in sepibus oua:
Aniquiq; memor mutuit sublimia casus.
Iamq; fatigatum tellus ætneæ tenebat
Dædalon: & sumptis pro supplice Cocalus armis
Mitis habebatur: iam lamentabile Athenæ
Pendere desierant thesæ laude tributum.
Templa coronantur: bellatricemq; Mineruam

Cum Ioue, disq; uocant alijs: quos sanguine uoto,
 Muneribusq; datis, & acerris thuris honorant.
 S parferat argolicas nomen uaga fama per urbes
 Thefeos: & populi, quos diues Achaia cepit,
 H uius opem magnis implorauere periculis.
 H uius opē Calydon, quamuis Meleagron haberet,
 S ollicita supplex petijt prece. causa petendi
 S us erat infestæ famulus, uindexq; Dianæ.
 O enea nanq; ferunt plenis successibus anni
 P rimitias frugum Cereri. sua uina Lyæo,
 P alladios flammæ latices libasse Mineruæ.
 C æptus ab agricolis superos peruenit ad omnes
 A mbitiosus honor: solas sine thure relictas
 P ræteritas cessasse ferunt Latoidos aras.
 T angit & ira deos at non impune feremus.
 Quæq; inhonoratæ, non & dicemur inultæ,
 I nquit: & Oeneios ultorem spreta, per agros
 M isit aprum. quanto maiores herbida tauros
 N on habet Epirus: sed habent Sicula arua minores.
 S anguine, et igne micat oculi: riget horrida ceruix:
 E t setæ densis similes hastilibus horrent,
 S tantq; uelut uallum, uelut alta hastilia setæ.
 F eruida cum rauco lato stridore per armos:
 S puma fluit: dentes æquantur dentibus indis:
 F ulmen ab ore uenit: frondes afflatibus ardent.
 I s modo crescentes segetes proculcat in herba:
 N unc manna metit fletu nota coloni:
 E t cererem in spicis intercipit: area frustra,
 E t frustra expectant promissas horrea messes.
 S ternuntur grauidi longo cum palmitæ fetus,

METAMOR.

Baccaq; cum ramis semper frondentis oliuae.
Sæuit & in pecudes: non has pastor'ue, canis'ue,
Non armenta truces possunt defendere tauri.
Diffugiunt populi: nec sese in mœnibus urbis
Esse putant tutos: donec Meleagros: & unâ
Lectâ manus iuuenum caluere cupidine laudis.
Tyndaridæ gemini præstantes, Castibus alter,
Alter equo, primæq; ratis molitor Iason,
Et cum Pirithoo felix concordia Theseus,
Et duo Thesiadæ, & proles Aphareia Lynceus,
Et uelox Idas, & iam non fœmina Cænens,
Leuippusq; ferox, iaculoq; insignis Acastus,
Hippothonusq; Driasq; et cretus Amyntore Phœnix,
Astoridaq; pares, & missus ab Elide Phyleus.
Nec Telamon aberat, magniq; creator Achilles,
Cumq; Pheretiade, & Hyantæo Iolao
Impiger Eurytion, cursuq; inuictus Echion,
Nericusq; Lelex, Panopensusq; Hyleusq; feroxq;
Hppasus, & primis etiam nunc Nestor in annis,
Et quos Hippocon antiquis misit Amyclis,
Penelopesq; soter, cum Parrhasio Anceao,
Ampycidesq; sagax, & adhuc à coniuge tutus
Oeclides, nemorisq; decus Tegeæa Lycæi.
Venit Atalante Schœneipulcherrima uirgo
Rasilis huic summam mordebat fibula uestem:
Crinis erat simplex nodum collectus in unum:
Ex humero pendens resonabat eburnea læuo
Telorum custos: arcem quoq; læua tenebat.
Talis erat cultus facies, quam dicere uere
Virgineam in puero, puerilem in uirgine posses.

Hanc pariter uidit, pariter Calydonius Heros
 Optauit rennente deo: flammâsq; latentes
 Hæsit: & o felix si quem dignabitur (inquit)
 Ista uirum: nec plura sinit tempusq; pudorq;
 Dicere: maius opus magni certaminis urget.
 Sylua frequēs trabibus, quam nulla ceciderat ætas
 Incipit à plano: deuexaq; prospicit arua.
 Quò postquam uenere uiri: pars retia tendunt:
 Vincula ps adimunt canibus: pars pressa sequuntur
 Signa pedum: cupiuntq; suum reperire periculum.
 Concaua uallis erat: quo se demittere riuus
 Assuerant pluuiæ aquæ: tenet ima lacunæ
 Lenta salix, uluæq; leues, iunciq; palustres,
 Viminaq; & longæ parua sub arundine canna.
 Hinc aper excitus medios uolentus in hostes
 Fertur, ut excussis elisus nubibus ignis.
 Sternitur incursum nemus: & propulsa fragorem
 Sylua dat: exclamant iuuenes: protentaq; forti
 Tela tenent dextra lato uibrantia ferro.
 Illeruit: spargitq; canes, ut quisq; furenti
 Obstet: & obliquo latrantes dissipat ictu.
 Cuspis Echionio primum contorta lacerto
 Vana fuit: truncoq; dedit leue uulnus acerno.
 Proxima si nimis mittentis uiribus usa
 Non foret, in tergo uisa est hæsurâ petito:
 Longius ijt: auctor teli Pagæus Iason.
 Phœbe (ait) Ampycides, si te coluiq; coloq;
 Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
 Qua potuit precibus deus annuit: ictus ab illo est,
 Sed sine uulnere aper: ferrum Diana uolanti

METAMOR.

Absuleratiaculo: lignum sine acumine uenit.
Ira ferimota est: nec fulmine lenius arsit:
Emicat ex oculis: spirat quoq; pectore flammam.
Vtq; uolat moles adducto concita neruo:
Cum petit aut muros, aut plenas milite turres:
En iuuenes certo sic impete uulnificus sus
Fertur: & Eupalamon, pelagonaq; dextra tuentes
Cornua profternit. socij rapuere iacentes.
At non letiferos effugit Enasimusictus
Hippocoonte satius. trepidantem & terga parantem
Vertere, succiso liquerunt poplite nerui.
Forsitan & Pylius citra troiana perisset
Tempora: sed sumpto posita conamine ab hasta
Arboris insiluit, quæ stabat proxima, ramis:
Despexitq; loco tutus, quem fugerat hostem.
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis
Imminet exitio: fidensq; recentibus armis
Orithyæ magni, rostro femur hausit adunco.
At gemini non dum cœlestia sydera fratres,
Ambo conspicui, niue candidioribus ambo,
Vestabantur equis: ambo uibrata per auras
Hastarum tremulo quatiebant spicula motu.
Vulnera fecissent: nisi setiger inter opacas
Nec iaculis issæt, nec equo, loca peruia syluas.
Persequitur Telamon, studioq; incautus eundi
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hunc Peleus: celerem Tegeæa sagittam
Imposuit neruo: firmatoq; expulit arcu.
Fixa sub aure feri summum distinxit arundo
Corpus: & exiguo rubescit sanguine setas.

N ec tamen illa sui successu lætior ictus,
 Quàm Meleager erat. primus uidisse putatur:
 E t primus socijs uisum ostendisse cruorem:
 E t meritum dixisse feres uirtutis honorem.
 E rubuere uiri: seq; exhortantur: & addunt
 C um clamore animos: iaciuntq; sine ordine tela.
 T urba nocet iactis: & quos perit, impedit ictus.
 E cce furens contra sua fata bipennis fer Arcas
 D iscite fœmineis quid tela uirilia præsent
 O iuuenes, operiq; meo concede, dixit:
 I pse suis licet hunc Latonia prote gat armis:
 I nuita tamen hunc perimet mea dextra, Diana.
 T alia magniloquo tumidus memorauerat ore:
 A ntipitemq; manu tollens utraq; securim,
 I nstiterat digitis primos suspensus in artus.
 O ccupat audentem: quaq; est uia proxima leto,
 S umma ferus geminos direxit ad inquina dentes.
 C oncidit Ancæus: glomerataq; sanguine multo
 V iscera lapsa fluunt: madefactaq; terra cruore est.
 I bat in aduersam proles Ixionis hostem
 P irithous, ualida quatens uenabula dextra.
 C ui procul Aegides, o me mihi carior, inquit,
 P ars animæ consistit mea. licet eminus esse
 F ortibus. Ancæo nocuit temeraria uirtus.
 D ixit: & ærata torsit graue cuspide cornu:
 C ui bene librato, uoti q; potente futuro,
 O bstinat Æsculea frondosus ab arbore ramus.
 M isit & Aesonides iaculum: quod casus ab illo
 V erit: & in mentum figit latrantis: & inter
 I lia coniectum, tellure per ilia fixum est.

METAMOR.

At manus *Oenidæ* uariat: missisq; duabus,
Hasta prior terra, medio stetit: altera tergo.
Nec mora, dum scæuit: dum corpora uersat in orbē:
Stridentemq; nouo spumam cum sanguine fundit:
Vulneris auctor adest: hostemq; irritat ad iram:
Splendidaq; aduersos uenabula condit in armos.
Gaudia testantur socij clamore secundo:
Victriciq; petunt dextram coniungere dextra,
Immanemq; feram multa tellure iacentem
Mirantes spectant: neq; adhuc contingere tutum
Esse putant: sed tela tamen sua quisq; cruentat.
Ipsè pede imposito, caput exitabile pressit:
Atq; ita, sume mei spoliū Nonactia iuris
Dixit: & in partem ueniat mea gloria tecum.
Protinus exuias rigidis horrentia setis
Terga dat: & magnis insignia dentibus ora.
Illi lætitiæ est cum munere muneris auctor.
Inuidere alij: totoq; erat agmine murmur.
Equibus ingenti tendentes brachia uoce
Pone age, nec titulos intercipe fœmina nostros,
Thestiadæ clamant: nec te fiducia formæ
Decipiat: neu sit longe tibi captus amore
Auctor: & huic adimunt munus, ius muneris illi.
Non tulit, & tumida frendens maioris ira,
Discite raptores alieni, dixit, honoris
Facta minis quantum distent: hausitq; nefando
Pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea, quid faciat, dubium, pariterq; uolentem
Vlscisci fratrem, fraternaq; fata timentem,
Haud patitur dubitare diu: calidumq; prioris

Cæde recalcificat consorti sanguine telum.
Dona deum templis nato uictore ferebat,
Cum uidet extinctos fratres Althæa referri.
Quæ plangore dato, mcestis clamoribus urbem
Implet: & auratis mutauit uestibus atras,
At simul est auctor necis editus: excidit omnis
Luctus: & à lachrymis in pœnæ uersus amorè est.
Stipes erat: quem cum partus emixa iaceret
Thestias: inflammam triplices posuere sorores:
Staminaq; impresso fatalia pollice nentes
Tempora, dixerunt, eadem, lignoq; tibiq;
Omodo nate damus. quo postquam carmine dicto
Excessere dea: flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum: sparsitq; liquentibus undis.
Ille diu fuerat penetrabilibus abditus inis:
Seruatusq; tuos inuenis seruauerat annos.
Protulit hunc genitrix: tedasq; & fragmina poni
Imperat, & positis inimicos admonet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum,
Cæpta quater tenuit: pugnat materq; sororq;
Et diuersa trahunt unum duo nomina pectus.
Sæpe metu sceleris pallebant ora futuri:
Sæpe suum feruens oculis dabat ira ruborem.
Et modo nescio quid similis crudele minanti
Vultus erat: modo quem misereri credere posses.
Cumq; ferus lachrymas animi siccauerat ardor:
Inueniebantur lachrymæ tamen: utq; carina,
Quam uentus, uentoq; rapit contrarius æstus,
Vim geminam sentit: paretq; incerta duobus:
Thestias haud aliter dubijs affectibus errat:

METAMOR.

I nq̄; uices ponit , positamq̄; resuscitat iram.
 I ncipit esse tamen melior germana parente :
 E t consanguineas ut sanguine leniat umbras,
 I mpietate pia est : nam postquam pestifer ignis
 C onualuit : rogus iste cremet mea uiscera (dixit)
 V tq̄; manu dira lignum fatale tenebat:
 A nte sepulchrales infelix astitit aras:
 P œnarumq̄; deæ triplices furialibus inquit,
 E umenides sacris uultus aduertite uestros.
 V lciſor: facioq̄; nefas : mors morte pianda est :
 I n scelus addendum scelus est: in funera funus:
 P er coaceruatos pereat domus impia luctus.
 A n felix Oeneus nato uictore fruetur?
 T heſtius orbis erit? melius lugebitis ambo.
 V os modo fraterni manes , animæq̄; recentes
 O fficium ſentite meum: magnoq̄; paratas
 A ccapite inferias uteri mala pignora noſtri.
 H ei mihi quò rapior? fratres ignoscite matri:
 D eſciunt ad coepta manus : meruisse fatemur
 I llum cur pereat: mortis mihi displicet auctor.
 E rgo impune feret? uiuusq̄; & uictor, & ipso
 S uccessu tumidus, regnum Calydonis habebit?
 V os cinis exiguus, gelidæq̄; iacebitis umbra?
 H aud equidem patiar : pereat sceleratus: & ille
 S pemq̄; patris, regnumq̄; trahat, patriæq̄; ruinam.
 M ens ubi materna est? ubi sunt pia iura parentum?
 E t quos sustinui, menses bis quinq̄; labores?
 O utinam primis arſiſſes ignibus infans:
 I dq̄; ego passa forem. uixisti munere nostro:
 N unc merito moriere tuo : cape præmia facti:

B isq; datam primum partu, mox stipite raptu,
 R edde animam: uel me fraternis adde sepulchris.
 E t cupio: et nequeo: qd agam? modo uulnera fratru
 A nte oculos mihi sunt, & tantæ cædis mago:
 N unc animam pietas, maternaq; nomina frangunt.
 M e miseram, male uincetis, sed uincite fratres:
 D ummodo quæ dederò uobis solatia, uosq;
 I psa sequar: dixit: dextraq; aversa, trementi
 F unereum torrem medios coniecit in ignes.
 A ut dedit, aut uisus gemitus est ille dedisse
 S tipes: & inuitis correptus ab ignibus arsit.
 I nscius, atq; absens flamma Meleagros ab illa
 V ruit: & cæcis torreri uiscera sentit
 I gnibus: ac magnos superat uirtute dolores.
 Q uod tamen ignamo cadat, & sine sanguine leto
 M æret: & Ancæi felicia uulnera dicit:
 G randæuunq; patrem, fratresq; piæq; sorores,
 C um gemitu, sociamq; tori uocat ore supremo:
 F orsitan & matrem. crescunt ignisq;, dolorq;:
 L anguescuntq; iterum, simul est extinctus uterq;:
 I nq; leues abiit paulatim spiritus auras,
 P aulatim cana prunam uelante fauilla.
 A lta iacet Calydon: lugent iuuenesq;, senesq;:
 V ulgusq;, proceresq; gemunt: scissæq; capillos
 P langunt ora simul matres Calydonides: Oeneus
 P uluere caniciem genitor, uultusq; seniles
 F œdat humi susus: spatiosumq; increpat æuun.
 N am de matre, manus diri sibi conscia facti
 E xegit pœnas, acto per uiscera ferro.
 N on mihi si centum deus ora sonantia linguis,

Ingeniumq; capax, totumq; helicōna dedisset.
Tristia persequeretur miserarum uota sororum.
Immemores decoris, liuentia pectora tundunt:
Dumq; manet corpus, corpus refouentq; fountq;:
Oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto.
Post cinerem, cineres haustos ad pectora pressant:
Affusaq; iacent tumulo: signataq; saxo
Nomina complexæ lachrymas in nomina fundunt.
Quas post, Oeneæ tandem Latonia clade
Exatiata domus, præter Gorgenq; nurumq;
Nobilis Alcmenæ, natæ in corpora pennis
Alleuat: & longas per brachia porrigit alas:
Corneaq; ora facit: uersaq; per aëra mittit.
Interea Theseus sociati parte laboris
Functus, erechtheias Tritonidos ibat ad arces.
Clausit iter, fecitq; moras Achelous eunti
Imbre tumens: succede meis (ait) Inclyte tectis
Cecropide: nec te committe rapacibus undis.
Ferre trabes solidas, obliquaq; uoluerè magno
Murmure saxa solent: uidi contermina ripæ
Cum gregibus stabula alta trahi: nec fortibus illis
Prosuit armentis, nec equis uelocibus esse.
Multa quoq; hic torrens niuib; de monte solutis
Corpora turbineo iuuenilia uortice misit.
Tutior est requies, solito dum flumina currant
Limite: dum tennes capiat siccus alueus undes.
Annuit Ægides: utraq; Acheloë, domoq;
Consilioq; tuo, respondit: & usus utroq; est.
Pumice mullicauo non leuib; atria tophis
Structa subit: molli tellus erat humida musco.

Summa

Summa lacunabant alterno murice conchæ.
 Iamq; duas lucis partes Hyperione menso,
 Discubere toris Theseus, comitesq; laborum
 Hac Ixionides, illa Trœzenius heros
 Parte Lelex, raris iam sparsus tempora canis,
 Quosq; alios parili fuerat dignatus honore
 Amnis Acarnanum letissimus hospite tanto.
 Protinus appositas nudæ uestigia nymphæ
 Instruxere epulis mensas: dapibusq; remotis
 In gemma posuere merum. tum maximus Heros.
 Aequora prospiciens oculis subiecta, quis (inquit)
 Ille locus: digitoq; ostendit: & insula nomen
 Quod gerit illa, doce: quanquam non una uidetur.
 Amnis ad hæc, non est inqt, quod cernimus, unū.
 Quinq; iacent terræ: spatium discrimina fallit.
 Quoq; minus spretæ factum mirere Dianæ.
 Naiades hæc fuerant: quæ cum bis quinq; iuuenkos
 Mactassent: rurisq; deos ad sacra uocassent:
 Inmemores nostri festas duxere choreas.
 Innumi: quantosq; feror, cum plurimus, unq;
 Tantus eram: pariterq; animis immanis, et undis
 A syluis syluas, & ab aruis arua reuulsi:
 Cumq; loco, nymphas memores tum deniq; nostri,
 In freta prouolui. fluctus nosterq;, marisq;
 Continuum diduxit humum: pariterq; reuellit
 In totidem, medijs, quot cernis Echinadas undis.
 Vt tamen ipse uides, procul en procul una recessit
 Insula grata mihi. Perimelen nauita dicit.
 Huic ego uirginem dilectæ nomen ademi.
 Quod pater Hippodamas ægre tulit: inq; profundū

Ouid. Meta.

o

Propulit è scopulo peritura corpora natae.
 Excepi: nantemq; ferens, ò proxima terra
 Regna uagæ dixi sorte tridentifer unda,
 In quo desinimus, quo sacri currimus amnes,
 Huc ades: atq; audi placidus Neptune precantem.
 Huic ego, quam porto, nocui: si mitis, & æquus,
 Si pater, Hippodamas, aut si minus impius esset:
 Debuit illius misereri: ignoscere nobis.
 Cui quondam tellus clausa est feritate paterna,
 Affer opem: mersæq; precor feritate paterna
 Da Neptune locum: uel, sit locus ipsa licebit,
 Hunc quoq; cōplectar mouit caput æquoreus rex:
 Concussitq; suis omnes assensibus undas.
 Extinuit Nymphe: nabat tamen: ipse natantis
 Pectora tangebam trepido salientia motu:
 Dumq; ea contrecto: totum durefcere sensi
 Corpus: & inducta condi præcordia terra.
 Dum loquor: amplexa est artus noua terra natae.
 Et grauis increuit mutatis insula membris.
 Annis ab his tacuit, factum mirabile cunctos
 Mouerat: irridet credentes, utq; deorum.
 Spretor erat, mentisq; ferox Ixione natus,
 Facta refers, nimiumq; putas Acheloë potentes
 Esse deos, dixit: si dant, adimuntq;, figuras.
 Obstupere omnes: nec talia dicta probarunt:
 Ante omnesq; Lelex animo maturus, & æuo,
 Sic ait immensa est finemq; potentia cœli
 Non habet: & qdqd superi uoluerè peractum est.
 Quoq; minus dubites, filia contermina quercus
 Collibus est phrygijs, medio circumdata muro.

I pſe locum uidi: nam me pelopeia pittheus
 Miſit in arua, ſuo quondam regnata parenti.
 Haud procul hinc ſtagnū eſt, tellus habitabilis oli,
 Nunc celebres mergis, fulicisq; paluſtribus unda.
 Iuppiter huc ſpecie mortali, cumq; parente
 Venit Atlantiades poſitis caducifer alis.
 Milie domos adiere, locum, requiemq; petentes:
 Milie domos clauſere ſeræ: tamen una recipit
 Parua quidem ſtipulis, & canna teſta paluſtri:
 Sed pia Baucis anus, pariliq; ætate Philemon
 Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus: illa
 Conſenuere caſa: paupertatemq; ferendo
 Eſſecere leuem, nec iniqua mente ferendam.
 Nec reſert dominos illic, ſamulos ne requiras.
 Tota domus, duo ſunt: iſdem parentq; iubentq;
 Ergo ubi Cœlicolæ paruos tetigere penates:
 Summiſſoq; humiles intrarunt uertice poſtes:
 Membra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili:
 Quo ſuperiniecit textum rude ſedula Baucis.
 Inde foco tepidum cinerem dimouit: & ignes
 Suſcitât heſternos: folijsq; & corſice ſicco
 Nutrit: & ad flammas anima perducit anili:
 Muſtifiſasq; faces, remaliaq; arida, teſto
 Detulit: & minuit: paruoaq; admonit aheno,
 Quodq; ſuus coniux rigno collegerat horto,
 Truncat olus folijs. furca leuat ille bicorni
 Sordida terga ſuis nigro pendentia rigno:
 Seruatoq; diu reſecat de tergore partem
 Exiguam: ſectamq; domat ſeruentibus undis.
 Inſerua medias fallunt ſermonibus horas:

Sentiriq; moram prohibent. erat aluens illic
Fagineus, dura clamo suspensus ab ansa:
Is tepidis impletur aquis: artusq; fouendos
Accipit. in medio torus est de mollibus uluis
Impositus lecto sponda, pedibusq; salignis.
Vestibus hunc uelant, quas non nisi tempore festo
Sternere consuerant: sed & hæc uilisq; uetusq;
Vestis erat, lecto non indignanda saligno.
Accubere dei: mensam succincta, tremensq;
Ponit anus: mensæ sed erat pes tertius impar:
Testa parem fecit. quæ postquam subdita cliuuum
Sustulit: æquatam mentæ extersere uirentes.
Ponitur hic bicolor synteræ bacca Mineruæ,
Conditaq; in liquida corna autumnalia fece,
Intybaq; & radix, & lactis massa coacti,
Ouaq; non acri leuiter uersata fauilla,
Omnia fictilibus. post hæc cælatus eodem
Sistitur argento Crater, fabricataq; fago
Pocula: quæ caua sunt flauentibus illita ceris.
Parua mora est: epulasq; foci misere calentes:
Nec longæ rursus referuntur uina senectæ:
Dantq; locum mensis paulum seducta secundis.
Hic nux, hic mista est rugosis carica palmis,
Prunaq; & in paulis redolentia poma canistris,
Et de purpureis collectæ uitibus uuæ:
Candidus in medio fauus est, super omnia uultus
Accessere boni, nec iners, pauperq; uoluntas.
Interea: toties haustum cratera repleri
Sponte sua, per seq; uident succrescere uina:
Attoniti nouitate, pauent: manibusq; supinis

C oncipiunt Baucisq; preces, timidusq; Philemon:
 E t ueniam dapibus, nullisq; paratibus orant.
 V nicus anser erat minimæ custodia uillæ:
 Q uem dis hospitibus domini mactare parabant:
 I lle celer penna, tardos ætate fatigat:
 E luditq; diu: tandemq; est uisus, ad ipsos
 C onfugisse deos, superi uetere necari:
 D iq; sumus, meritasq; luet uicinia penas
 I mpia (dixerunt) uobis immunibus huius
 E sse mali dabitur: modo uestra relinquitte testæ:
 A c nostros comitate gradus: & in ardua montis
 I te simul, parent: & dis præeuntibus, ambo
 M embræ leuant baculis: tardiq; semilibus annis
 N inuntur longo uestigia ponere cliuo.
 T antum aberant summo: quantū semel ire sagitta
 M issa potest: flexere oculos: & mersa palude
 C ætera prospiciunt: tantum sua testæ manere:
 D umq; eamirantur: dum deflent fata suorum:
 I lla uetus, dominis & iam casa parua duobus
 V ertitur in templum: furcas subiere columna:
 S tramina flauescunt: aurataq; testæ uidentur:
 C ælatæq; fores, adopertaq; marmore tellus.
 C oncipiunt Baucisq; preces, timidusq; Philemon
 T alia cum placido Saturnius edidit ore.
 D icite iuste senex, & fœmina coniuge iusto
 D igna, quid optetis. cum Baucide pauca locutus
 I udicium superis aperit commune Philemon.
 E sse sacerdotes, delubraq; uestra ueri
 P oscimus: & quoniam concordēs egimus annos:

Auferat hora duos eadem: nec coniugis unquam
Busta meæ uideam: neu sim tumulandus ab illa:
Vota fides sequitur: templi tutela frueri:
Donec uita data est: annis, æuoq; soluti
Ante gradus sacros cum starent ferte: lociq;
Narrarent casus: frondere Philemona Baucis,
Baucida conspexit senior frondere Philemon.
Iamq; super geminos crescente cacumine uultus,
Munna, dum licuit, reddebant dicta. ualeq;
O: coniux dixere simul: simul abdita textit
Ora frutex. ostendit adhuc Tyaneius illic
Incola, de gemino uicinos corpore truncos,
Hæc mihi non uani, nec erat cur fallere uellent,
Narrare senes: equidem pendentia uidi
Sæta super ramos: ponensq; recubita, dixi,
Cura deum Di sint: & qui coluere, colantur.
Desierat: cunctosq; & res, & mouerat auctor
Thesea præcipue: quem facta audire uolentem
Mira deum, nixus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur. sunt ò fortissime quorum
Forma semel mota est: et in hoc renouamine māsū:
Sunt quibus in plures ius est transire figuras.
Vt tibi complexi terram maris incola Proteu.
Nam modo te iuuenem, modo te uidere leonem:
Nunc uiolentus aper, nunc quem tetigisse timerent,
Anguis eras: modo te faciebant cornua taurum:
Sæpe lapis poteras, arbor quoq; sæpe uideri:
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras: interdum undis contrarius ignis.

Nec minus Autolyçi coniux Erisichthone nata
 Iuris habet. pater huius erat. qui numina diuum
 Sperneret: & nullos aris adoleret honores.
 Ille etiam Cereale nemus uiolasse securi
 Dicitur: & lucos ferro temerasse uentros.
 Stabat in his ingens annoso robore quercus
 Vna nemus: uittæ mediam memoresq; tabellæ,
 Sertaq; cingebant, uoti argumenta potentis.
 Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas:
 Sæpe etiam manibus nexis ex ordine, trunci
 Circumiere modum, mensuraq; roboris, ulnas
 Quinq; ter implebat: necnon & cætera tantum
 Sylua sub hac omnis, quantû fuit herba sub illa.
 Non tamen iccirco ferrum Driopeius illa
 Abstinnit: famulosq; iubet succidere sacrum
 Robur: & ut iussos cunctari uidit: ab uno
 Edidit hæc rapta sceleratus uerba securi.
 Non dilecta deæ solum, sæ & ipsa licebit
 Sit dea: iam tanget frondente cacumine terram.
 Dixit: & obliquos dum telum librat in ictus:
 Contrenuit, gemitumq; dedit deoia quercus.
 Et pariter frondes, pariter pallescere glandes
 Cæpere: ac longi pallorem ducererami.
 Cuius ut in trunco fecit manus impia uulnus:
 Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis:
 Quam solet, ante aras ingens ubi uictima taurus
 Concidit: abrupta cruor è ceruice profundi.
 Obstupuere omnes: aliquisq; ex omnibus, audet
 Deterrere nefas: sæuamq; inhibere bipennem.
 Aspicit hunc, mentisq; piæ cape præmia, dixit

Thessalus: inq; uirum conuertit ab arbore ferrum:
Detruncatq; caput: repetitaq; robora cadit:
Editus e medio sonus est cum robore talis.
Nympha sub hoc ego sum, Cereri gratissima, ligno:
Quæ tibi factorum pœnas instare tuorum
Vaticinor moriens, nostri solatia leti.
Persequitur scelus ille suum: labefactaq; tandem,
Ictibus innumeris, adductaq; funibus arbor
Corruit: & multam prostravit pondere syluam.
Antonitæ Dryades damno, nemorumq; suoq;
Ommes germanæ Cererem cum uesibus atris
Mcerentes aduent: pœnamq; Erisichthonis orant.
Annuit his: capitisq; sui pulcherrima motu
Concussit grauidis oneratos messibus agros:
Moliturg; genus pœnæ miserabile: si non
Ille suis esset nulli miserabilis actis:
Pestifera lacerare fame. quæ, quatinus ipsi
Non aduenda deæ (neq; n. Cereremq; Famemq;
Fata coire sinunt) montani numinis unam
Talibus agrestem compellat Oreada dictis.
Est locus extremis Scythiæ glacialis in oris
Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus.
Frigus iners, illic habitant, pallorq; tremorq;
Et ieiuna fames, ea se in præcordia condat
Sacrilegi scelerata iube: nec copia rerum
Vincat eam: superetq; meas certamine uires:
Ne ue uicæ spatium te terreat: accipe currus:
Accipe quos frenis alte moderere, dracones.
Et dedit: illa dato subuecta per aera curru
Deuenit in Scythiam, rigidiq; cacumine montis.

(Caucason appellant) serpentum colla leuauit:
 Quasitamq; Famem lapidoso uidit in agro
 Vnguibus, & raris uellentem dentibus herbas.
 Hirus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
 Labra incana situ, scabri rubigine dentes,
 Dura cutis, per quam spectari uiscera possent:
 Ossa sub incuruis extabant arida lumbis:
 Ventris erat pro uentre locus: pendere putares
 Pectus: & à spinæ tantummodo crate teneri.
 Auxerat articulos macies: genuumq; tinnebat
 Orbis: & immodico prodibant tubere tali.
 Hanc procul ut uidit (neq; enim est accedere iuxta
 AUSA) refert mandata deæ: paulumq; morata,
 Quamquam aberat longe: quanq; modo uenerat illuc:
 Visa tamen sensisse famem: retroq; dracones
 Egit in Hæmoniam uersis sublimis habenis.
 Dicta fames Cereris (quamuis contraria semper
 Illius est operi) peragit: perq; aëra, uento
 Ad iussam delata domum est: & profinus intrat
 Sacri legi thalamos: altoq; sopore solutum
 (Noctis erat tempus) geminis amplectitur ulnis:
 Seq; uiro inspirat: faucesq; & pectus, & ora,
 Aflat: ut in uacuis peragat ieiunia uenis.
 Functaq; mandato fecundum deserit orbem:
 Inq; domos inopes, assueta reuertitur antra,
 Lenis adhuc somnus placidis Erisichthona pennis
 Mulcebat: petit ille dapes sub imagine somni:
 Oraq; uana mouet: dentemq; in dente fatigat:
 Exercetq; cibo delusum guttur inani:
 Proq; epulis tenues nequicquam deuorat aurās.

*fames de
uigilis*

Vt uero est expulsa quies: furit ardor edendi:
 Perq; avidas fauces, immensaq; viscera, regnat.
 Nec mora, quod pontus, qd terra, quod educat aet,
 Poscit: & appositis queritur ieiunia mensis:
 Inq; epulis, epulas quaerit: quodq; urbibus esse,
 Quodq; satis poterat populo, non sufficit uni.
 Plusq; cupit: quo plura suam demittit in aluvm.
 Vtq; fretum recipit de tota flumina terra:
 Nec satiatur aquis: peregrinosq; ebibit amnes:
 Vtq; rapax ignis non unquam alimenta recusat:
 Innumerasq; faces cremat: & quo copia maior
 Est data: plura petit: turbaq; uoracior ipsa est.
 Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani
 Accipiunt: poscuntq; simul: cibus omnis in illo
 Causa cibi est: semperq; locus fit inanis edendo.
 Iamq; fame patrias alti; uoragine uentris
 Attenuarat opes: sed in attenuata manebat
 Tum quoq; dira fames: implacataeq; uigebat
 Flamma gula: tandem demisso in viscera censu,
 Filia restabat non illo digna parente.
 Hanc quoq; uendit inops: dominum generosa recusat
 Et uicina suas tendens super aequora palmas,
 Eripe me domino, qui apta praemia nobis
 Virginitatis habes, ait, haec Neptunus habebat.
 Qui prece non spreta, quamuis modo uisa sequentis
 Eset hero: formamq; nouat: uultumq; uirilem
 Induit, & cultus pisces capientibus aptos.
 Hanc dominus spectans, o qui pendentia paruo
 Aera cibo caelas moderator arundinis, inquit,
 Sic mare compositum, sic sit tibi piscis in unda

Credulus: & nullos nisi fixus sentiat hamos:
Quæ modo cum uiliturbatis ueste capillis
Littore in hoc steterat (nam stantem in littore uidi)
Dic ubi sit: neq; enim uestigia longius extant.
Illa dei munus bene cedere sensit: & à se
Se quæri gaudens, his est rescuta rogantem.
Quisquis es, ignoscas: in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi: studioq; oneratus, inhasti.
Quoq; minus dubites: sic has deus æquoris artes
Adiuuet: ut nemo iandudum littore in isto,
 (Me tamen excepto) nec fœmina constitit ulla.
Credidit: & uerso dominus pede pressit arenam:
Elususq; abiit: illi sua reddita forma est.
Ast ubi habere suam transformia corpora sensit:
Sæpe pater dominis Driopeida tradit. at illa
Nunc equa nunc ales, modo bos, mō ceruus abibat:
Prabebatq; auido non iusta alimenta parenti.
Vis tamen illa mali postquam consumpserat omnē
Materiam: dederatq; graui noua pabula morbo:
Ipsæ suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit & infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiam mihi sæpe nouandi
Corporis ò iuuenes numero finita potestas.
Nam modo q nunc sum, uideor: mō flector i anguē
Armenti modo dux, uires in cornua sumo:
Cornua dum sumpsi, nunc pars caret altera tela
Fronis, ut ipse uides gemitus sunt uerba secuti.

CAR. VIVIANI Collensis in .IX. Metas.

Argumentum.

Herculeas vires, & scævum Achelous amorem
Sentit, nec facies prodest uariata figuris.
Hinc se frugiferi diffundit copia cornu.
At uita te Nesse simul prædaq; fugaq;
Exuit Alcides: moriensq; ulcisceris ipsum,
Cuius inexhaustos late sonat Oeta labores.
Insontemq; Lichan pelagus durefcere sentit.
Ore parit, dominã quæ uiuerat ore Galanthis,
Et Dryope in Loton factam de uirgine transit.
Callirhoe genitis lolao & uertitur ætas.
Liquitur Idaliæ pudor atq; infamia Biblis.
Fcemina quam cupijt, fruitur puer Iphis Ianthe.

Vae gemitus, truncaq; deo Nept
tunius Heros.

9 Causa rogat frontis: cum sic Ca/
lydonius amnis

Cœpit, inornatos redimitus arun
dine crines.

T riste petis munus: quis enim sua prœlia, uictus

C omnemorare uelit? referã tamen ordine: nec tam

T urpe fuit uincã: quàm contendisse decorum est:

M agnaq; dat nobis tantus solatia uictor.

N omine siqua suo tandem peruenit ad aures

D eianira tuas: quondam pulcherrima uirgo,

M ultorumq; fuit spes inuidiosa procorum.

C um quibus ut socii domus est intrata petiti:

A ccipe me generum dixi Parthaone nate.

D ixit & Alcides, alij cessere duobus.

I lle Iouem socerum dare se, famamq; laborum,

E t superata suã referebat iussa nouerca.

C ontra ego turpe deum mortali cedere dixi:

(Non dum erat ille deus) dominũ me cernis aquarũ

C ursibus obliquis inter tua regna fluentem.

N ec gener externis hospes tibi missus ab oris,

S ed popularis ero, & rerum pars una tuarum.

T antum ne noceat, quod me nec regia Iuno

O dit: & omnis abest iussorum pœna laborum.

N am quod te iactas Alcmena matre creatum:

I uppiter aut falsus pater est: aut crimine uerus.

Matris adulterio patrem petis. elige, fictum
Esse ioueni malis: ante per dedecus ortum.
Talia dicentem iandudum lumine toruo
Spectat: & accensæ non fortiter imperat iræ:
Verbaq; tot reddit. melior mihi dextera lingua:
Dummodo pugnando superem: tu uince loquendo.
Congrediturq; ferox. puduit modo magna locutum
Cedere: reieci uiridem de corpore uestem:
Brachiaq; opposui: tenuiq; à pectore uaras
In statione manus: & pugnae membra parauit.
Ille cauis hausto spargit me puluere palmis:
Inq; uicem fuluæ tactu flauescit arena.
Et modo ceruicem, modo crura micantia, captat:
Aut captare putes: omniq; à parte lacessit.
Me mea defendit grauitas: frustra q; petebar.
Haud secus ac moles, quã magno murmure fluctus
Oppugnant: manet illa: suoq; est pondere uita.
Digredimur paulum: rursusq; ad bella coimus:
Inq; gradu stetimus certi non cedere: eratq;
Cum pede pes iunctus: totoq; ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem, fronte premebam.
Non aliter uidi fortes concurrere tauros:
Cum precium pugnae toto nitidissima saltu
Expetitur coniux. spectant armenta: pauentq;
Nescia quem maneat tanti uictoria regni.
Ter sine profectu uoluit nitentia contra
Reicere Alcides à se mea pectora: quarto
Excutit amplexus: adductaq; brachia soluit.
Impulsuq; manu (certum est mihi uera fateri)
Rotinus auertit: tergoq; onerosus inhæsit.

Si qua fides (neq; enim ficta mihi gloria uoce
 Queritur) imposito pressus mihi monte uidebar.
 Vix tamen inscruui sudore fluentia multo
 Rachia: mix solui duros à corpore nexus.
 Instat anhelanti: prohibetq; resionere uires:
 Et ceruice mea potitur. tum deniq; tellus
 Pressa gemi nostro est: & arenas ore nomordi.
 Inferior uirtute, meas diuertor ad artes.
 Laborq; uiro, longum formatus in anguem.
 Qui postquam flexos sinuauit corpus in orbés:
 Cumq; fero manū linguam stridore bisulcam:
 Risit, & illudens nostras Tirynthius artes,
 Cunarum labor est angues superare mearum,
 Dixit: & ut uincas alios Acheloëdracones:
 Pars quota Lernæ serpens eris unus Echidna.
 Vulneribus fœcunda suis erat illa: nec ullum
 De centum numero caput est impunerecissum:
 Quin gemino ceruix hærede ualentior esset.
 Hanc ego ramosam natis è cæde colubris,
 Crescentemq; malo donui: domitamq; reduxi.
 Quid fore te credis? falsum qui uersus in anguem
 Arma aliena moues? quem forma precaria calat.
 Dixerat: & summo digitorum uincula collo
 Inicit: angebar ceu guttura forcipe pressus:
 Pollicibusq; meas pugnabam euellere fauces.
 Sic quoq; denicto, restabat tertia tauri
 Forma trucis. tauro mutatus membra, rebello.
 Induit ille toris à læua parte lacertos:
 Admissumq; trahens sequitur: depressaq; dura
 Cornua figit humo: meq; alta sternit arena.

METAMOR.

Nec satis hoc fuerat: rigidum fera dextera cornu
Dum tenet, infregit: truncaq; à fronte reuellit.
Nades hoc pomis, & odoro flore repletum
Sacrarunt: diuesq; meo bona copia cornu est.
Dixerat: & nymphe ritu succincta Dianæ
Vna ministrarum fuis utrinq; capillis
Incessit: tonumq; tulit prædiuite cornu
Autumnum, & mensas felicia poma secundas.
Lux subit: & primo ferente cacumina sole
Discidunt iuuenes: neq; enim dum flumina pacem
Et placidos habeant lapsus, totaq; residant,
Opperiuntur, aquæ uultus Achelous agrestes,
Et lacerum cornu medijs caput abdidit undis.
Hunc tantum ablati donuit iactura decoris:
Cætera sospes habet: capitis quoq; fronde saligna,
Aut superimposita calatur arundine damnum.
At te Nesse ferox eiusdem uirginis ardor
Perdiderat uolucris traiectum terga sagitta.
Nanq; noua repetens patrios cum coniuge muros,
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas.
Vberior solito, nymbis hyemalibus auctus,
Vorticibusq; frequens erat, atq; imperuius amnis.
Intrepidum pro se, curam de coniuge agentem,
Nessus adit membrisq; ualens, scitusq; uadorum:
Officioq; meo ripa sistetur in illa
Hæc ait Alcide: tu uiribus utere nando,
Tradidit Aonijs pavidam Calydonida Nesso,
Pallentemq; metu, fluuiumq; ipsumq; timentem.
Mox ut erat pharetraq; grauis, spolioq; leonis:
 (Nam clauam, et curuos trans ripam miserat arcus)
Quandoquidem

Quandoquidem cœpi, superentur flumina (dixit)
 Nec dubitat: nec qua sit clementissimus amnis
 Querit: & obsequio deferri spernit aquarum.
 Iamq; tenens ripam missos cum tolleret arcus
 Coniugis a nouit uocem: Nessoq; paranti
 Fallere depositum, quò te fiducia clamat
 Vana pedum uiolente rapit? tibi Nesse biformis
 Dicimus: exaudi: nec res intercipe nostras.
 Si te nulla mei reuerentia mouit: at orbes
 Concubitus ueritos, poterant inhibere paterni.
 Haud tamen effugies: quamuis ope fidis equina.
 Vulnere non pedibus te consequar. ultima dicta
 Re probat: & missa fugientia terga sagitta
 Traiicit. extabat ferrum de pectore aduincum.
 Quod simul euulsam est: sanguis p utrumq; forame
 Emicuit mistus lernæi tabe ueneri.
 Excipit hunc Nessus: neq; enim moriemur inulti,
 Secum ait: & calido uelamina tincta cruore
 Dat munus raptæ, uelut irritamen amoris.
 Longa fuit mediij mora temporis: actaq; magna
 Herculis implerant terras, odiumq; noueræ.
 Victor ab Oechalia Cæneo sacra parabat
 Vota Ioni: cum fama loquax precessit lad aures
 Dianira uas: quæ ueris addere falsa
 Gaudet: & è minima sua per mendacia crescit:
 Amphitryoniaden Ioles ardore teneri.
 Credit amans: uenerisq; nouæ perterrita fama
 Indulsit primo lachrymis: flendoq; dolorem
 Diffudit miseranda suum. mox deinde, qd autem
 Lemus ait? pellex lachrymis lætabitur istis.

Ouid. Meta.

P

METAMOR.

Quæ quoniã adueniet, properãdũ, aliqdq; nouãdũ
 Dum licet: & thalamos nõ dũ tenet altera nostros.
 Conquerar? an fileã? repetam Calydonã? morer' ne?
 Excedam testis, an sic nihil amplius obstem?
 Quid si me Meleagretuam memor esse sorororem
 Forte paro facinus quantumq; iniuria possit,
 Femineusq; dolor, iugulata pellice testor?
 In cursus animus uarios abit. omnibus illis
 Prætulit imbutam Nessæo sanguine uestem
 Mittere: quæ uires defecto reddat amori:
 Ignaroq; Lychæ quid tradat nescia, luctus
 Ipsa suos tradit: blandisq; miserrima uerbis
 Dona det illa uiro, mandat. capit inscius Heros:
 Induiturq; humeris lernææ uirus Echidnæ.
 Thura dabat primis, & uerba precantia flammis:
 Vineaq; marmoreas patera fundebat in aras:
 Incaluit uis illa mali: resolutaq; flammis
 Herculeos abiit late diffusa per artus.
 Dum potuit, solita gemitum uirtute repressit.
 Victa malis postq; est patientia: reppulit aras:
 Impleuitq; suis nemorosam uocibus Oeten:
 Nec mora, lætifera conatur scindere uestem.
 Qua trahitur, trahit illa cutem (scædumq; relatu)
 Aut hæret membris frustra tentata reuelli:
 Aut laceros artus, & grandia detegit ossa.
 Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens
 In læta lacu, stridet: coquiturq; ardente ueneno.
 Nec modus est: sorbent auidæ præcordia flammæ:
 Cæruleusq; fluit toto de corpore sudor:
 Ambusti q; sonant nerui: cæcãq; medullis

Fabe liquefactis, tollens ad sydera palmas
Cladibus (exclamat) Saturnia pascere nostris:
Pascere: & hanc pestem specta crudelis ab alto:
Corq; ferum satia: uel, si miserandus & hosti:
 (Hostis enim tibi sum) diris cruciatibus agram,
Inuisamq; animam, natamq; laboribus, aufer.
 Mors mihi munus erit: decet hæc dare dona nouercæ
Ergo ego scædantem peregrino templa cruore
Busirim donui? sæuoq; alimenta parentis
Antæo eripui? nec me pastoris Hiberi
Formatriplex, nec forma triplex tua Cerbere mouit.
Vos ne manus ualidi pressistis cornua tauri?
Vestrū opus Elis habet, uestrū Stymphalides undæ,
Partheniumq; nemus: uestra uirtute relatus
Thermodontiaco calatus Baltheus auro,
Pomaq; ab insomni male custodita dracone.
Nec mihi Centauri potuere resistere: nec mi
Arcadiæ uastator aper: nec profuit Hydræ
Crescere per damnatum: geminasq; resumere uires.
Quid? cū Thracis equos humano sanguine pingues
Plenaq; corporibus laceris præsepia uidi?
Visaq; deiecti? dominumq; , ipsosq; peremū?
His elisa iacet moles Nemeæa lacertis.
His cacus horrendum Tyberino gurgite monstrum
Hac cœlum ceruice tuli. defessa iubendo est
Sæua Iouis comiux: ego sum indefessus agendo.
Sed noua pestis adest: cui nec uirtute resisti,
Nec telis, armisq; potest: pulmonibus errat
Ignis edax imis: perq; omneis pascitur artus.
At ualet Eurystheus: & sunt qui credere possint

Herculis effigies: nec quicquam ab imagine ductū
Matris habet: tantumq; Iouis uestigia seruat.
Vtq; nouus serpens posita cum pelle senecta,
Luxuriare solet: squamaq; nitere recentē:
Sic ubi mortales Tirynthius exiit artus:
Parte sui melioremiget: maiorq; uideri
Cœpit: & angusta fieri grauitate uerendus.
Quem pater omnipotens inter caua nubila raptum
Quadrifugo curru radiantibus inuulit astris.
Sensit Atlas pondus neq; adhuc Stheneleius iras
Solnerat Eurystheus: odiumq; in prole paternum
Exercebat atrox. at longis anxia curis
Argolis Alcmena questus ubi ponat aniles:
Cui referat nati testatos orbe labores:
Cui ue suos casus, Iolen habet. Hercules illam
Imperio, thalamoq; animoq; receperat Hyllus:
Impleratq; uterum generoso semine: cum sic
Incipit Alcmena faueant tibi numina saltem:
Corripiantq; moras tunc, cum matura uocabis
Propositam timidis parientibus Ilithyiam.
Quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit.
Nanq; laboriferi cum iam natalis adesset
Herculis: & decimum premeretur sydere signum:
Tendebat grauitas uterum mihi: quodq; ferebam
Tantum erat: ut posses auctorem dicere tanti
Ponderis esse Iouem: nec iam tolerare labores
Vlterius poteram: quin nunc quoq; frigidus artus,
Dū loquor, horror hēt: parsq; ē meminisse doloris.
Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,
Fessa malis, tendensq; ad cœlum brachia, magno

L ucinam ad nexos partus clamore uocabam.
 I lla quidem uenit: sed præcorrupta, meumq;
 Quæ donare caput Iunoni uellet iniquæ:
 V tq; meos audit gemitus: subsedit in illa
 A nte fores ara: dextroq; est poplite lauum
 P ressa genu: digitisq; inter se pectine iunctis
 S ustinuit partus. tacita quoq; carmina uoce
 D ixit: & inceptos tenuerunt carmina partus.
 N itor: & ingrato facio conuicia demens
 V ana Ioui: cupioq; mori: moturaq; duos
 V erba queror silices. matres Cadmeides adsunt:
 V otaq; suscipiunt: exhortanturq; dolentem.
 V na ministrarum media de plebe Galanthis
 F laua comas aderat, faciendis strenua iussis,
 O fficijs dilecta suis. ea sensit iniqua
 N escio quid Iunone geri: dumq; exit, & intrat
 S æpe fores: diuam residentem uidit in ara:
 B rachiaq; in genibus digitis connexa tenentem.
 E t quæcumq; es ait, dominae gratare: leuata est
 A rgolis Alcмене: poniturq; puerpera uoto.
 E xilijs iunctasq; manus paucis remisit
 D iua potens uteri: uinclis leuor ipsa remissis.
 N umine deceptoris Galanthida fama est.
 R identem, prensamq; ipsis dea saua capillis
 T raxit: & è terra corpus releuare uolentem
 A rcuit inq; pedes mutauit brachia primos
 S trenuitas antiqua manet: nec terga colorem
 A misere suum: forma est diuersa priori.
 Quæ quia mendaci patientem iuuerat ore:
 O re parit: nostrasq; domos, ut & ante, frequentat.

METAMOR.

Dixit: & admonitu ueteris commota ministræ
Ingenuit. quam sic nurus est affata dolentem
Te tamen ò genitrix. aliena à sanguine uestro
Rapta mouet facies: quid? si tibi mira sororis
Fata me referam? quanquā, lachrymæq; dolorq;
Impediunt: prohibentq; loqui. fuit unica matri
 (Me pater ex alia genuit) notissima forma
Oechalidum Dryope: quam uirginitate carentem
Vimq; dei passam delphos, delonq; tenentis
Excipit Andræmon: & habet in coniuge felix.
Est lacus accliuus deuexo margine, formam
Littoris efficiens, summum myrteta coronant.
Venerat huc Dryope fatorum nescia, quoq;
Indignere magis, nymphis latura coronas:
Inq; sinu puerum, qui non dum impleuerat annū,
Dulce ferebat onus: tepidiq; ope lactis alebat.
Haud procul à stagno tyrios imitata colores,
In spem baccarum florebat aquatica Lotos.
Carpserat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret flores: & idem factura uidebar:
 (Nanq; aderam) uidi guttas è flore cruentas
Decidere: & tremuloramos horrore moueri.
Scilicet ut referunt tardi nunc deniq; agrestes,
Lotis in hanc nymphe fugiens obscena Priapi
Contulerat uersos seruato nomine uulnus.
Nescierat soror hoc: quæ cum perterrita retro
Iret: & orans uellet discedere nymphis:
Hæserunt radice pedes. conuellerè pugnat:
Nec quicquā nisi summa mouet: succrescit ab imo:
Totaq; paulatim lentus premit inquina cortex.

Vt uidit: conata manu laniare capillos
 Fronde manuum impleuit: frondes caput oë tegebāt
 At puer Amphifus (nanq; hoc annus Eurytus illi
 Adiderat nomen) materna rigescere sensit
 Vbera: nec sequitur ducentem lacteus humor.
 Spectatrix aderam facti crudelis: opemq;
 Non poteram tibi ferre soror: quantumq; ualebam
 Crescentem truncum, ramosq; amplexa, morabar:
 Et fateor, uolui sub eodem cortice condi.
 Ecce uir Andraemon, genitorq; miserrimus, adsunt:
 Et querunt Dryopen: Dryopen querentibus illis
 Ostendi Loton. tepido dant oscula ligno:
 Affusiq; suæ radicibus arboris hærent.
 Nil, nisi iam faciem, quod non foret arbor, habebas,
 Cara soror: lachrymæ miscro de corpore factis
 Irrorant folijs: & dum licet: oraq; præstant
 Vocis iter: tales effundit in aera questus.
 Siqua fides miseris, hoc me per numina iuro
 Non meruisse nefas: patior sine crimine pœnam.
 Viximus innocuæ: si mentior: arida perdam,
 Quas habeo frondes: & cæsa securibus, urar.
 Hunc tamen infantem maternis demite ramis:
 Et date nutrici: nostraq; sub arbore sæpe
 Lac facitote bibat: nostraq; sub arbore ludat.
 Cumq; loqui poterit, matrem facitote salutet:
 Et tristis dicat, latet hoc in stipite mater:
 Sæta tamen timeat: nec carpatur ab arbore flores:
 Et frutices omnes corpus putet esse dearum.
 Care uale coniux, & tu germana, paterq;
 Qui siqua est pietas, ab acutæ uulnere falcis,

A pecoris morsu, frondes defendite nostras.
Et quoniam mihi fas ad uos incumbere non est:
Erigite huc artus: & ad oscula nostra uenite:
Dum tangi possim: paruumq; attollite natum.
Plura loqui nequeo: nam iam per candida mollis
Colla liber serpit: summoq; cacumine condor.
Ex oculis remouete manus: sine munere uestro
Contegat inductus marientia lumina cortex.
Desierant simul ora loqui: simul esse: diuq;
Corpore mutato rami caluererecentes.
Dumq; refert Iole factum mirabile: dumq;
Eurytidos lachrymas admoto pollice siccant
Alcмене: flet & ipsa tamen: compescuit omnem
Res noua tristitiam: nam limine constitit alto.
Penè puer, dubiaq; tegens lanugine malas,
Ora reformatus primos Iolaus in annos.
Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe
Victa uiri precibus, quæ cum iurare pararet
Dona tributuram post hunc se talia nulli:
Non est passa Themis: nam iam discordia Thebæ
Bella mouent dixit: Capanensq; nisi ab Ioue uincti
Haud poterit: fientq; pares in uulnere fratres:
Subducta q; suos manes tellure uidebit
Viuus adhuc uates: ulnisq; parente parentem
Natus erit facto pius & sceleratus eodem:
Attonitusq; malis, exul mentisq;, domusq;
Vulnibus Eumenidum, matrisq; agitabitur umbris
Donec eum coniux fatale poposcerit aurum:
Cognatumq; laus Phegeius hauserit ensis:
Tum denuum magno petet hoc Acheloia supplex

Ab Ioue Callirhoe natis infantibus annos
 Ad dat: ne ue necem sinat esse ultoris inultam
 Iuppiter his motus priuignae dona nurusq;
 Praecipiet: facietq; uiros impubibus annis.
 Haec ubi fatiano uenturi praescia dixit
 Ore Themis: uario superi sermone fremebant:
 Et cur non alijs eadem dare dona liceret,
 Murmur erat: queritur ueteres Pallantias annos
 Coniugis esse sui: queritur canescere matrem
 Iasiona Ceres: repetitum Mulciber auum
 Poscit Erichthomio: Venerem quoq; cura futuri
 Tangit: Et Anchisae renouare paciscitur annos.
 Cui studeat deus omnis habet: crescitq; fauore
 Turbida seditio: donec sua Iuppiter ora
 Soluit: Et o nostri si qua est reuerentia, dixit,
 Quod ruitis? tantum ne aliquis sibi posse uideatur
 Fata quoq; ut superet? satis solaus in annos,
 Quos egit, redyt: satis iuuenescere debent
 Callirhoe geniti, non ambitione: nec armis,
 Vos etiam, quoq; hoc animo meliore feratis,
 Me quoq; fata regunt: quae si mutare ualerem:
 Nec nostrum feri curuarent Aeacon anni:
 Perpetuumq; cui florem Rhadamanthus heret,
 Cum Minoe meo: qui propter amara senectae
 Pondera despicitur: nec quo prius, ordine regnat.
 Ista Iouis mouere deos: nec sustinet ullus,
 Cum uideat fessos Rhadamanthon, et Aeacon annis
 Et Minoa: queri qui dum fuit integer aui,
 Terruerat magnas ipso quoq; nomine gentes.
 Tunc erat inualidus: Deionidenq; iuuentae

METAMOR.

Robore Miletum, Phœboq; parente superbissima
Pertimuit: credensq; suis insurgereregnis
Haud tamen est patrijs arcere penatibus ausus.
S ponte fugis Milete ma: celeri q; carina
Aegeas metiris aquas: Et in Aside terra
Mœnia constituis, positoris habentia nomen.
Hic tibi, dum sequitur patriæ curuamina ripa
Filia Mœandri toties redeuntis eodem
Cognita Cyaneæ præstanti corpore nympha
Byblida cum Caimo prolem est enixa gemellam
Byblis in exemplo est, ut ament concessa puella.
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris
Non soror, ut fratrem, nec quæ debebat, amabat.
Illa quidem primo nullos intelligit ignes:
Nec peccare putat: q; sæpius oscula iungat:
Quod sua fraterno circumdet brachia collo:
Mendaci q; diu pietatis fallitur umbra.
Paulatim declinat amor: uisura q; fratrem
Culta uenit: nimium q; cupit formosa uideri:
Et si qua est illic formosior, inuidet illi.
Sed non dum manifesta sibi est: nullum q; sub illo
Igne facit uotum: ueruntamen æstuat intus.
Iam dominum appellat: iã nomina sanguinis odit
Byblida iam mauult, quàm se uocet ille sororem.
Spes tamen obscenas animo dimittere non est
Ausa suo uigilans: placida resoluta quiete
Sæpe uidet, quod amat. uisa est quoq; iungere fratri
Corpus: Et erubuit, quamuis sopita iaceret.
Somnus abit: silet illa diu: repetit q; quietis
Ipsa suæ speciem: dubia q; ita mente profana.

Me miseram, tacita quid uult sibi noctis imago?
 Quam nolim, rata sit: cur hæc ego somnia uidi?
 Ille quidem est oculis, quamuis formosus, iniquis:
 Et placet, & possim, si non sit frater, amare:
 Et me dignus erat: uerum nocet esse sororem.
 Dummodo tale nihil uigilans committere tentem:
 Sæpe licet simili redeat sub imagine somnus.
 Testis abest somno: nec abest imitata uoluptas.
 Prò Venus, & tenera uolucer cum matre Cupido
 Gaudia quanta ueli? quàm me manifesta libido
 Contigit? ut iacui totis resoluta medullis?
 Ut meminisse iuuat? quamuis breuis illa uoluptas,
 Noxq; fuit præceps, & cæptis inuida nostris.
 O ego, si liceat mutato nomine iungi:
 Quàm bene Canne tuo poteram nurus esse parenti:
 Quàm bene Canne meo poteras gener esse parenti.
 Omnia Di facerent essent communia nobis,
 Præter auos: tu me uellem generosior esses.
 Nescio quam facies igitur pulcherrime matrem:
 Et mihi, quæ male sum quos tu sortita parentes:
 Nil nisi frater eris: quod obest, id habebimus unum.
 Quid mihi significant ergo me auisa? quod autem
 Somnia pòdus habet? an habet et somnia pòdus?
 Dimelius. Di nempe suas habuere sorores.
 Sic Saturnus Opim iunctam sibi sanguine duxit,
 Oceanus Tethyn, Iunonem rector Olympi.
 Sunt superis sua iura: quid ad cælestiarum
 Exigere humanos, diuersaq; fœdera tento?
 Aut nostro uetitus de corde fugabitur ardor:
 Aut, hoc si nequeo, peream precor ipsa: toroq;

METAMOR.

Mortua componar: positaq; det oscula frater.
Et tamen arbitrium quærit res ista duorum:
Finge placere mihi: scelus esse uidebitur illi.
At non Aeolidae thalamos timuere sororum.
Vnde sed hos noui? cur hæc exempla paravi?
Quò feror? obscenæ procul hinc discedite flamma:
Nec nisi qua fas est germanæ, frater ametur.
Si tamen ipse mei captus prior esset amore:
Forsitan illius possem indulgere furori.
Ergo ego, quæ fueram non reiectura petentem,
Ipsa petam? poteris ne loqui? poteris ne fateri?
Coget amor: potero: uel, si pudor ora tenebit:
Littera calatos arcana fatebitur ignes.
Hoc placet: hæc dubiam micat sententia mentem.
In latus erigitur: cubitoq; innixa sinistro
Viderit, insanos (inquit) fateamur amores.
Hei mihi quò labor? quem mens mea concipit igne?
Et meditata manu componit uerba trementi.
Dextra tenet ferrum: uacuam tenet altera ceram.
Incipit: & dubitat: scribit: damnatq; tabellas:
Et notat: & delet: mutat culpataq; probatq;:
Inq; uicem sumptas ponit: positasq; resumit.
Quid uelit ignorat: quicquid factura uidetur,
Displicet: in uultu est audacia mista pudori.
Scripta soror fuerat: uisum est delere sororem:
Verbaq; correptis incidere talia ceris.
Quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem,
Hanc tibi mittit amans: pudet ah, pudet edere nomē
Et siquid cupiam, quæris, sine nomine uellem
Posset agi mea causa meo: nec cognita Byblis

Ante forem: quàm spes uotorum certa fuisset.
 Esse quidem læsi poterat tibi pectoris index,
 Et color, & macies, & uultus, & humida sæpe
 Lumina, nec causa suspiria mota patenti,
 Et crebri amplexus, & quæ si forte notasti,
 Oscula sentiri non esse sororia possent.
 Ipsa tamen, quamuis animi graue uulnus habebat:
 Quamuis intus erat furor igneus: omnia feci,
 (Sunt mihi di testes) ut tandem sanior essem:
 Pugnariq; diu uiolenta cupidinis arma
 Effugere infelix: & plus, quàm ferre puellam
 Posse putes, ego dura tuli: superata fateri.
 Cogor: opemq; tuam timidis exposcere uotis.
 Tu seruare potes, tu perdere solus amantem.
 Elige utrum facias. non hoc inimica precatur:
 Sed quæ cum tibi sit iunctissima: iunctior esse
 Expetit: & uinclo tecum propiore ligari.
 Iura senes norint: & quid, liceatq; nefasq;
 Fasq; sit, inquirant: legumq; examina seruent.
 Conueniens uenus est annis temeraria nostris:
 Quid liceat nescimus adhuc: & cuncta licere
 Credimus: et sequimur magnorum exempla deorum.
 Nec nos aut durus pater, aut reuerentia famæ,
 Aut timor impediēt. tantum sit causa timendi.
 Dulcia fraterno sub nomine farta tegemus.
 Est mihi libertas tecum secreta loquendi:
 Et damus amplexus: & iungimus oscula corâ.
 Quantum est quod desit? miserere fatentis amorem,
 Et non fassuræ nisi cogeret ultimus ardor:
 Nè uerere meo subscribi causa sepulchro.

METAMOR.

Talia nequicquam properantem plena reliquit
Cera manū: summoq; in margine uersus adhaesit.
Procinus impressa signat sua crimina genima:
Quam tinxit lachrymis (linguae defecerat humor)
De q; suis unum famulis pudibunda uocauit:
Et paulum blandita, feras fidissima nostro
Dixit, & adiecit (longo post tempore) fratri.
Cum daret, elapsae manibus cecidere tabellae.
Omine turbata est: misit tamen. apta minister
Tempora nactus adit: traditq; latentia uerba.
Atttonitus subita iuuenis Mæandrius ira
Proicit acceptas, lecta sibi parte, tabellas:
Vixq; manus retinens trepidantis ab ore ministri,
Dum licet, ó uetitæ scelerate libidinis author
Effuge, ait: qui, si nostrum tua fata pudorem
Non traherent tecum: penas mihi morte dedisses.
Ille fugit pauidus: dominaeq; ferocia Cauni
Dicta refert. palles audita Bybli repulsa:
Et pauet obsessum glaciali frigore corpus.
Mens tamen ut redyt, pariter rediere furores:
Linguaq; uix tales icco dedit aëre uoces.
Et merito: quid enim temeraria uulneris huius
Indicium feci? quid? quæ celandæ fuerunt,
Tam cito commisi properatis uerba tabellis?
Ante erat ambiguus animi sententia dictis
Pretentanda mihi. ne non sequeretur euntem:
Parte, aliqua, ueli qualis foret aura, notare
Debueram: tutoq; mari decurrere: quæ nunc
Non exploratis impleri lintea uentis.
Nunc feror in scopulos igitur subuersaq; toto
Obruo

Obruo oceano: nec habent mea uela recursus.
 Quid? & ominibus certis prohibebar, amori
 Indulgere meo: tunc, cum mihi ferre iubenti
 Excidit: & fecit spes nostras cera caducas.
 Nonne uel illa dies fuerat? uel tota uoluptas?
 Sed potius mutanda dies? deus ipse monebat:
 Signaq; certa dabat: si non male sana fuisset.
 Et tamen ipsa loqui, nec me committere ceræ
 Debueram: præsensq; meos aperire furores.
 Vidisset lachrymas: uulnū uidisset amantis:
 Plura loqui poteram, quàm quæ capere tabellæ,
 Inuito potui circumdare brachia collo:
 Et si reijcerer, potui moritura uideri:
 Amplectiq; pedes: affusaq; poscere uitam.
 Omnia fecissem: quorum si singula duram
 Flectere non poterant, potuissent omnia mentem.
 Forsitan & missi sit quædam culpa ministri:
 Non adijt caute: non legit idonea (credo)
 Tempora: nec petijt horamq;, aninumq;, uacantē.
 Hæc nocuere mihi. neq; enim de tigride natus,
 Nec rigidos silices, solidum'ue in pectore ferrum
 Aut adamanta gerit: nec lac bibit ille læna.
 Vintetur: repetendus erit: nec tædia cœpti
 Vlla mei capiam: dum spiritus iste manebit.
 Nam primum, si facta mihi reuocare liceret:
 Non cœpisse fuit: cœptum expugnare, secundū est.
 Quippe nec ille potest (ut iam mea uota relinquam)
 Non tamen ausorum semper memor esse meorum.
 Et quia desierim, leuiter uoluisse uidebor:
 Aut etiam tentasse illum: insidijsq; petisse.

Ouid. Meta.

9

METAMOR.

Vel certe non hoc, qui plurimus urget, & urit,
Pectora nostra deo, sed uicta libidine, credar.
Deniq; iam nequeo nil commississe nefandum:
Et scripsi: & petij: temerata est nostra uoluntas.
Vt nihil adijciam: non possum innoxia dici.
Quod superest, multum est in uota, in crimina parum
Dixit: & incertæ tanta est discordia mentis:
Cum pigeat tentasse, libet tentare: modumq;
Exit: & infelix committit sæpe repelli.
Mox ubi finis abest: patriam fugit ille, nefasq;
Inq; peregrina ponit noua mœnia terra.
Tum uero mœstam tota Miletida mente
Defecisse ferunt: tum uero à pectore uestem
Diripuit: planxitq; suos furibunda lacertos.
Iamq; palàm est demens: inconcessamq; fatent
Spem ueneris: siquidem patriam, inuisosq; penates
Deserit: & profugi sequitur uestigia fratris.
Vtq; tuo motæ proles semeleia thyrsò
Ismariæ celebrant repenita triennia Bacchæ:
Byblida non aliter latos ululasse per agros
Bubasides uidere nurus, quibus illa relictis
Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamq; pererrat.
Ià Cragò, et Lymiren, Xàthiq; reliquerat undas:
Quoq; chimæra iugo medijs in partibus, ignem,
Pectus, & ora leæ caudam serpentis habebat.
Deficiunt syluæ: cum tu lassata sequendo
Concidiis: & dura positis tellure capillis
Bybli iaces: frondesq; tuo premis ore caducas
Sæpe illam nymphæ teneris Lelegeides ulnis
Tollere conantur: sæpe ut medeatur amori

P ræcipiunt: surdæq; adhibent solatia menti.
 M utaiacet, uiridesq; suis tenet unguibus herbas
 B yblis: & humectat lachrymarum gramina riuo.
 N aiadas his uenam, quæ nunquam arefcere posset,
 S upposuisse ferunt: quid enim dare maius habebat?
 P rocinus, ut sccto piceæ de cortice guttæ,
 V i'ue tenax grauida manat tellure bitumen:
 V tq; sub aduentum spirantis lene fauoni
 S oleremollefcit, quæ frigore constiit unda:
 S ic lachrymis consumpta suis Phæbeia Byblis
 V ertitur in fontem: qui nunc quoq; uallibus illis
 N omen habet dominae: nigraq; sub ilice manat.
 F ama noui centum Cretæas forsitan urbes
 I mpleffet monstri: si non miracula nuper
 I phide mutata Crete propiora tulisset.
 P roxima Gnosiaco nam quonda Phæstia regno
 P rogenit tellus ignotum nomine ligdum
 I ngenua de plebe uirum: nec census in illo
 N obilitate sua maior: sed uita, fidesq;
 I nculpata fuit: grauidæ qui coniugis aures
 V ocibus his monuit: cum iam propè partus adesset.
 Quæ uoueam duo sunt: minimo ut releuere dolore,
 V tq; marem parias: onerosior altera fors est:
 E t uires fortuna negat, quod abominor, ergo
 E dita forte tuo fuerit si fœmina partu:
 I unctus mando (pietas ignosce) necetur
 D ixerat: & lachrymis uultum lauere profusis,
 T am qui mandabat, q̄ cui mandata dabantur.
 S ed tamen usq; suum uanis Telethusa maritum
 S ollicitat precibus: ne spem sibi ponat in arcto.

METAMOR.

Certa sua est Ligdo sententia. iamq; ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere uentrem:
Cum medio noctis spatio sub imagine somni
Inachis ante torum pompa comitata sacrorum
Aut stetit: aut uisa est. inerant lunaria fronti
Cornua, cum spicis nitido flauentibus auro,
Et regale decus: cum qua latrator Anubis,
Sanctaq; Bubastis, uariuq; coloribus Apis,
Quiq; premit uocem, digitoq; silentia suadet,
Sistraq; erant: nunquamq; satis quaesitus Osiris,
Plenaq; somniferis serpens peregrina uenenis.
Tum uelut excussam somno, & manifesta uidentē
Sic affata dea est. pars ò Telethusa mearum
Pone graues curas: mandataq; falle mariā:
Nec dubita, cum te partu Lucina leuarit:
Tollere quicquid erit: dea sum auxiliaris: opemq;
Exorataq; fero: nec te coluisse quereris.
Ingratum numen. monuit: thalamoq; recessit.
Læta toro surgit: puras ad sydera supplex
Cressa manus tollens, rata sint sua uisa precatur.
Vt dolor increuit: seq; ipsum pondus in auribus
Expulit: & nata est ignaro fœmina patri:
Iussit ali mater puerum mentita: fidemq;
Res habuit: neq; erat facti nisi conscia nutritrix.
Vota pater soluit: nomenq; imponit amicum:
Iphis auus fuerat. gauisa est nomine mater,
Quod commune foret: nec quenquam falleret illo.
Indecæpta pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri: facies, quam siue puella,
Siuè dares puero, fieret formosus uterq;.

Tertius interea decimo successerat annus:
 Cum pater Iphi tibi flauam despondet Ianthen:
 Inter P hœstiadæ quæ laudatissima formæ
 Dote fuit uirgo, dictæo nata Telestæ.
 Par ætas, par forma fuit: primasq; magistris
 Accipere artes, elementa ætatis ab iisdem.
 Hinc amor amboꝝ tetigit rude pectus: & æquum
 Vultus utriq; dedit: sed erat fiducia dispar.
 Coniugium, pactæq; expectant tempora tædæ:
 Quemq; uirum putat esse, suum fore credit Ianthe:
 Iphis amat, quo posse frui desperat: & auget
 Hoc ipsum flammæ: ardetq; in uirgine uirgo:
 Vixq; tenens lachrymas, q̄s me manet exitus iquit?
 Cognita quàm nulli, quàm prodigiosa, nouæq;
 Cura tenet ueneris? si di mihi parcere uellent:
 Perdere debuerant: si non & perdere uellent.
 Naturale malum saltem, & de more dedissent:
 Nec uaccam uaccæ, nec equas amor. uir equarum.
 Vrit oues aries: sequitur sua fœmina ceruum:
 Sic & aues coëunt: interq; animalia cuncta
 Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.
 Vellem nulla forem. ne non tamen omnia Crète
 Mostra ferat: taurum dilexit filia solis:
 Fœmina nempe marem. mens est furiosior illo:
 Si uerum profitemur, amor. tamen illa secuta est
 Spem ueneris: tamen illa dolis, & imagine uaccæ
 Passa bouem est: & erat qui deciperetur, adulter.
 Huc licet ex toto solertia confluat orbe:
 Ipse licet reuolet ceratis Dædalus alis:
 Quid faciet? num me puerum de uirgine doctis

METAMOR.

A rribus efficiet? num te mutabit Ianche?
Quin animum firmas? teq; ipsa recolligis Iphi?
C onsilijq; inopes, & stultos excutis ignes?
Quid sis nata uide: nisi te quoq; decipis ipsam:
E t pete quod fas est: & ama, quod scemina debes.
S pes est quæ capiat: spes est quæ pascat amorem.
Hanc tibi res adimit: non te custodia caro
Arcet ab amplexu, nec tanti cura mariti,
Non patris asperitas: non se negat ipsa roganti:
Nec tamen est potienda tibi: nec (ut omnia fiant.)
Esse potes felix: ut Diq;, hominesq;, laborent.
Nunc quoq; uotorum nulla est pars una meorum:
Diq; mihi faciles, quicquid ualuer, dederunt.
Quodq; ego, uult genitor, uult ipsa, socerq; futurus:
At non uult natura potentior omnibus istis:
Quæ mihi sola nocet. uenit ecce optabile tempus:
Luxq; iugalis adest: & iam mea fiet Ianche:
Nec mihi continget. medijs sitiennis in undis.
Pronuba quid Iuno? qd ad hæc Hymenæe uenit
Sacra? quibus qui ducat abest: ubi nubimus ambæ.
Pressit ab his uocem. nec lenius altera uirgo
Aestuât: utq; celer uenias Hymenæe precatur.
Quod petit hæc, Telethusa timēs mō tēpora differt:
Nunc ficto languore moram trahit: omnia sæpt,
Visaq; causatur. sed iam consumpserat omnem
Materiam ficti: dilataq; tempora tedæ.
Institant: unusq; dies restabat: at illa
Crinalem capiti uitam, nataq; sibiq;
Detrabit: & passis aram complexa capillis,
Isi, Parætonium, Mareoticaq; arua, Pharonq;

Quæ colis: & septem digestum in cornua Nilum:
 Fer precor (inquit) opem: nostroq; medere timori.
 Te dea, te quondam, tuaq; hæc insignia uidi:
 Cuncta q; cognoui sonitum, comitesq;, facesq;
 Sistrorum: memoriq; animo tua iussa notauit.
 Quod uidet hæc lucem: q; non ego punior ipsa:
 Consilium, monitumq; tuum est: miserere duarum:
 Auxilioq; iuua. lachrymæ sunt uerba secutæ.
 Visa dea est mouisse suas (& mouerat) aras:
 Et templi tremuere fores: imitataq; Lunam
 Cornua falsarunt: crepuitq; sonabile Sistrum.
 Non secura quidem, fausto tamen omine læta
 Mater abijt templo: sequitur comes Iphis euntem
 Quàm solita est, maiore gradu nec candor in ore
 Permanet: & uires augentur: & acrior ipse est
 Vultus: & incomptis breuior mensura capillis:
 Plusq; uigoris adest, habuit quàm fœmina: nã, quæ
 Fœmina nuper eras, puer es. date munera templis:
 Nec timida gaudete fide. dant munera templis:
 Addunt & titulum: titulus breue carmen habebat.
 Vota puer soluit, quæ fœmina uouerat Iphis.
 Postera lux radijs latum patefecerat orbem:
 Cum Venus, et Iuno, sociusq; Hymenæus ad ignes
 Conueniunt: potiturq; sua puer Iphis Ianthe.

Argumentum.

O rphens Euridicen repetens subit atria Ditis
A tq; implacatum placat modulamine regnum.
I nq; mares uenereni raptabis coniuge transfert,
E t canit auritis, quas auxerat Atys, in umbris,
I uppiter Iliaden Cyparissum Delius ardet
T eq; Hyacinthe puer. propœtides atq; Cerastræ
I n saxa & tauros, Ebur in uiuenta membra
M yrrha abit in frondes infando crimine notas.
H ippomenes uicta positur Scheneide cursu
I nq; novos uersi mordent noua frena, Leones.
A tq; ut persephone fecit de uirgene Mentham.
S ic functum in florem Cythereia uertit Adonin.

Nde per immensum croceo uelatus
amictu

Æthera digreditur, Ciconumq; Hy-
menæus ad oras

Tendit: & Orphea nequicquam uoce uocatur.
 Affuit ille quidem: sed nec solemnia uerba,
 Nec lætos uultus, nec felix attulit omen.
 Fax quoq; quam tenuit, lachrymoso stridula fumo
 Vsq; fuit: nullosq; inuenit motibus ignes.
 Exitus auspicio grauior, nam nupta per herbas
 Dum noua Naiadum turba comitata uagatur:
 Occidit, in talium serpentis dente recepto.
 Quam satis ad superas postquã Rhodopeius aras
 Defleuit uates: ne non tentaret & umbras:
 Ad styga tanaria est ausus descendere porta:
 Perq; leues populos, simulachraq; functa sepulchro
 Persephonen adiit, inamcenaq; regna tenentem
 Umbrarum dominum: pulsissq; ad carmina neruis,
 Sic ait. o positi sub terra numina mundi,
 In quem recidimus quidquid mortale creamur:
 Si licet: & falsi positis ambagibus oris
 Vera loqui sinitis: non huc ut opaca uiderem
 Tartara, descendi: nec uti uillosa Colubris
 Terna Medusæi uincirem guttura monstri:
 Causa uicæ est coniux: in quam calcata uenenum
 Vipera diffudit: crescentesq; abstulit annos.
 Posse pati uolui: nec me tentasse negabo:

METAMOR.

V iat amor: supera deus hic bene notus in ora est:
A n sit & hic, dubito: sed & hic tamen auguror eē:
F amaq; si ueteris non est mentita rapina:
V os quoq; iunxit amor. p ego hęc loca plena timoris
P er Chaos hoc ingens, uastiq; silentia regni,
E urydices oro properata retexite fata.
O mnia debentur uobis: paulumq; morati.
S erius aut citius sedem properamus ad unam.
T endimus huc omnes: hęc est domus ultima, uosq;
H umani generis longissima regna tenetis.
Hęc quoq; cum iustos matur a peregerit annos:
I uris erit uestri: pro munere poscimus usum.
Q uod si fata negant ueniam pro coniuge: certū est
N olle redire mihi: leto gaudete duorum.
T alia dicentem, neruosq; ad uerba mouentem,
E xanguis flebant animæ: nec Tantalus undam
C aptauit refugam: stupuitq; Ixionis orbis.
N ec carpere iecur uolucres: urnisq; uacarunt
B elides: inq; tuo sedisti Sisyphę saxo.
T unc primum lachrymis uictarū carmine fama est
E umenidum maduisse genas: nec regia coniux
S ustinet oranti, nec qui regit ima, negare:
E urydicensq; uocant. umbras erat illa recentes
I nter: & incessit passu de uulnere tardo.
Hanc simul, & legē Rhodopeius accipit Orpheus:
N e flectat retro sua lumina: donec auernas
E xierit ualles, aut irrita dona futura.
C arpitur accliuis per muta silentia trames
A rdius, obscurus, caligine densus opaca:
N ec procul abfuerant telluris margine summæ.

Hic, ne deficeret metuens, avidusq; uidendi,
 Flectit amans oculos: & protinus illa relapsa est:
 Brachiaq; intendens, prendiq;, et prendere captans
 Nil nisi cedentes infelix arripit auras.
 Iamq; iterum moriens, non est de coniuge quicquam
 Questa suo: quid enim nisi se quereretur amatam?
 Supremumq; uale, quod iam uix auribus ille
 Acciperet: dixit: reuolutaq; rursus eodem est.
 Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus,
 Quam tria qui timidus medio portante cathenas
 Colla canis uidit: quem non pavor ante reliquit,
 Quam natura prior saxo per corpus oborto.
 Quisq; in se traxit crimen: uoluitq; uideri
 Olenus esse nocens, tuq; o confisa figura
 Infelix Lethæa tua, iunctissima quondam
 Pectora nunc lapides, quos humida sustinet Ide.
 Orantem, frustra; iterum transire uolentem
 Portitor arguerat: septem tamen ille diebus
 Squalidus in ripa cereris sine munere sedit:
 Cura, dolorq; animi, lachrymaq; alimenta fuere.
 Esse deos erebi crudeles questus, in altam
 Se recipit rhodopen, pulsamq; aquilonibus æmum.
 Tertius æquoreis inclusum piscibus annum
 Finierat titan: omnemq; refugerat Orpheus
 Femineam uenerem: seu q; male cesserat illi,
 Siue fidem dederat. multas tamen ardor habebat
 Iungere se uati, multæ doluere repulsæ.
 Ille etiam thracum populis fuit auctor amorem
 In teneros transferre mares: citraq; iuuentam
 A etatis breue uer, & primos carpere flores.

METAMOR.

Collis erat, collemq; super planissima campi
Area: quam uiridem faciebant graminis herba.
Vmbra loco deerat: qua postquam parte resedit
Dis genitus uates: & fila sonantia mouit:
Vmbra loco uenit. non Chaonis absfuit arbor,
Non nemus Heliadū, non frondibus Æsculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus,
Et Coryli fragiles, & Fraxinus utilis hastis,
Enodisq; Abies, curuataq; glandibus Ilex,
Et Platanus genialis, Acerq; coloribus impar,
Ammicolæq; simul Salices, & aquatica Lotus,
Perpetuoq; uirens Buxus, tenuesq; Myricæ,
Et bicolor Myrtus, & baccis cærulea Ficus.
Vos quoq; flexipedes Ederæ uenistis, & una
Pampineæ Vites, & amictæ uitibus Vlmi,
Ornique, & Piceæ, pomoq; onerata rubenti
Arbutus, & lentæ uictoris præmia Palmae,
Et succincta comas, hirsutaq; uertice Pinus
Grata deum matri: siquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem: truncoq; induruit illo.
Affuit huic turbæ metas imitata Cupressus,
Nunc arbor, puer ante deo dilectus ab illo:
Qui citharam neruis, & neruis temperat arcum.
Nanq; sacer nymphis Carthea tenentibus arua
Ingens ceruus erat: lateq; patentibus altas
Ipse suo capiti præbebat cornibus umbras:
Cornua fulgebant auro: demissaq; in armos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla super frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur: parilesq; ætate nitebant

Auribus è geminis, circum caua tempora, bacca
Isq; metu uacuus, naturaliq; pauore
Deposito, celebrare domos, mulcendaq; colla
Quamlibet ignotis manibus præbere solebat.
Sed tamen ante alios Cæa pulcherrime gentis
Graues erat Cyparisse tibi: tu pabula ceruum
Ad noua, tu liquidi ducebas fontis ad undas:
Tu modo texebas uarios per cornua flores:
Nunc eques in tergo residens huc lætus, & illuc,
Mollia purpureis frenabas ora capistris.
Aestus erat, mediusq; dies: solisq; uapore
Contana littorei feruebant brachia Cancrî.
Fessus in herbosa posuit sua corpora terra
Ceruus: & arborea frigus ducebat ab umbra.
Hunc puer imprudens iaculo Cyparissus acuto
Fixit: & ut sæuo morientem uulnere uidit:
Velle mori statuit. qua non solatia Phœbus
Dixit? & ut leniter, pro materiaq; doleret
Admonuit. gemit ille tamen: minusq; supremum
Hoc petit à superis: ut tempore lugeat omni.
Iamq; per immensos egesto sanguine fletus,
In uiridem uerticæperunt membra colorem:
Et modo qui niuea pendebant fronte capilli,
Horrida casaries fieri: sumptoq; rigore
Syderum gracili spectare cacumine cœlum.
Ingemuit, tristisq; deus lugebere nobis,
Lugebisq; alios, aderisq; dolentibus, inquit.
Tale nemus uates attraxerat: inq; ferarum
Concilio medius uerba, uolucrumq; sedebat.
Vt satis impulsas tentauit pollice chordas:

METAMOR.

Et sensit uarios, quamuis diuersa sonarent:
Concordare modos: hoc uocem carmine mouit.
Ab Ioue musa parens (cedunt Iouis omnia regno)
Carmina nostra moue: Iouis est mihi sæpe potestas
Dicta: prius cecini plectro grauiore Gigantes,
Sparsaq; Phlegræis uictricia fulmina campis:
Nunc opus est leuiore lyra: puerosq; canamus
Dilectos superis: inconcessisq; puellas
Ignibus attonitas meruisse libidine pœnam.
Rex superum phrygiæ quondam Ganimedis amore
Arsit: & inuentum est aliquid, quod Iuppiter esse,
Quam quod erat, mallet. nulla tamen alite uerti
Dignatur: nisi quæ portat sua fulmina terra.
Nec mora, percusso mendacibus aëre pennis,
Arripit Iliaden: qui nunc quoq; pocula miscet:
Inuitaq; Ioui nectar Iunone ministrat.
Te quoq; Amyclide posuisset in æthere Phœbus:
Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
Qua licet aternus tamen es: quotiesq; repellit
Ver hyemem: pisciq; aries succedit aquoso:
Tu toties oreris: uiridiq; in cespite flores.
Te meus ante omnes genitor dilexit: & orbe
In medio positi caruerunt præside Delphi:
Dum deus Eurotan, immunitamq; frequentat
Sparten: nec citharæ, nec sunt in honore sagittæ.
Immemor ipse sui non retia ferre recusat:
Non tenuisse canes: non per iuga montis iniqui
Ire comes: longaq; alit assuetudine flammæ.
Iamq; ferè medius titan uenientis, & actæ
Noctis erat: spatiumq; pari distabat utrinq;

Corpora ueste leuant: & succo pinguis oliuae
Splendescunt: laetiq; ineunt certamina Disci.
Quem prius aërias libratum Phœbus in auras
Misit: et oppositas disiecit pondere nubes.
Recidit in solidam longo post tempore terram
Pondus: & exhibuit iunctam cum uiribus artem.
Protinus imprudens, actusq; cupidine lusus
Tollere Tanarides orbem properabat: at illum
Dura repercusso subiecit in aëre tellus
In uultus Hyacinte tuos. expalluit aque
Quam puer, ipse deus: collapsosq; excipit artus:
Et modo te resouet: modo tristia uulnera siccant:
Nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.
Nil profunt artes: erat immedicabile uulnus:
Vt si quis uiolas, rignoq; papauera in horto,
Liliaq; infringat fuluis hærentia linguis:
Marcida demittant subito caput illa gramatum:
Nec se sustineant: spectentq; cacumine terram.
Sic uultus moriens iacet: & defecta uigore
Ipsa sibi est oneri ceruix: humeroq; recumbit.
Laberis Oealide prima fraudate iuuenta
Phœbus ait: uideoq; tuum mea crimina uulnus:
Tu dolor es, facinusq; meum: mea dextera, lato
Inscribenda tuo est: ego sum tibi funeris auctor.
Quæ mea culpa tamen? nisi si lusisse, uocari
Culpa potest? nisi culpa potest, & amasse, uocari?
Atq; uitam pro te uitam, tecumq; liceret
Reddere. quod quoniam fatali lege uetatur
Semper eris mecum: memoriq; hærebis in ore.
Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt:

METAMOR.

Flosq; nouus scripto gemitus imitabere nostros.
Tempus & illud erit: quo se fortissimus Heros
Addat in hunc florem: folioq; legatur eodem.
Talia dum uero memorantur Apollinis ore:
Ecce cruor, qui fusus humo signauerat herbas:
Desinit esse cruor: tyrioq; nitentior ostro
Flos oritur: formamq; capit, quam lilia: si non
Purpureus color his, argenteus esset in illis.
Non satis hoc Phœbo est (is. n. fuit auctor honoris)
Ipse suos gemitus folijs inscribit: & ai ai
Flos habet inscriptum: sinestraq; littera ducta est.
Nec genuisse pudet sparten Hyacinthon. honorq;
Durat in hoc æui: celebrandaq; more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.
At si forteroges fœcundam Amathunta metallis,
An genuisse uelit Propœtidas: annuat æque
Atq; illos, gemino quondam quibus aspera cornu
Frons erat: unde etiam nomen traxere cerastra.
Ante fores horum stabat Iouis hospitibus ara
Lugubris sceleris: quam si quis sanguine tinctam
Aduena uidisset: mactatos crederet illic
Lactantes vitulos, amathusiacasq; bidentes:
Hospes erat cæsus. sacris offensa nefandis
Ipse suas urbes, Ophiusiaq; arua parabat
Deserere alma Venus. sed qd loca grata? qd urbes
Peccauere meæ? quod (dixit) crimen in illis?
Exilio pœnam potius gens impia pendat,
Vel nece: uel siquid medium est, mortisq; fugæq;
Idq; quid esse potest: nisi uersæ pœna figura?
Dum dubitat, quo mutet eos: ad cornua uultum
Flexit:

F lexit: & admonita est hac illis posse relinqu:
 G randiaq; in toruos transformat membra iuencos.
 S unt tamen obscena Venere Propetides ausa
 E sse negare deam: pro qua sua numinis ira
 C orpora cum forma primo uulgasse feruntur:
 V t q; pudor cessit: sanguisq; induruit oris:
 I n rigidum paruo silicem discrimine uersa.
 Q uas quia Pygmalion æuvm per crimina agentes
 V iderat: offensus uitijs, quæ plurima menti
 F œminea natura dedit, sine coniuge cœlebs
 V iuebat: thalamiq; diu consorte carebat.
 I nterea niueum mira feliciter arte
 S culpsit ebur: formamq; dedit, qua fœmina nasci
 N ulla potest: operisq; sui concipit amorem.
 V irginis est uere facies: quam uiuere credas:
 E t si non obstat reuerentia, uelle moueri.
 A rs adeo latet: arte sua miratur: & haurit
 P ectore Pygmalion simulati corporis ignes.
 S æpe manus operi tentantes admouet, an sit
 C orpus an illud ebur: nec adhuc ebur esse fatetur.
 O scula dat: reddiq; putat: loquiturq; tenetq;
 E t credit tactis digitos insidere membris:
 E t metuit, pressos ueniat ne liuor in artus.
 E t modo blanditias adhibet: modo grata puellis
 M unera fert illi conchas, teretesq; lapillos,
 E t paruas uolucres, & flores, mille colorum,
 L iliaq; pictasq; pilas, & ab arbore lapsas
 H eliadum lachrymas. ornat quoq; uestibus artus:
 D at digitis gemmas: dat longa monilia collo:
 A ure leues bacca, redimicula pectore pendent.

METAMOR.

Cuncta decent: nec nuda minus formosa uidentur.
Collocat hanc stratis concha sidonide tinctis:
Appellatq; tori sociam acclinataq; colla
Mollibus in plumis, tanquam sensura, reponit.
Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro
Venerat: & blandis induta cornibus, aurum
Conciderant ietæ niuea ceruice iuuenta:
Thuraq; fumabant. cum munere functus ad arab
Constitit: & timide, si Di dare cuncta potestis,
Sit coniux opto, non ausus eburnea uirgo,
Dicere pygmalion, similis mea (dixit) eburnæ.
Sensit, ut ipsa suis aderat Venus aurea festis:
Vota quid illa uelint: & amici numinis omen
Flamma ter accensa est: apicemq; per aëra duxit.
Vt redijt: simulachra sua petit ille puella:
Incumbensq; toro dedit oscula: uisa tepere est.
Admouet os iterum: manibus quoq; pectora tentat:
Tentatum mollescit ebur: positoq; rigore
Subsedit digitis: ceditq;, ut Hymettia sole
Cera remollescit: tractataq; pollice multas
Flectitur in facies: ipsoq; sit utilis usu.
Dum stupet: & dubie gaudet: falliq; ueretur:
Rursus amans, rursusq; manu sua uota retractat.
Corpus erat: saliuunt tentatæ pollice uenæ.
Tum uero Paphius plenissima concipit Heros
Verba: quibus Veneri grates agit: oraq; tandem
Ore suo non falsa premit: dataq; oscula uirgo
Sensit: & erubuit: timidumq; ad lumina lumen
Attollens, pariter cum cælo uidit amantem.
Coniugio, quod fecit, adest dea: iamq; coactis

Cornibus in plenum nouies lunariibus orbem:
 Illa Paphum genuit: de quo tenet insula nomen.
 E ditus hac ille est: qui si sine prole fuisset,
 Inter felices Cinyras potuisset haberi.
 Dira canam: procul hinc nata, procul este parentes:
 Aut mea si uestras mulcebunt carmina mentes:
 Desit in hac mihi parte fides: nec credite factum:
 Vel si credetis: facti quoq; credite pœnam.
 Si tamen admissum fuit hoc natura uideri:
 Gentibus Ismarijs, & nostro gratulor orbi:
 Gratulor huic terræ: quod abest regionibus illis,
 Quæ tantum genere nefas. sit diues amoma
 Cinnamaq; costumq; suum, sudataq; ligno
 Thuraferat, floresq; alios Panchaia tellus:
 Dum ferat et Myrrham: tantæ noua non fuit arbor
 Ipse negat nocuisse tibi sua tela Cupido
 Myrrha: facesq; suas à crimine uindicat isto.
 Sripite te stygio, tumidisq; afflauit Echidnis
 E tribus una soror: scelus est odisse parentem:
 Hic amor est odio, maius scelus. undiq; lecti
 Te cupiunt proceres: totoq; oriente iuuentus,
 Ad thalami certamen adest: ex omnibus unum
 Elige Myrrha uirum: dum ne sit in omnibus unus:
 Illa quidem sentit: fœdoq; repugnat amori:
 Et secum, quò mente feror? quid molior? inquit.
 Di precor, & pietas, sacrataq; iura parentum,
 Hoc prohibete nefas: sceleri q; resistite nostro:
 Si tamen hoc scelus est. sed enim damnare negatur
 Hanc uenerem pietas: cœuuntq; animalia nullo
 Cætera delicto: nec habetur turpe iuuentæ

METAMOR.

Ferre patrem tergo: sit equo sua filia coniux.
Quasq; creauit, init pecudes Caper: ipsaq; cuius
Semine concepta est, ex illo concipit ales.
Felices quibus ista licent, humana malignas
Cura dedit leges: & quod natura remittit,
Inuidia iura negant, gentes tamen esse feruntur.
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Iungitur: & pietas giminato crescit amore.
Me miseram, q; non nasci mihi contigit illic:
Fortunaq; loci lœdor, quid in ista reuoluor?
Spes interdictæ discedite: dignus amari
Ille, sed ut pater est, ergo si filia magni
Non essem Cinyræ: Cinyre concumbere possem?
Nunc quæ iam meus est: non est meus: ipsaq; damno
Est mihi proximitas: aliena potentior essem.
Ire libet procul hinc: patriæq; relinquere fines:
Dum scelus effugiã: retinet malus ardor amantè:
Vt præsens spectem Cinyram: tangamq;: loquarq;
Osculaq; admoneam: si nil conceditur ultra.
Vltra autem sperare aliquid potes impia uirgo?
Et quot confundas, & iura, & nomina sentis?
Tu'ne eris, & matris pellex? & adultera patris?
Tu'ne soror natæ genitrixq; uocabere fratris?
Nec metues atro crinitas angue sorores?
Quas facibus sauis oculos, atq; ora petentes
Noxia corda uident, at tu dum corpore non es
Passa nefas: animo ne concipe: ne ue potentis
Concubitu uetito naturæ pollue fœdus.
Velle puta: res ipsa uetat: pius ille, memorq; est
Moris. & Ouellem similis furor esset in illo.

Dixerat, at Cinyras, quem copia digna procorum
 Quid faciat dubitare, facit: scitatur ab ipsa
 Non omnibus dictis, cuius uelit esse mariti.
 Illa silet primo: patrisq; in uultibus hærens
 Aestuat: & tepido suffundit lumina rore.
 Virginei Cinyras hæc credens esse timoris,
 Flere uetat: siccataq; genas: atq; oscula iungit.
 Myrrha datis nimium gaudet: consultaq; qualem
 Optet habere uirum: similem tibi dixit. at ille
 Non intellectam uocem collaudat: & esto
 Tampia semper, ait. pietatis nomine dicto
 Demisit uultus, sceleris sibi conscia uirgo.
 Noctis erat medium: curasq; & corpora somnus
 Soluerat, at uirgo Cinyreia peruigil igne
 Carpitur indomito: furiosaq; uota retractat:
 Et modo desperat: modo uultu tentare: pudetq;
 Et cupit: & quid agat, non inuenit. utq; securi
 Saucia trabs ingens, ubi plagi nouissima restat:
 Quò cadat in dubio est: omniq; à parte timeur:
 Sic animus uario labefactus uulnere nutat
 Huc leuis, atq; illuc: momentaq; sumit utroq;
 Nec modus, & requies, nisi mors reperitur amoris.
 Mors placet: erigitur: laqueoq; innectere fauces
 Destinat: & Zona summo de poste reuincta
 Care uale Cinyra, causamq; intellige mortis,
 Dixit: & aptabat pallenti uincula collo.
 Murmura uerborum fidas nutricis ad aures
 Peruenisse ferunt, limen seruantis alumna.
 Surgit anus: reseratq; fores: mortisq; parata
 Instrumenta uidens, spatio conclamat eodem:

METAMOR.

S eque ferit, scinditque; sinus: ereptaque; collo
V incula dilaniat. tum denique, flere uetavit,
T um dare complexus: laqueique; requirere causam.
M uta silet uirgo: terramque; immota tuetur:
E t deprensa dolet tarda conamina mortis.
I nstat anus, canosque; suos, & inania nudans
V bera, per cunas, alimentaque; prima precatur,
V t sibi committat quicquid dolet. illa rogantem
A uersata, gemit. terta est exquirere nutrix:
N ec solam spondere fidem. dic (inquit) opemque;
M e sine ferre tibi, non est mea pigra senectus.
S eu furor est: habeo quod carmine sanet, et herbis,
S iue aliquis nocuit, magico lustrabere ritu.
I ra deum siue est, sacris placabimus iram.
Quid rear ulterius? certe fortuna, domusque;
S osses ab incurso est, uiuunt genitrixque; paterque;
M yrrha patre audito, suspiria duxit ab imo
P ectore, nec nutrix etiam num concipit ullum
M ente nefas: aliquemque; tamen presentit amorem,
P ropositi que; tenax, quodcumque; est, orat ut ipsi
I ndicet, & gremio lachrymantem tollit anili,
A tque; ita complectens infirmis membra lacertis,
S ensimus (inquit) amas, & in hoc mea pone timore)
S edulitas erit apta tibi, nec sentiet unquam
H oc pater. Exilijs gremio furibunda, torumque;
O re premens, discede precor, miseroque; pudori
P arce, ait. instanti discede, aut desine, dixit,
Querere quid doleam, scelus est, quod scire laboras.
H orret anus, tremulasque; manus annisque; metuque;
T endit, & ante pedes supplex procumbit alumnæ.

Et modo blanditur, modo si non conscia fiat,
 Terret, & indicium laquei, ceptaq; minatur
 Mortis, & officium commisso spondet amori.
 Extulit illa caput, lachrymisq; implevit obortis
 Pectora nutricis, conataq; saepe fateri,
 Saepe tenet uocem, pudibundaq; uestibus ora
 Texit, & ò, dixit felicem coniuge matrem.
 Haec tenuis, & genuit gelidos nutricis in artus
 Ossaq; (sensit enim) penetrat tremor, albaq; toto
 Vertice canicies rigidis stetit hirta capillis,
 Multaq; ut excuteret diros si posset, amores,
 Addidit. at uirgo scit se non falsa moneri,
 Certa mori tamen est, si non potatur amore.
 Vixit ait haec: potere tuo, non ausa parente
 Dicere, conticuit, promissaq; numine firmat.
 Festa pia Cereris celebrabant annua matres,
 Illa, quibus niuea uelata corpora ueste
 Primitias frugum dant spicca serua suarum,
 Perq; nouem noctes uenerem, tactusq; uiriles
 In uentris numerant turba Cinyreis in illa
 Regis adest coniux, arcanaq; sacra frequentat.
 Ergo legitima uacuis dum coniuge lectus,
 Nacta grauem uino Cinyram male sedula nutrix
 Nomine mentito ueros exponit amores,
 Et faciem laudat. quæsitis uirginis annis,
 Par(a)it) est Myrrha, quã postquã adducere iussa e:
 Vtq; domum redijt, gaude mea (dixit) alumna,
 Vicinus. infelix non toto pectore sentit
 Læntiam uirgo, presagaq; pectora mœrent,
 Sed tamen & gaudet. tanta est discordia mentis.

METAMOR.

Tempus erat, quo cuncta silent: interq; triones
Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.
Ad facinus uenit illa suum fugit aurea caelo
Luna, tegunt nigrae latitantia sidera nubes,
Nox caret igne suo. primus tegis Icare uultus,
Erigoneq; pio sacrata parentis amore.
Ter pedis offerri signo est reuocata: ter omen
Funereus Bubo letali carmine fecit.
It tamen: & tenebrae minuunt, noxq; atra pudore.
Nutricisq; manum leua tenet: altera motu
Caecum iter explorat. thalami iam limina tangit:
Iamq; fores aperit: iam ducitur intus: at illi
Poplite succiduo genua intremuere: fugitq;
Et color, & sanguis: animusq; reliquit euntem.
Quoq; suo propior sceleri est: magis horret: & ausi
Poenitet: & uellet non cognita posse reuerti.
Cunctantem longaeua manu deducit: & alto
Adnotam lecto cum traderet: accipe, dixit:
Ista tua est Cinyra: deuotaq; pectora iunxit.
Accipit obsceno genitor sua viscera lecto:
Virgineosq; metus leuat: hortaturq; timentem.
Forsitan aetatis quoq; nomine, filia dixit:
Dixit & illa, pater: sceleri ne nomina desint.
Plena patris thalamis excedit: & impia diro
Semina fert utero: conceptaq; crimina portat.
Postera nox facinus geminat: nec finis in illa est.
Cum tandem Cinyras auidus cognoscere amanti
Post tot concubitus, illato lumine uidit,
Et scelus, & natam: uerbisq; dolore retentis
Pendentem nitidum uagina diripit ensem.

Myrrha fugit: tenebrisq; & cæca munere noctis
 Intercepta neci est: latosq; uagata per agros
 Palmiferos arabas, panchæaq; rura reliquit:
 Perq; nouem errauit redeuntis cornua Luna:
 Cum tandem terra requieuit fessa Sabæa:
 Vixq; uteri portabat onus. tum nescia uoti,
 Atq; inter mortisq; metus, & tædia uitæ,
 Est tales complexa preces. O' si qua patetis
 Numina confessis, merui: nec triste recuso
 Supplicium: sed ne uiolem, uiuosq; superstes,
 Mortuaq; extinctos: ambobus pellite regnis:
 Mutatæq; mihi nitamq; necemq;, negate.
 Numen confessis aliquod pater: ultima certe
 Vota suos habuere deos: nam crura loquentis
 Terra superuenit: ruptosq; obliqua per ungues
 Porrigitur radix, longi firmamina trunci:
 Ossaq; robur agunt: mediaq; manente medulla
 Sanguis it in succos: in magnos brachia ramos:
 In paruos digiti: duratur cortice pellis.
 Iamq; gramæ crescens uterum præcinxerat arbor:
 Pectoraq; obruerat: collumq; operire parabat:
 Non tulit illa moram: uenientiq; obuia ligno
 Subsedit: mersitq; suos in cortice uultus.
 Quæ quanquam amisit ueteres cum corpore sensus:
 Flet tamen: & tepidæ manant ex arbore guttæ.
 Est honor & lachrymis: stillatq; cortice Myrrha
 Nomen herile tenet: nulloq; tacebitur æuo.
 At male conceptus sub robore creuerat infans:
 Quærebatq; uiam: qua se genitrice relicta
 Exereret. media gravidus timet arbore uenter.

METAMOR.

Tendit onus matrē: neq; habent sua uerba dolores:
Nec Lucina potest parientis uoce uocari.
Nitenti tamen est similis: curnataq; crebros
Dat gemitus arbor: lachrymisq; cadentibus humet.
Constitit ad ramos mitis Lucina dolentes:
Ad mouitq; manus: & uerba puerpera dixit.
Arbor agit rimas: & scisso cortice uiuum
Redit onus: uagritq; puer: quem mollibus herbis,
Naides impositum lachrymis unxere parentis.
Laudaret faciem liuor quoq;: qualia nanq;
Corpora nudorum tabula pinguntur amorum:
Talis erat: sed ne faciat discrimina cultus:
Aut huic adde leues, aut illis deme pharetras.
Labitur occulte, fallitq; uolatilis ætas:
Et nihil est annis uelocius, ille sorore
Natus, amq; suo: qui conditus arbore nuper:
Nuper erat genitus: modo fermosissimus infans:
Iam iuuenis, iam uir, iam se formosior ipso est:
Iam placet & Veneri: matrisq; ulciscitur ignes.
Nanq; pharetratus dum dat puer oscula matri
Inscius extanti distrinxit arundine pectus.
Læsa manu natum dea reppulit. aliis actum
Vulnus erat specie: primoq; sefellerat ipsam.
Capta uiri forma, non iam Cytherei acurat
Littora: non alto reperit Paphon æquore cinctam,
Piscofamq; Cnidon, grauidãq; Amathûta metallis.
Absînet & cælo: cælo præfertur Adonis.
Hunc tenet: huic comes est: assuetaq; semp in umbra
Indulgere sibi formamq; augere colendo,
Per iuga, per syluas, dumosaq; saxa, uagantur

N uda genū, uestem ritū succincta Diana:
 H ortaturq; canes: tutaq; animalia præda
 A ut pronos lepores, aut celsum in cornua ceruum,
 A ut agitat damas: at fortibus abstinet apris:
 R aptoresq; lupos, armatosq; unguibus ursos
 V itat: & armenti saturatos cæde leones.
 T e quoq; ut hos timeas, siquid prodesse monendo
 P osset: A domi monet: fortisq; fugacibus esto
 I nquit: in audaces non est audacia tuta.
 P arce meo iuuenis temerarius esse periclo:
 N e ue feras, quibus arma dedit natura, laceffe:
 S tet mihi ne magno tua gloria. non mouet ætas,
 N ec facies, nec quæ Venerem mouere, Leones,
 S etigerosq; Sues, oculosq; animosq; ferarum.
 F ulmen habent acres in aduuncis dentibus Apri:
 I mpetus est fuluis, & uasta Leonibus ira:
 I nuissumq; mihi genus est. quæ causa roganti,
 D icam ait, & ueteris monstrum mirabere culpa.
 S ed labor insolitus iam me lassauit: & ecce
 O pportuna sua blanditur populus umbra:
 D atq; torum cespes: libet hac requiescere tecum,
 E t requieuit humo: pressitq; & gramen, et ipsum
 I nq; sinu iuuenis posita ceruice recliuis
 S ic ait: ac medijs interserit oscula uerbis.
 F orsitam audieris aliquam certamine cursus
 V eloces superasse uiros: non fabula, rumor
 I lle fuit: superabat enim: nec dicere possis
 L aude pedum, formæ ne bono præstantior esset.
 S citanti deus huic de coniuge, coniuge (dixit)
 N il opus est Atalanta tibi, fuge coniugis usum.

Nec tamen effugies: teq; ipsa uiua carebis.
Territa sorte dei per opacas innuba syluas
Viuat: & instantem turbam uolenta procorum
Conditione fugat: nec sum potienda, nisi (inquit)
Victa prius cursu. pedibus contredite mecum.
Praemia ueloci coniuu, thalamiq; dabuntur:
Mors pretium tardis. ea lex certaminis esto.
Illa quidem immitis: sed tanta potentia formae est:
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sed erat Hippomenes cursus spectator iniqui:
Et petitur cuiquam per tanta pericula coniuu?
Dixerat, ac nimios iuuenum damnarat amores.
Vt faciem, & posito corpus uelamine uidit,
Quale meum, uel quale tuum, si foemina fias:
Obstupuit: tollensq; manus, ignoscite, dixit,
Quos modo culpauit: non dum mihi praemia nota
Quae peteretis, erant. laudando concipit ignes:
Et nequis iuuenum currat uelocius optat:
Inuidiamq; timet. sed cur certaminis huius
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit:
Audentes deus ipse iuuat. dum talia secum
Exigit Hippomenes: passu uolat alite uirgo.
Quae quanquam Scythica non segnus ire sagitta
Aonio uisa est iuueni: tamen ille decoris
Mirator magis est, cursus facit ipse, decorem.
Aura refert ablata citis talaria plantis:
Tergaq; iactantur crines per eburnea, quaeq;
Poplitibus suberant picto genualia limbo:
Inq; puellari corpus candore ruborem
Traxerat, haud aliter, quam cum super atria uelam

Candida purpureū similem dat, & inficit umbrā.
Dum notat hæc hospes: decursa nouissima meta est:
Et tegitur festa uictrix Atalanta corona.
Dant gemitum uicti: penduntq; ex fœdere pœnas.
Non tamen euentu iuuenum deterritus horum
Constitit in medio: uultuq; in uirgine fixo.
Quid facilem titulum superando quæris inertes?
Mecum confer, ait. seu me fortuna potentem
Fecerit: à tanto non indignabere uinci.
Nanq; mihi genitor Megareus, onchestius illi:
Est Neptunus: pronepos ego regis aquarum:
Nec uirtus citra genus est. seu uincar: habebis
Hippomene uicto magnum, & memorabile nomē.
Talia dicentem molli Schœneia uultu
Aspicit: & dubitat superari, an uincere, malit.
Atq; ita, quis Deus hunc formosis (inquit) iniquus
Perdere uult? caraq; iubet discrimine uitæ
Coniugium petere hoc? non sum me iudice tanti.
Nec forma tangor: poteram tamen hac quoq; tãgī:
Sed quod adhuc puer est: nō me mouet ipse, sed ætas.
Quid? q; inest uirtus, & mens interrita leti?
Quid? q; ab æquorea numeratur origine quartus?
Quid? q; amat? tantiq; putat connubia nostra,
Vt pereat, si me fors illi dura negarit?
Dum licet hospes abi: thalamosq; relinque cruētos.
Coniugium crudele meum est: tibi nubere nulla
Nollet: & optari potes à sapiente puella.
Cur tamen est mihi cura tui tot iam ante pempis?
Viderit: intereat: quoniam tot cæde procorum
Admonitus non est: agiturq; in tædia uitæ.

METAMOR.

O ecidet hic igitur, uoluit quia uiuere mecum
I ndignamq; necem pretium patietur amoris?
N on erit inuidia uictoria nostra ferenda.
S ed non culpa mea est: utinam desistere uelles:
A ut quoniam es demens: utinam uelocior esses.
A h quam uirginæus puerili uultus in ore est:
A h miser Hippomene, nollem tibi uisa fuisset.
V iuere dignus eras. q. si felicior essem:
N ec mihi coniugium fata importuna negarent:
V nus eras, cum quo sociare cubilia uellem.
D ixerat: utq; rudis, primoq; cupidine tacta,
Q uod facit ignorans, amat, & non sentit amorem.
I am solitos poscunt cursus populusq; , paterq;
C um me sollicita proles Neptunia uoce
I nuocat Hippomenes: Cythereâ comprecor ausis
A dsit (ait) nostris: & quos dedit, adiuuet ignes.
D etulit aura preces ad me non inuida blandas:
M otaq; sum (fateor) nec opis mora longa dabatur.
E st ager: indigenæ Damasenum nomine dicunt:
T elluris Cypriæ pars optima: quam mihi prisca
S acramere senes: templisq; accedere dotem
H anc iussere meis medio nitet arbor in aruo
F ulua comas, fuluo ramis crepitantibus auro.
H inc tria forte, mea ueniens decerpta ferebam.
A urea poma manu: nulliq; uidenda, nisi ipsi,
H ippomeneni adij: docuiq; quis usus in illis.
S igna tubæ dederant: cum carcere pronus uterq;
E micat: & summam celeri pede libat arenam.
P offe putes illos sicco freta radere passu:
E t segetis canæ stantes percurrere aristas.

A dūcūnt animos iuueni clamorq; , fauorq; ,
 V erbaq; dicentium, nunc nunc incumbere tempus:
 H ippomene propera: nunc uiribus utere totis:
 P elle moram, uinces. dubium Megareius heros
 G audeat, an Virgo magis his Schenia dictis.
 O quoties, cum iam posset transire: morata est:
 S peftatosq; diu uultus inuita reliquit.
 A ridus à lasso ueniebat anhelitus ore:
 M etaq; erat longe. tum deniq; de tribus unum
 F ætibus arboreis proles Nepunia misit.
 O bstupuit uirgo: nitidiq; cupidine pomi
 D eclinat cursus: aurumq; uolubile tollit.
 P ræterit Hippomenes: resonant spectacula plausu:
 I lla moram celeri, cessataq; tempora cursu
 C orrigit: atq; iterum iuuenem post terga relinquit.
 E t rursus pomi iactū remorata secundi
 C onsequitur: transitq; uirum. pars ultima cursus
 R estabat: nunc (inquit) ades dea munetis auctor:
 I nq; latus campi, quo tardius illa rediret:
 I ecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum.
 A n peteret uirgo uisa est dubitare coëgi
 T ollere: & adieci sublato pondera malo:
 I mpedijq; oneris pariter grauitate, moraq;:
 N ōue meus sermo cursu sit tardior ipso:
 P ræterita est uirgo: duxit sua præmia uictor.
 D igna'ne cui grates ageret? cui thuris honorem
 F erret (Adoni) sui? nec grates immemor egit:
 N ec mihi thura dedit. subitam conuertor in iram:
 C ontemptuq; dolens, ne sim spernenda futuris:
 E xemplo caueo: meq; ipsam exhortor in ambos.

METAMOR.

Templa Deum matris, quae quondam clarus Echion
Fcerat ex uoto: nemorosus abdita syluis
Transibant: & iter longum requiescere suasit.
Illuc concubitus intempestiua cupido
Occupat Hippomenen, & numine concita nostro.
Liminis exigui fuerat propè templa recessus
Spelunca similis, natiuo pumice tectus,
Rellogione sacer prisca: quo multa sacerdos
Lignea contulerat ueterum simulachra deorum.
Hunc inuit: & uenito temerat sacraria probro.
Sacra retorservunt oculos: turritaq; mater
An stygia fontes dubitauit, mergeret unda.
Pœna leuis uisa est. ergo modo leuia fuluae
Colla iuba uelant: digiti curuantur in ungues,
Ex humeris armi sunt, in pectora totum
Pondus abit, summae cauda uerruntur arena:
Iram uultus habet, pro uerbis murmur reddunt:
Pro thalamis, celebrant syluas: alijsq; timendi
Dente premunt domito Cybeleia frena leones.
Hos tu care mihi, cumq; his genus omne ferarum,
Quod non terga fugæ, sed pugnae pectora præbet:
Effuge: ne uirtus tua sit damnosa duobus.
Illa quidem monuit: iunctisq; per aëra cyncis,
Carpit iter: sed stat monitis contraria uirtus.
Forte suam latebris uestigia certa secuti
Excuere canes: syluisq; exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis Cinyreus ictu.
Protinus excussit pando uenabula rostro
Sanguine tincta suo: trepidumq; & uita petentem
Trox aper insequitur: totosq; sub inguine dentes
Abdidit:

A bdidit: & fulua moribundum strauit arena.
 V eſta leui curru medias Cytherea per auras
 C ypron olorinis non dum peruenerat alis.
 A gnouit longe geminum morientis: & albas
 F lexit aues illuc: utq; æthere uidit ab alto
 E xanimem, inq; ſuo iactantem ſanguine corpus:
 D eſijt: pariterq; ſinum, pariterq; capillos
 R upit: & indignis percuffit pectora palmis.
 Queſtaq; cum fatis, & non tamen omnia ueſtri
 I uris erunt, dixit: luctus monimenta manebunt.
 S emper Adoni mei: repentaq; mortis imago
 A nnuua plangoris peraget ſimulamina noſtri.
 A t cruor inſtorem mutabitur. an tibi quondam
 F æmineos artus in olentes uertere mentas
 P erſephone licuit? nobis Cinyreius heros
 I nuidiæ mutatus erit? ſic fata cruorem
 N eſtare odorato ſparſit: qui tactus ab illo
 I nnumuit: ſicut pluuio perlucida cœlo
 S urgere bulla ſolet. nec plena longior hora
 F æta mora eſt: cum ſtos de ſanguine concolor ortus
 Q ualem, quæ lento calant ſub cortice granum
 P unica ferre ſolent: breuis eſt tamen uſus in illo:
 N anq; male hærentem, & nimia leuitate caducum
 E xcutiunt ijdem, qui præſtant omnia, uenti.
 Ouid. Meta.

Argumentum.

Mænades indigno diuellunt Orphea raptum,
 Orphea quem syluæ, quem saxa, feræq; colebant.
 Rex fugit inuentum Mida quod quæsiuerat auxæ.
 Auribus & præfert mouit quas auribus iras.
 Phebus & undarum regnator mœnia Troiæ
 Frustra constituunt. & Laomedontida frustra
 Liberat Alcides. uario quæ fugerat ore
 Vincula Thetis patitur, magnoq; impletur Achille.
 Nec tibi Dædalion studium noua forma rapinæ,
 Nec tibi mutauit Castum Ceycis amorem
 Halcyone, unde alijs placidum promittitis æquor
 Aesacus inuitus Mergi sub imagine uiuit.

P. OVI. NASO. METAMORPHOSEOS. LIB. XI.

Armine dum tali sylvas, animosq;
 ferarum
 Threicius uates, & saxa sequentia
 ducit:

E cce nurus Ciconum tecta lymphata ferinis
 P ectora uelleribus tumuli de uerice cernunt
 O rphæa percussis sociantem carmina neruis.
 E quibus una, leues iactato crine per auras
 E n ait, en hic est nostri contemptor: & hastam
 V atis Apollinei uocalia misit in ora:
 Quæ folijs præputa notam sine uulnere fecit.
 A lterius telum lapis est: qui missus in ipso
 A ère concentu uictus uocisq;, lyræq; est:
 A c ueluti supplex pro tam furialibus ausis
 A nte pedes iacuit. sed enim temeraria crescunt
 B ella: modusq; abiit: insanaq; regnat Erinnyis,
 C unctaq; tela forent cantu mollita: sed ingens
 C lamor, & inflato berecynthia tibia cornu,
 T ympanaq;, & plausus, & Bacchei iululatus
 O bstrepere sono citharæ. tum deniq; saxa
 N on exauditi rubuerunt sanguine uatis.
 A c primum attonitas etiam num uoce canentis
 I nnumeras uolucres, anguesq;, agmenq; ferarum,
 M ænades Orphei titulum rapuere theatri:
 I nde cruentatis uertuntur in Orphæa dextris:
 E t coeunt, ut aues, si quando luce uagantem
 N octis anem cernunt: strictoq; utring; theatro

METAMOR.

Vt matutina ceruus periturus arena
Prædæ canum est: uatēq; petunt: & fronde uirentes
Conijciunt thyrsos, non hæc in munera factos.
He glebas, illæ direptos arbore ramos,
Pars torquent filices: neu desint tela furori,
Forte boues presso subigebant uomere terram:
Nec procul hinc multo fructum sudore parantes,
Dura lacertosi fodiebant arua coloni.
Agmine qui uiso fugiunt: operisq; relinquunt
Arma sui: uacuosq; iacent dispersa per agros
Sarculaq;, rastriq; graues, longiq; ligones.
Quæ postquam rapuere fera: cornuq; minaci
Diuulserè boues: ad uatis fata recurrunt:
Tendentemq; manus, atq; illo tempore primum
Irrita dicentem nec quicquam uoce mouentem
Sacrilæ perimunt: perq; os (prò Iuppiter) illud
Audium saxis, intellectumq; ferarum
Sensibus, in uentos anima exhalata recessit.
Te mcestæ uolucres Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidi filices, tua carmina sæpe secutæ
Fleuerunt Syluæ: positis te frondibus arbos
Tonsa comas, luxit: lachrymis quoq; flumina dicunt
Increuisse suis: obscuraq; carbasa pullo
Naides, & Dryades, passosq; habuere capillos.
Membra iacent diuersa locis: caput Hebre, lyramq;
Ex cipis: & (mirum) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra: flebile lingua
Murnurat exanimis: respondent flebile ripæ.
Iamq; mare inuictæ flumen popularerelinguunt:
Et Methymnææ potiuntur littore Lesbi.

Hic ferus expositum peregrinis anguis arenis
 O s petit: & sparsos stillanti rore capillos
 L ambit: & hymniferos inhiat diuellere uultus.
 T andem Phœbus adest: morsusq; inferre parantem
 A rcet: & in lapidem rictus serpentis apertos
 C ongelat: & patulos (uterant) indurat hiatus.
 V mbra subit terras: & quæ loca uiderat ante.
 C uncta recognoscit: quærensq; per arua piorum
 I nuenit Eurydicen: cupidisq; amplectitur ulnis.
 Hic modo coniunctis spatiantur passibus ambo:
 N unc precedentem sequitur: nunc præuius anteit:
 E urydicenq; suam iam tunc respicit Orpheus.
 N on impune tamen scelus hoc sinit esse Lyæus:
 A missoq; dolens sacrorum uate suorum
 P rotinus in syluis matres Edonidas omnes,
 Quæ uidere nefas, torta radice ligauit.
 Quippe pedum digitos in quantum est quæq; secuta
 T raxit: & in solidam detrusit acumine terram.
 V tq; suum laqueis, quos callidus abdidit anceps:
 C rus ubi commisit uolucris: sensitq; teneri:
 P langitur: ac trepidans astringit uincula motu.
 S ic quæcumq; solo defixa cohæserat harum
 E xternata fugam frustra tentabat. at illam
 L enta tenet radix: exultantemq; coërcet
 D umq; ubi sint digiti, dū pes ubi, querit, et ungues
 A spicit in teretes lignum succedere furas:
 E t conata femur mœrenti plangere dextra:
 R obora percussit: pectus quoq; robora fiunt:
 R obora sunt humeri: porrectaq; brachia ueros
 E sse putes ramos: & non fallere putando.

METAMOR.

Nec satis hoc Baccho est: ipsos quoque deserit agros:
 Cumque choromeliore sui uineta Timoli,
 Paeolonque petit: quamuis non aureus illo
 Tempore, nec caris erat inuidiosus arenis.
 Hunc affueta cohors Satyri, Bacchaque frequentant:
 At Silenus abest. timbantem, annisque, meroque,
 Ruricolae cepere phryges: uinctumque coronis
 Ad regem duxere Midam: cui thracius Orpheus
 Oregia tradiderat cum cecropio Eumolpo.
 Qui simul agnouit socium, comitemque sacrorum:
 Hospitis aduentu festum genialiter egit
 Per bis quinque dies, et iunctas ordine noctes.
 Et iam stellarum sublime coegerat agmen
 Lucifer undecimus Lydos cum laetus in agros
 Rex uenit: et iuueni Silenum reddit alumno.
 Hic deus optanti gratum sed inutile fecit
 Muneris arbitrium gaudens altore recepto.
 Ille male usurus donis, ait, effice quidquid
 Corpore contigero filium uertatur in aurum.
 Annuit optatis: nocituraque munera soluit
 Liber: et indoluit quod non meliora petisset.
 Laetus abit: gaudetque malo Berecynthius heros:
 Pollicemque fidem tangendo singula tentat:
 Vixque sibi credens, non alta fronde uirentem
 Illice detraxit uirgam: uirga aurea facta est.
 Tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro.
 Contigit et glebam: contactu gleba potentia
 Massa fit. arentes cereris decerpsit aristas:
 A urea messis erat. dempnum tenet arbore pomum:
 Hesperides donasse putes. si postibus altis

A dmonit digitos: postes radiare uidentur.
I lle etiam liquidis palmas ubi lauerat undis:
V nda fluens palmis Danaen eludere possit.
V ix spes ipse suas animo capit, aurea fingens
O mnia. gaudenti mensas posuere ministri
E xtractas dapibus, nec tostæ frugis egentis.
T um uero, siue illè sua cerealia dextra
M unera contigerat: cerealia donarigebant.
S iue dapes amido conuellerè dente parabat.
L amina fulua dapes, admoto dente nitebant.
M iscuerat puris auctorem muneris undis:
F usile per rictus aurium fluitare uideres.
A ttonitus nouitate mali, diuesq; miserq;
E ffugere optat opes: & quæ modo uouerat odit.
C opia nulla famem releuat: sitis arida guttur
V rit: & inuiso meritis torquetur ab auro.
A d cælumq; manus, & splendida brachia tollens
D a ueniam Lenæ pater, peccauimus, inquit:
S ed miserere precor: speciosoq; eripe damno.
M ite deum numen Bacchus peccasse fatentem
R estituit: factiq; fide data munera soluit.
N e ue male optato maneat circumlitus auro:
V ade ait, ad magnis uicinum Sardibus amnem:
P erq; iugum ripæ labentibus obuius undis
C arpe uiam: donec uenias ad fluminis ortus.
S pumigeroq; tuum fontè, qua plurimus exit:
S ubde caput, corpusq; simul, simul elue crimen.
R ex iussæ succedit aquæ: uis aurea tinxit
F lumen: & humano de corpore cessit in amnem.
N unc quoq; iam ueteris percepto semine uenæ

METAMOR.

A rua rigent, auro madidis pallentia glebis:
I lle perosus opes sylvasq; & rura colebat,
P anaq; montanis habitantem semper in antris:
P ingue sed ingenium mansit: nocituraq; ut antea
R ursus erant domino stolidæ præcordia mentis.
N am freta prospiciens late riget arduus alto
T molus in ascensu: clinoq; extensus utroq;
S ardibus hinc, illinc paruis finitur Hypæpis.
P an ibi dum teneris iactat sua carmina nymphis:
E t leue cerata modulatur arundine carmen:
A usus apollineos præ se contemnere cantus.
I udice sub Tmolocertamen uenit ad impar.
M onte suo senior iudex conscendit: & aures
L iberat arboribus: quercu coma cœrula tantum
C ingitur: & pendent circum caua tempora glâdes:
I sq; deum pecoris spectans in iudice (dixit)
N ulla mora est. calamis agrestibus insonat ille:
B arbaricoq; Midan (aderat nam forte canenti)
C armine delinijt. post hunc sacer ora resoluit
T malus ad os Phœbi: uultum sua sylua secuta est.
I lle caput flauum lauro parnaside uinctus
V errit humum, tyrio saturata murice palla:
D istinctamq; lyram gemmis, & dentibus indis
S ustinet à læua: tenuit manus alter a plectrum.
A rtificis status ipse fuit. tum stamina docto
P ollice sollicitat: quorum dulcedine captis
P ana iubet Tmolus citharæ submittere carinas.
I udicium, sanctiq; placet sententia montis
O mnibus: arguitur tamen, atq; iniusta uocatur
V nius sermone Midæ, nec Delius aures

H umānam stolidas patitur retinere figuram.
 S ed trahit in spatium: uillisq; albetibus implet:
 I nstabilesq; illas facit: & dat posse moueri.
 C ætera sunt hominis: partem damnatur in unam:
 I nduiturq; aures lente gradientis a felli.
 I lle quidem cælare cupit: turpiq; pudore,
 T empora purpureis tentat uelare tiaris:
 S ed solitus longos ferro refecare capillos
 V iderat hoc fanulus: qui cum nec prodere uisum
 D edecus auderet cupiens efferre sub auras:
 N ec posset reticere tamen: sece dit: humumq;
 E ffodit: & domini quales aspexerit aures,
 V oce refert parua: terræq; immurmurat hausta:
 I ndiciūq; suæ uocis tellure regeſta
 O bruit: & scrobibus tacitis discedit opertis.
 C reber arundinibus tremulis ibi surgerelucis
 G æpit, & ut primum pleno maturuit anno
 P rodidit agricolam: leni nam motus ab austro
 O bruta uerba refert: dominiq; coarquit aures.
 V ltuſ abit Tmolo: liquidumq; per aera uectus
 A ngustum citra pontum Nephelidos Helles
 L aomedonteis Latioſ aſtitit aruis.
 D extera Sigei, Rhœtai laua profundi
 A ra Panomphae uetus est sacra ta tonanti.
 I nde nouæ primum moliri mcenia troiæ
 L aomedonta uidet: susceptaq; magna labore
 C rescere difficili: nec opes exposcere paruas.
 C umq; tridentigero tumidi genitore profundi
 M ortalem induitur formam: phrygiæq; tyranno
 A edificant muros, pacti pro mcenibus aurum:

M E T A M O R .

S tabat opus: pretium rex inficiatur, & addit
P erfidia cumulum falsis periuria uerbis.
N on impune ferēs rector maris, inquit: & omnes
I nclinauit aquas ad auaræ littora troiæ:
I nq; freti formam, terras conuerūt: opesq;
A bsulit agricolis: & fluctibus obruit agros.
P ena neq; hæc satis est: regis quoq; filia monstro
P oscitur æquoreo: quam dura ad saxa reuinctam
V indicat Alcides: promissaq; munera dictos
P oscit equos, tantiq; operis mercede negata
B is periura capit superatæ mœnia troiæ.
N ec pars militiæ Telamon sine honore recessit:
H esioneq; data potitur. nam coniuge Peleus
C larus erat diua: nec aui magis ille superbit
N omine, quàm soceri: siquidem Iouis esse nepotem
C ontigit haud uni: coniux dea contigit uni.
N anq; senex Theſidi Proteus dea dixerat undæ
C oncipe, mater eris iuuenis: qui fortibus armis
A cta patris uincet: maiorq; uocabitur illo.
E rgo ne quicquam mundus Ioue maius haberet,
Q uamuis haud tepidos sub pectore senserat ignes:
I uppiter æquoreæ Theſidis connubia fugit,
I nq; sua Aeaciden succedere uota nepotem
I ussit, & amplexus in uirginis ire marina.
E st sinus Hæmonia curuos falcatus in arcus,
B rachia præcurrunt, ubi si foret altior unda,
P ortuserat, summis inductum est æquor arenis.
L ittus habet solidum: quod nec uestigia seruet,
N ec remoretur iter: nec opertum pendeat alga.
M yrtea sylua subest bicoloribus obsita baccis.

E st specus in medio natura factus, an arte
 A mbiguum, magis arte tamen: quò sæpe uenire
 F renato delphine sedens Theti nuda solebas.
 I llic te Peleus, ut somno uicta iacebas,
 O ccupat, & quoniam precibus tentata repugnas,
 V im parat, innectens ambobus colla laceris.
 Quod nisi uenisses uariatis sæpe figuris
 A d solitas artes, auso foret ille potius.
 S ed modo tu uolucris, uolucrem tamen ille tenebat:
 N ùc grauis arbor eras: hærebat in arbore Peleus.
 T ertia forma fuit maculosæ tigridis, illa
 T erritus Aeacides à corpore brachia soluit.
 I sq; deos pelagi uino super æquora fuso,
 E t pecoris fibris, & fumo thuris adorat,
 D onec carpathius medio de gurgite uates
 A eacide dixit, thalamis potiere petitis,
 T u modo, cum gelido sopita quiescit in antro
 I gnaram laqueis uincoq; innecte tenaci,
 N ec te decipiat centum mentita figuras.
 S ed preme qdqd erit: dum quod fuit ante reformet.
 D ixerat hæc Proteus, & condidit æquore uultum,
 A dmisitq; suos in uerba nouissima fluctus.
 P romus erat Titan, inclinatoq; petebat
 H esperium temone fretum, cum pulchræ relicto
 N creis ingreditur consueta cubilia fluctu.
 V ix bene uirgineos Peleus euinxerat artus,
 I lla nouat formas, donec sua membra meri
 S ensit, & in partes diuersas brachia tendit.
 T ùc demù ingemuit: neq; (ait) sine numine uincis,
 E xhibita estq; Thetis confessa amplectitur heros:

METAMOR.

Et positur uotis: ingentiq; implet Achille.
Felix & nato, felix & coniuge Peleus:
Et cui, si demas iugulaū crimina Phoci,
Omnia configerant. fraterno sanguine fontem,
Expulsūq; domo patria Trachinia tellus
Accipit: hic regnum sine ui, sine cæde, regebat
Lucifero genitore sauis, patriūq; nitorem
Ore ferens Ceyx: illo qui tempore mæstus,
Dissimilisq; sui, fratrem lugebat ademptum.
Quò postquam Aeacides fessus, curaq; uiaq;
Venit: & intrauit paucis comitantibus urbem:
Quosq; greges pecorū, et q̄ secum armēta trahēbat,
Haud procul à muris sub opaca ualle reliquit:
Copia cum facta est adeundi tēta tyranni:
Velamenta manu pratendens supplice, quis sit,
Quoq; sauis memorat: tantum sua crimina celat.
Mentiturq; fugæ causam, petit urbe, uel agro
Se iuuet. hunc contra placido Trachinius ore
Talibus alloquitur. mediæ quoq; commoda plebi
Nostrapatent Peleu: nec inhospita regna tenemus:
Adijcis huic animo monimenta potentia, clarum
Nomen, animumq; Iouē: nec tempora perde precando,
Quod petis omne feres, tuaq; hæc pro parte uocato,
Qualiacunq; uides, utinam meliora uideres.
Et flebat. moueat tantos quæ causa dolores,
Peleusq; comitesq; rogant. quibus ille profatur.
Forsitan hanc uolucrem, raptō quæ uiuit: & omnes
Terret aues: semper penmas habuisse putatis,
Vir fuit: & tanta est animi constantia, quantum
Acer erat, belloq; ferox, ad uimq; paratus,

N omine Dædalion, illo genitore creatus,
 Qui uocat auroram: cæloq; nouissimus exit.
 C ulta mihi pax est: pacis mihi cura tuendæ,
 C omiugiq; fuit: fratri fera bella placebant.
 I llus uirtus reges, gentesq; subegit:
 Quæ nunc Thisbeas agitat mutata columbas.
 N ata erat huic Chione: quæ dotatissima forma
 M ille procos habuit bis septem nubilis annis.
 F orteremertentes Phœbus, maiâq; creatus
 I lle suis Delphis, hic uertice Cyllenæo,
 V idere hanc pariter: pariter traxere calorem.
 S pem ueneris differt in tempora noctis Apollo:
 N on fert ille moras: uirgaq; mouente soporem
 V irginis os tangit: tactu iacet illa potenti:
 V imq; dei patitur, nox cælum sparserat astris:
 P hœbus animum sumulat: præreptaq; gaudia sumit
 V t sua maturus compleuit tempora uenter:
 A lipedis de stirpe dei uersuta propago
 N ascitur Autolycus, furtum ingeniosus ad omne:
 Qui facere assuerat patriæ non degener artis
 C andida de nigris, & de candentibus atra.
 N ascitur è Phœbo (nanq; est enixa gemellos)
 C armine uocali clarus citharâq; Philamon.
 Quid peperisse duos, & displacuisse duobus,
 E t forti genitore, & progenitore tonante
 E sse satam prodest? an obest quoq; gloria multis?
 O bsuit huic certe, quæ se præferre Dianæ
 S ustinuit: faciemq; deæ culpauit. at illi
 I ra ferox mota est: factisq; placebimus, inquit.
 N ec mora: curuauit cornu: neruoq; sagittam

METAMOR.

Impulit: & meritam traiecit arundine linguam:
Ingua iacet: nec uox, tentataq; uerba sequuntur:
Conantemq; loqui, cum sanguine uita reliquit.
Quam miser (o pietas) ego tunc patrioq; dolorem
Corde tuli: fratriq; pio solatia dixi.
Quæ pater haud aliter q; cautes murmura ponti,
Accipit: & natam de lamentatur ademptam.
Vt uero ardentem uidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulsus
Concita membra fugæ mandat: similisq; iuueno
Spicula crabronum pressa ceruice gerenti,
Qua uia nulla ruit: iam tum mihi currere uisus
Plus homine est: alasq; pedes sumpsisse putares.
Effugit ergo omnes: ueloxq; cupidine leti
Vertice parnasi potitur: miseratus Apollo,
Cum se Dædalion saxo misisset ab alto:
Fecit auem: & subitis pendentem sustulit alis:
Oraq; adunca dedit: curuos dedit unguibus hamos,
Virtutem antiquam, maiores corpore uires,
Et nunc Accipiter nulli satis æquus, in omnes
Seuit aues: alijsq; dolens fit causa dolendi.
Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat
De consorte suo: cursu festinus anhelos
Aduolat armenti custos Phocæus Anetor:
Et Peleu, Peleu, magnæ tibi nuntius adsum
Cladis (ait) quodcunq; ferat, iubet edere Peleus:
Pendet & ipse metu trepidi Trachinius oris.
Ille refert. fessos ad littora curua iuuenos
Appuleram: medio cum sol altissimus orbe
Tantum respiceret, quantum superesse uideret

P arsq; boum fuluis genua inclinat arenis:
 L atarumq; iacens campos spectabat aquarum:
 P ars gradibus tardis illuc errabat & illuc:
 N ant alij: celsiq; extant super aequora collo.
 T empla mari subsunt nec marmore clara, nec auro:
 S ed trabibus densis, lucoq; umbrosa uetusto.
 N ereides, Nereusq; tenent. hos nauita templi
 E didit esse deos: dum retia littore siccant.
 I uncta palus huic est densis obsessa salictis:
 Q uam restagnantis fecit maris unda paludem.
 I nde fragore graui strepitis loca proxima terret
 B ellua uasta lupus: syluisq; palustribus exit,
 O blitus & spumis, & crasso sanguinerictus,
 F ulmineus rubra suffusus lumina flamma.
 Q ui quanquam saeuit pariter rabieq; , fameq;
 A crior est rabie: neq; enim ieiunia curat
 C aede boum, diramq; famem finire: sed omne
 V ulnerat armentum: sternitq; hostiliter omnes.
 P ars quoq; de nobis funesto saucia morsu,
 D um defensamus: leto est data sanguine littus
 V ndaq; prima rubent, denugitaeq; paludes.
 S ed mora damnosa est: nec res dubitare remittit:
 D um superest aliquid: cuncti coeamus ad arma:
 A rma capeffamus: coniunctaq; tella feramus:
 D ixerat agrestis: nec Pelea damna mouebant,
 S ed memor admissi Nereida colligit orbam,
 D amna sui inferias extincto mittere Phoco.
 I nduere arma uiros, uiolentaq; sumere tela,
 R ex iubet Oetaeus: cum quis suum ipse parabat
 I re: sed Halcyone coniux excita tumultu

METAMOR.

Prosilit: & non dum totos ornata capillos
Disicit hos ipsos: colloq; infusa mariti
Mittat ut auxilium sine se, uerbisq; precatur,
Et lachrymis: animasq; duas ut seruet in una.
Aeacides illi, pulchros regina, piosq;
Pone metus: plena est promissi gratia uestri.
Nō placet arma mihi contra noua monstra moueri,
Numen adorandum pelagi est. erat ardua turris
Arce locus summa, fessis loca grata carinis.
Ascendunt illuc, stratosq; in littore tauros
Cum gemitu aspiciunt: uastatoremq; cruento
Ore ferum, longos infectum sanguine uillos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti
Ceruleam Peleus Psamathen, ut finiat iram
Orat, opemq; ferat: nec uocibus illa rogantis
Flectitur Æacidae. Thetis hanc pro coniuge supplet
Accepit ueniam. sed enim reuocatus ab acri
Cæde lupus perstat dulcedine sanguinis aspecti.
Donec inhaerentem laceræ ceruice iuuençæ
Marmore mutauit. corpus, præterq; colorem
Omnia seruauit: lapidis color indicat illum
Iam non esse lupum: iam non debere timeri.
Nec tamen hac profugum consistere Pelea terra
Fata sinunt: Magnetæ adit uagus exul: & illuc
Sumit ab hæmonio purgamina cædis Acasto.
Interea fratrisq; sui, fratremq; secutis
Anxia prodigijs uerbatus pectora Ceyx,
Cōsulat ut sacras hominum oblectamina sortes:
Ad Clarium parat ire deum nam tēpla profanus
Innia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbos.

Consilij

Consilij tamen ante sui fidissime tertam
Te facit Halcyone: cui profinus intima frigus
Ossa recaperunt: buxoq; simillimus ora
Pallor obit: lachrymisq; genæ maduere profusis.
Ter conata loqui, ter fleibus ora rignuit:
Singultuq; piæ interrumpente querelas
Quæ mea culpa tuam, dixit, carissime mentem
Verit? ubi est, quæ cura mei prior esse solebat?
Iam potes Halcyone securus abesse relicta?
Iam uia longa placet? iam sum tibi carior absens?
At puto per terras iter est? tantumq; dolebo?
Non etiam metuam? curæq; timore carebunt?
Aequora me terrent, & ponti tristis imago:
Et laceras nuper tabulas in littore uidi.
Et sæpe in tumulis sine corpore nomina legi.
Ne ue tuum fallax animum fiducia tangat:
Quod socer Hippotades tibi sit: qui carcere fortes
Contineat uentos: & cum uelit, æquora placet.
Cum semel emissi tenuerunt æquora uenti:
Nil illis uetium est: incommendataq; tellus
Omnis, et omne fretum est: cæli quoq; nubila uexat:
Excutiuntq; feris rutilos concursibus ignes.
Quo magis hos noui (nam noui: & sæpe paterna
Parua domo uidi) magis hos reor esse timendos.
Quod tua si flecti precibus sententia nullis
Care potest coniux: nimiumq; es certus eundis
Me quoq; tolle simul: certe iactabimur unà:
Nec, nisi quæ patiæ, metuam: pariterq; feremus
Quicquid erit: pariter super æquora lata feremur.
Talibus Æolidis, dictis lachrymisq; mouetur

METAMOR.

S ydereus coniuu: neq; enim minor ignis in ipso est.
S ed neq; propositos pelagi dimittere cursus,
N ec uult Halcyonen in partem adhibere pericli:
M ultaq; respondit timidum solantia pectus.
N on tamen iccirco causam probat. addidit illis
H oc quoq; lenimen: quo solo flexit amantem.
L onga quidem est nobis omnis mora: sed tibi iuro
P er patrios ignes (si me modo fata remittant)
A nte reuersurum, q̄ luna bis impleat orbem.
H is ubi promissis spes est admota recursus:
P rotinus eductam naualibus æquore tingi,
A ptariq; suis pinum iubet armamentis.
Q ua rursus uisa ueluti præsa ga futuri
H orruit Halcyone: lachrymasq; emisit obortas:
A mplexusq; dedit: tristiq; miserrima tandem.
O re uale, dixit: collapsaq; corpore toto est.
A t iuuenes, quærente moras Ceyce, reducunt
O rdinibus geminis ad fortia pectora remos:
A equaliq; ic̄tu scindunt freta. sustulit illa
H umentes oculos: stantemq; in puppe recurua,
C oncussa q; manu dantem sibi signa maritum
P rima uidet: redditq; notas. ubi terra recessit
L ongius: atq; oculi nequeunt cognoscere uultus:
D um licet, insequitur fugientem lumine pinum.
H æc quoq; ut haud poterat spatio summotâ uideri:
V ela tamen spectat summo fluitantia malo.
V t nec uela uidet: uacuum petit anxia lectum:
S eq; toro ponit: renouat lectusq; , locusq;
H alcyones lachrymas: & quæ pars admonet absit.
P oribus exierant: & mouerat aura rudentes:

O buerūt lateri pendentes nauita remos:
 Cornuaq; in summa locat arbore: totaq; malo
 Carbasā deducit: uenientesq; accipit aurās.
 Aut minus, aut certe mediū non amplius æquor
 Puppe secabatur: longeq; erat utraq; tellus:
 Cum mare sub noctem tumidis albescere cœpit
 Fluctibus: & præceps spirare ualentius æurus
 Ardua iandudum demittite cornua, rector
 Clamat: & antennis totam subnectite uelūm.
 Hic iubet: impediunt aduersæ iussa procellæ:
 Nec sinit audiri uocem fragor æquoris ullam.
 Sponte tamen properant, alij subducere remos:
 Pars munire latus: pars uentis uela negare.
 Egerit hic fluctus: æquorq; refundit in æquor:
 Hic rapit antemnas, quæ dum sine lege geruntur:
 Aspera crescit hyemis: omniq; à parte feroces
 Bella gerunt uenti: fretaq; indignantiā miscēt.
 Ipse pauet: nec se quis sit status ipse fatetur
 Scire ratis rector: nec quid iubeat ue uelit ue.
 Tanta mali moles, tantoq; potentior arte est.
 Quippe sonant clamore uiri, stridore rudentes,
 Vndarum in cursu grauis unda, tonitribus æther
 Fluctibus erigitur, cœlumq; æquare uidetur
 Poutus: & inductas aspergine tangere nubes:
 Et modo, cum fuluas ex imo uertit arenas:
 Concolor est illis: stygia modo nigrior unda:
 Sertnitur interdum: spumisq; sonantibus albet.
 Ipsa quoq; his agitur uicibus Trachinia puppis:
 Et nunc sublimis uelut de uertice montis
 Despicere in ualles, immūmq; acheronta uidetur:

METAMOR.

Nunc, ubi demissam curuum circumstatit equor:
Susplicere inferno summum de gurgite cœlum.
Sepe dat ingentem fluctu latus ic̄ta fragorem:
Nec leuius pulsata sonat, quàm ferreus olim
Cum laceras aries, balista'ue concutit arces.
Vtq̄; solent sumptis incurſu uiribus, ire
Pectore in arma feri, protentaq̄; tela leones:
Sic ubi se uentis commiserat unda coortis:
Ibat in arma ratis: multoq̄; erat altior illis.
Iamq̄; labant cunei: spoliataq̄; tegmine ceræ
Rima patet: præbetq̄; uiam letalibus undis.
Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres:
Inq̄; fretum credas totum descendere cœlum:
Inq̄; plagas cœli tumefactum scandere pontum:
Vela madent nimbis: & cum cœlestibus undis
Aequoreæ miscentur aquæ: caret ignibus Æther:
Cæcâq̄; nox premitur tenebris hyemisq̄; suisq̄;
Discutiunt tamen has, præbentq̄; micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardescunt ignibus undæ.
Dat quoq; iam saltus intra caua texta carinæ
Fluctus: & ut miles numero præstantior omni
Cum sæpe assilijt defensæ mœnibus urbis:
Spe ponitur tandem: laudisq̄; accensus amore
Inter mille uiros murum tamen occupat unus:
Sic ubi pulsarunt celsi latera ardua fluctus:
Vastis insurgens decimæ ruit impetus undæ:
Nec prius absistit fessam oppugnare carinam:
Quàm uelut in captæ descendat mœnia nauis.
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum,
Pars maris intus erat, trepidant haud segnius oēs:

Quam solet urbs, alijs murum fodientibus extra,
 A tq; alijs murum trepidare tenentibus intus.
 D eficit ars animiq; cadunt: totidemq; uidentur
 Quot ueniunt fluctus, ruere, atq; irrupere mortes.
 N on tenet hic lachrymas: stupet hic: uocat ille beatos
 F unera, quos maneant: hic uotis numen adorat:
 B rachiaq; ad cælum, quod non uidet, irrita tollens
 P oscit opem: subeunt illi, materq; paterq;
 H uic cum pignoribus domus, et qd cuiq; relictū est.
 H alcyone Ceyca mouet: Ceycis in ore
 N ulla nisi Halcyone est: Et cum desyderet unam:
 G audet abesse tamen: patria quoq; uellet ad oras
 R espicere: inq; domum supremos uertere uultus.
 V erum ubi sit nescit, tanta uertigine pontus
 F eruet: Et inducta piceis è nubibus umbra
 O mne latet cælum duplicataq; noctis imago est.
 F rangitur incursu nimboſi turbinis arbor:
 F rangitur Et regimen: spolijs animosa superbit
 V nda uelut uictrix: sinuataq; despicit undas.
 N ecleuius, q̄ siquis Athon, Pindumq; reuulsos
 S ede sua totos in apertum euerteret aquor:
 P ræcipitata cadit: pariterq; Et pondere, Et ictu,
 M ergit in ima ratem: cum qua pars magna uirorū
 G urgite pressa graui, neq; in aëra reddita, fato
 F uncta suo est: alijs partes, Et membra carinae
 T runca tenent tenet ipse manu, qua scepra solebat,
 F ragmina nauigij Ceyx: foeterumq; patremq;
 I nuocat (heu) frustra. sed plurima nantis in ore
 H alcyone coniuix: illam meminitq; refertq;
 I llus ante oculos, ut agant sua corpora fluctus,

METAMOR.

O ptat: & ex animis manibus tumuletur amicis.
D um natat: absentem, quoties finit hiscere fluctus.
N ominat Halcyonen: ipsisq; iminurmurat undis.
E cce super medios fluctus niger arcus aquarum
F rangitur: & rupta mersum caput obruit unda.
L ucifer obscurus, nec quem cognoscere posses,
I lla nocte fuit: quoniamq; excedere caelo
N on licuit: densis textit sua nubibus ora.
A eolis interea tantorum ignara malorum
D inumerat noctes: & iam quas induat ille,
F estinat uestes: iam quas ubi uenerit ipse,
I psa gerat: reditusq; sibi promittit inanes.
O mnibus illa quidem superis pia thura ferebat:
A nte tamen cunctos Iunonis templa colebat:
P roq; uiro, qui nullus erat, ueniebat ad aras:
V tq; foret sospes coniux suus: utq; rediret:
O ptabat: nullamq; sibi praeferret. at illi
H oc de tot uotis poterat contingere solum.
A t dea non ultra pro sancto morte rogari
S ustinet: utq; manus funestas arceat aris:
I ri meae (dixit) fidissima nuntia uocis,
V ise soporiferam somni uelociter aulam:
E xtingi q; iube Cyrcis imagine mittat.
S omnia ad Halcyonen ueros narrantia casus.
D ixerat: induitur uelamina mille colorum
I ris: & arquato caelum curuamine signans
T ecta petit iussi sub nube latentia regis.
E st propè Gimmerios longo spelunca recessu
M ons cauus, ignaui domus, & penetralia Somni
Q uò nunquam radijs oriens, medius ue, cadens ue

P hœbus adire potest: nebulae caligine mistæ
 E xhalantur humo: dubiaeq; crepuscula lucis.
 N on uigil ales ibi cristati cantibus oris
 E uocat auroram. non uoce silentia rumpunt.
 S olliciti ue canes, canibus ue sagacior anser.
 N on fera, non pecudes, non moti flamine rami,
 H umanae ue sonum reddunt conuitia linguae.
 Muta quies habitat. saxo tamen exit ab imo
 R iuus aquae Lethes: per quem cum murmure labês
 I nuitat somnos crepitantibus unda lapillis.
 A nte fores antri fœcunda papauera florent,
 I nnumeræq; herbae: quarum de lacte soporem
 N ox legit: & spargit per opacas humida terras.
 I annuane uerso stridorem cardine reddat:
 N ulla domo tota est: custos in limine nullus.
 A t medio torus est hebeno sublimis in antro
 P lumeus unicolor pullo uelamine tectus:
 Q uo cubat ipse deus membris langore solutis.
 H unc circa passim uarias imitantia formas
 S omnia uana iacent, totidem quot messis aristas,
 S ylua gerit frondes, eiectat littus arenas.
 Q uo simul intrauit: manibusq; obstantia uirgo
 S omnia dimouit: uestis fulgore reluxit
 S acra domus: tarda q; deus gravitate iacentes
 V ix oculos tollens, iterumq; iterumq; relabens,
 S umma q; percutiens nutanti pectora mento
 E xcussit tandem sibi se: cubitoq; leuatus
 Q uid ueniat (cognouit enim) scitatur. at illa:
 S omne quies rerum, placidissime Somne deorum,
 P ax animi, quem cura fugit. qui corpora duris

Fessa ministerijs mulces: reparasq; labori:
Somnia, quae ueras aequant imitamine formas:
Herculeam Trachina iube sub imagine regis,
Halcyonen adeant: simulacraq; naufraga fingant:
Imperat hoc Iuno. postquam mandata peregit:
Iris abit: neq; enim ulterius tolerare soporis
Vim poterat: labiq; ut somnum sensit in artus:
Effugit: & remeat per quos modo uenerat, arcus:
At pater è populo natorum mille suorum
Excitat artificem simulatoremq; figurae
Morphea: non illo iussos solertius alter
Exprimit incessus, uultumq; sonumq; loquendi
Adicit & uestes, & consuetissima cuiq;
Verba. sed hic solos homines imitatur: at alter
Fit fera: fit uolucris: fit longo corpore serpens:
Hunc Icelon superi, mortale Phobetora uulgus
Nominat. est etiam diuersae tertius. artis
Phantasos, ille in humum, saxumq; undaq; trabemq;
Quæq; uacant anima fallaciter omnia transit:
Regibus hi, ducibusq; suos offendere uultus
Nocte solent: populos alij, plebemq; pererrant.
Praeterit hos senior: cunctisq; è fratribus, unum
Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, somnum
Eligit: & rursus molli langore solutus,
Deposuitq; caput: stratoq; recondidit alto.
Ille uolat nullos strepitus facientibus alis
Per tenebras: intraq; mora breue tempus in urbem
Peruenit Haemoniam: positusq; è corpore pennis
In faciem Ceycis abit: sumptaq; figura
Luridus, ex animi similis sine uestibus ullis

Coniugis ante torum miseræ stetit. uclā uidetur
Barbauri, madidisq; grauis fluere unda capilla.
Tum lecto incumbens fletu super ora profuso.
Hæc ait. agnoscis Ceyca miserima coniux?
An mea mutata est facies necesse? respice, nosces?
Inueniesq; tuo pro coniuge coniugis umbram.
Nil opis Halcyone nobis tua uota tulerunt:
Occidimus: falsò tibi me promittere noli.
Nubibus Ægæo deprendit in æquore nauem
Auster: & ingenti iactatam flamine soluit:
Oraq; nostra tuum frustra clamantia nomen
Implerunt fluctus non hæc tibi nuntiat auctor
Ambiguus: non ista uagis rumoribus audis:
Ipse ego fata tibi præsens mea naufragus edo.
Surge age: da lachrymas: lugubriaq; indue: nec me
Indeploratum sub inania tartara mitte.
Adicit his uocem Morpheus: quam coniugis illa
Crederet esse sui: fletus quoq; findere ueros
Visus erat: gestumq; manus Ceycis habebat.
Ingemit Halcyone: lachrymas mouet, atq; lacertos
Per somnumq; corpusq; petens amplectitur aurās:
Exclamatq; mane: quò te rapis? ibimus una.
Voce sua, specieq; uiri turbata, soporem
Excauit: & primo si sit (circumspicit) illic,
Qui modo uisus erat (nam moti uoce ministri
Intulerant lumen) postquam non inuenit usquã:
Percussit ora manu: lamiatq; à pectore uestes:
Pectoraq; ipsa ferit: nec crimes soluere curans:
Scindit: & altrici quæ luctus causa roganti,
Nulla est Halcyone, nulla est ait: occidit unã

Cum Ceyce suo: solantia tollite uerba.
Naufragus interijt: uidi, agnouiq; manusq;
Ad discedentem cupiens retinere tetendi
Vmbra fuit: sed & umbra tamen manifesta, uiriq;
Vera mei, non ille quidem, si quæris, habebat
Assuetos uultus: nec quo prius ore nitebat.
Pallentem, nudumq;, & adhuc humente capillo
Infelix uidi: stetit hoc miserabilis ipso
Ecce loco: & quarit uestigia si qua supersint.
Hoc erat, hoc animo quod diuinante timebam:
Et ne me fugiens uentos sequerere, rogabam.
At certe uellem, quoniam periturus abibas:
Me quoq; duxisses: fuit ah, fuit uile, tecum
Ire mihi, neq; enim de uitæ tempore quicquam
Non simul egissem: nec mors discreta fuisset.
Nunc absens perij, iactor quoq; fluctibus absens:
Et sine me, te pontus habet. crudelior ipso
Sit mihi mens pelago, si uitam ducere nitar
Longius: & tanto pugnem superesse dolori.
Sed neq; pugnabo: nec te miserande relinquam:
Et tibi nunc saltem ueniam comes: inq; sepulchro
Si non urna, tamen iunget nos littera: si non
Ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.
Plura dolor prohibet: uerboq; interuenit omni
Plangor: & attonito gemitus à corde trahuntur.
Manè erat: egreditur tectis ad litus: & illum
Mcesta locum reperit: de quo spectarat euntem.
Dumq; moratur ibi: dumq; hinc retinacula soluit,
Hoc mihi discedens dedit oscula littore, dicit,
Dumq; notata locis remini scitur acta: fretumq;

P rospiciat, in liquida spatio distante tuetur
 N escio quid quasi corpus, aqua: primoq; quid illud
 E sset, erat dubium. postquam paulū appulit unda,
 E t quamuis aberat, corpus tamen esse liquebat.
 Q uis foret ignorās quia naufragus, omine mota est,
 E t tanq̄ ignoto lachrymas daret, heu miser, inquit,
 Q uisquis es, & si qua est coniux tibi. fluctibus actum
 F it propius corpus: quod quo magis illa tuetur,
 H oc minus, & minus est mentis. iā, iāq; propinqua
 A d motum terræ, iam quod cognoscere posset,
 C ermit: erat coniux. ille est exclamat, & unā
 O ra, comas, uestem, lacerat, tendensq; trementes
 A d Ceyca manus, sic ò carissime coniux?
 S ic ad me miserande redis? ait. adiacet undis
 F acta manu moles: quæ primas æquoris undas
 F rangit, & incurfus quæ prædelassat aquarum.
 I nsilit huc, mirumq; fuit potuisse, uolabat,
 P ercutiensq; leuem modo natis æra pennis,
 S tringebat summas ales miserabilis undas.
 D umq; uolat: incesto similem, plenumq; querela
 O ra dedere sonum tenui crepitantia rostro.
 V t uero tetigit mutum, & sine sanguine corpus:
 D ilectos artus amplexa recentibus alis,
 F rigida nequicquam duro dedit oscula rostro.
 S enserit hoc Ceyx, an uultum motibus undæ
 T ollere sit uisus, populus dubitabat, at ille
 S enserat: & tandem superis miserantibus, ambo
 A lite mutantur satis obnoxius iisdem
 T unc quoq; mansit amor: nec coniugiale solutū est
 F ædus in alitibus, coeunt: fiuntq; parentes,

Perq̄; dies placidos hyberno tempore septem
Incubat Halcyone pendens aequore nidis.
Tum uia tuta maris: uentos custodit: & arcet
Aeolus egressu: praestatq̄; nepotibus aequor.
Hos aliquis senior circum freta lata uolantes
Spectat: & ad finem seruatos laudat amores.
Proximus, aut idem, si fors tulit, hic quoq; dixit
Quem mare carpentem, substrictaq; crura gerentem
Aspicis, ostendens spatiosum in guttura mergum,
Regia progenies, & si descendere ad ipsam
Ordine perpetuo quaeris, sunt huius origo
Ilus & Assaracus, rapuisq; Ioni Ganymedes,
Laomedonq; senex, Priamusq; nouissima Troiae
Tempora sortitus: frater fuit Hectoris iste:
Qui nisi sensisset prima noua fata iuuenta:
Forsitan inferius non Hectore nomen haberet
Quamuis est illum proles enixa Dymantis:
Aesacon umbrosa furtim peperisse sub Ida
Ferur Alixirhoe gracili conata bicorni.
Oderat hic urbes: nitidaq; remotus ab aula
Secretos montes, & inambitiosa colebat
Rura: nec Iliacos caetus, nisi rarus adibat.
Non agreste tamen, nec inexpugnabile amori
Pectus habens, syluas captatam saepe per omnes
Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa
Iniectos humeris siccantem sole capillos,
Visa fugit Nymphae, ueluti perterrita fuluum
Cerua lupum, longeq; lacu deprensa relicto
Accipitrem fluuialis anas, quam Troius heros
Insequitur: celeremq; metu, celer urget amore.

Ecce latens herba coluber fugientis adunco
Dente pedem strinxit: uirusq; in corpore liquit.
Cum uita suppressa fuga est. amplectitur amens
Ex animem: clamatq;, piget piget esse secutum:
Sed non hoc timui: neq; erat mihi uincere tanti.
Perdidimus miseram nos te duo: uulnus ab angue.
Ame causa data est, ego sum sceleratior illo.
Qui tibi morte mea mortis solatia mittam.
Dixit: & è scopulo, quem rauca subederat unda:
Decidit in pontum. Tethys miserata cadentem
Molliter excepit: nantemq; per æquora pennis
Texit: & optata non est data copia mortis.
Indignatur amans inuitum uiuere cogi:
Obstariq; animæ misera de sede uolenti
Exire: utq; nouas humeris assumpserat alas
Subuolat: atq; iterum corpus super æquora mittit.
Pluma leuat casus: furit Æsacus: inq; profundum
Pronus abit: letiq; uiam sine fine retentat.
Fecit amor maciem: longa internodia crurum:
Longa manet ceruix: caput est à corpore longe:
Aequor amat: nomenq; manet, quia mergitur illo.

CAR. V IVIANI Collensis in .XII. Metis.

Argumentum.

B ella domum phrygius cum coniuge portat adulter.
T estoridesq; canens spatiosi tempora belli.
R egia uirgineis uirgo te destinat aris,
M inior at parcat supposta Delia cerna.
F ama uolat, iamq; hostis adest. iam prothefilaus
O ccidit Æacidae Cygnus iam insaucius armis
A mittit ueterem seruato nomine formam.
V t Cænis Cæneus, Cæneus ut fulua uolucris
F actus, & enarrat Lapitharum prælia Nestor,
V tq; Periclimenus frustra uariauerit ora.
O ccidit Æacides, at duræ indebita morti
M agna rogo superest heroæ gloria uitæ,

P. OVI. NASO. METAMORPHOSEOS. LIB. XII.

Escius assumptis Priamus patet
 Aesacon alis
 Viuere, lu gebat: tumulo quoq; no-
 men habenti

I nferias dederat cum fratribus Hector inanes.
 D esuit officio Paridis praesentia tristi:
 P ost modo qui rapta longum cum coniuge bellum
 A ttulit in patriam, coniurataq; sequuntur
 M ille rates, gentisq; simul commune pelasge.
 N ec dilata foret uindicta: nisi equora saevi
 I nuia fecissent uenti: Bœotaq; tellus
 A ulide piscosa puppes tenuisset ituras.
 H ic patrio de more Ioui cum sacra parassent:
 V t uetus accensis incanduit ignibus ara:
 S erpere cœruleum Danaï uidere draconem
 I n platano: cœptis quæ stabat proxima sacris.
 N idus erat uolucrum bis quattuor arbore summa.
 Q uas simul, & matrem circum sua damna uolantē
 C orripuit serpens: amidaq; recondidit aluo.
 O bstupuerunt omnes. at ueri prouidus augur
 T hestorides uincemus, ait: gaudete Pelasgi:
 T roia cadet: sed erit nostri mora longa laboris.
 A tq; nouem uolucres in belli digerit annos.
 I lle ut erat uirides amplexus in arbore ramos:
 F it lapis: & seruat serpentis imagine saxum.
 P ermanet Aonijs Nereus uiolentus in undis:
 B ellaq; non transfert: & sunt qui parcere Troie

METAMOR.

Neptunum credant: quia moenia fecerat urbis.
At non Thestorides: neq; enim nescit'ue, tacet'ue,
Sanguine uirgineo placandam uirginis iram
Esse deæ. postquam pietatem publica causa,
Rexq; patrem uicit: castumq; datura cruorem
Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris:
Vista dea est: nubemq; oculis obiecit: & inter
Officium, turbamq; sacri uocesq; precantium,
Supposita fertur mutasse Micenida cerua.
Ergo ubi qua decuit, lenita est cæde Diana:
Et pariter Phœbus, pariter maris ira recessit:
Accipiunt uentos à tergo mille carinae:
Multaq; perpressæ phrygia potiuntur arena.
Orbe locus medio est inter terrasq;, fretumq;,
Cælestesq; plagas triplicis confinia mundi:
Vnde quod est usquam, quamuis regionibus absit,
Inspicitur: penetratq; cauas uox omnis ad aures.
Fama tenet: summaq; locum sibi legit in arce
Innumerosq; aditus, ac mille foramina tectis.
Addidit: & nullus inclusit limina portis.
Nocte, dieq; patet: tota est ex ære sonanti:
Tota fremit: uocesq; refert: iteratq; quod audit.
Nulla quies intus, nullaq; silentia parte.
Nec tamen est clamor, sed parua murmura uocibus
Qualia de pelagi (siquis procul audiat) undis
Esse solent: qualem'ue sonum, cum Iuppiter atrati
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet: ueniunt leue uulgus: euntq;
Mistaq; cum ueris passim commenta uagantur
Milliarumorum: confusaq; uerba uolitant.

E quibus

E quibus hi uacuas implent sermonibus aures:
 Hi narrata ferunt aliò: mensuraq; ficti
 Crescit: & auditis aliquid nouus adijcit auctor
 Illic credulitas, illic temerarius error,
 Vanaq; lætitia est, consternatiq; timores,
 Seditioq; recens, dubioq; auctore susurri.
 Ipsa quid in cælo rerum, pelagoq; geratur
 Et tellure uidet: tonumq; inquirit in orbem.
 Fecerat hæc notum graias cum milite forti
 Aduentare rates: neq; inexpectatus in armis
 Hostis adest: prohibent aditus, littusq; tuentur
 Troës: & hecforea primus fataliter hasta
 Protefilaë cadis: commissaq; prælia magno
 Siant Danaïs, fortesq; aiæ, neq; cognitus Hector,
 Nec Phryges, exiguo, quid Achaïca dextera possit
 Sanguine, senserunt. & iam sigea rubebant
 Littora: iam leto proles Neptunia Cygnus
 Mille uiros dederat: iam currus stabat Achillis:
 Totaq; peliaca sternebat cuspidis ictu
 Agmina: p̄q; acies, aut Cygnū, aut Hectora querēs,
 Congreditur Cygno. decimum dilatus in annum
 Hector erat. tum colla iugo canentia pressos
 Exhortatus equos currum direxit in hostem:
 Concutiensq; suis uibrantia tela lacertis,
 Quisquis es o iuuenis dixit, solamen habeto
 Mortis: ab hæmonio quod si iugulatus Achille.
 Hactenus Æacides. uocem grauis hasta secuta est.
 Sed quanquam certa nullus fuit error in hasta:
 Nil tamen emissi pro fecit acumine ferri.
 Vtq; hebeti pectus tantummodo contudit ictu:

Quid. Meta.

¶

METAMOR.

Nate Dea (nam te fama prænouiimus) inquit)
Ille, quid à nobis uulnus muraris abesse?
 (Mirabatur enim) non hæc, quam cernis equinis
Fulua iubis, cassis, nec onus caua parma sinistra
Auxilio mihi sunt: decor est quæsitus ab istis.
Mars quoq; ob hoc, cape arma solet, remouebitur o
Tegminis officium: tamen indistrictus abibo.
Est aliquid non esse satum Nereide, sed qui
Nereaq; , & natas, & totum temperat æquor.
Dixit: & hæsurum clypei curuamine telum
Misit in Aeaciden: quod & æs, & proxima rupit
Terga nouena bouum: decimo tñ orbe moratum est
Excipit hoc Heros: rursusq; tremantia fori
Tela manu torsit: rursus sine uulnere corpus,
Syncerumq; fuit. nec tertia cuspis apertum,
Et si præbentem ualuit distringere Cygnum.
Haud secus exarsit: quàm circo Taurus aperto:
Cum sua terribili peñit irritamina cornu
Phæniceas uestes: elusaq; uulnera, sentit.
Num tamen exciderit ferrum, considerat hastæ
Hærebat ligno manus est mea debilis ergo:
Quasq; (ait) ante habuit uires effudit in uno.
Nam certe ualuit: uel cum Lyrnesia primum
Mœnia deieci: uel cum Tenedonq; , suoq;
Aetionias impleui sanguine Thebas.
Vel cum purpureus populari cade Caycus
Fluxit: opusq; meæ bis sensit Telephus hastæ.
Hic quoq; tot cæsis quorum per littus aceros
Et feci, & uideo: ualuit mea dextra, ualetq; .
Dixit: & ante actis ueluti male crederet, hastam

Misit in aduersum Lycia de plebe Meneten:
 Loricamq; simul, subiectaq; pectora rupit.
 Quo plangente grauem moribundo pectore terram,
 Extrahit illud idem calido de uulnere telum:
 Atq; ait, hæc manus è hæc, qua modo uicimus, hasta
 Vtar in hoc iisdem: sit in hoc precor exitus idem.
 Sic fatur: Cygnumq; petit: nec fraxinus errat:
 Inq; humero sonuit non euitata sinistro.
 Inde uelut muro, solidaq; à caute, repulsa est.
 Qua tamen ictus erat, signatum sanguine Cygnum
 Viderat: & frustra fuerat gaudius Achilles:
 Vlnus erat nullum: sanguis fuit ille Menetæ.
 Tum uero præceps curru fremebundus ab alto
 Desilit: & niñdo securum comminus hostem
 Ense petens, parmam gladio, galeamq; cauari
 Cernit: & in duro lædi quoq; corpore ferrum.
 Haud tulit ulterius: gladioq; aduersa reducto
 Ter quater ora uiri capulo & caua tempora pulsat:
 Cedentemq; sequens instat: turbatq;, ruitq;:
 Attonitoq; negat requiem. pauor occupat illum.
 Ante oculosq; natant tenebræ retroq; serenti
 Auersos passus medio lapis obstitit aruo.
 Quem super impulsus resupino corpore Cygnum
 Vi multa uertit, terræq; afflixit Achilles.
 Tum clypeo, genibusq; premens præcordia duris,
 Vincula trahit galeæ: quæ presso subdidita mento
 Elidunt fauces: & respiramen, iterq;
 Eripiunt animæ. uictum spoliare parabat.
 Arma relicta uidet. corpus deus æquoris albam
 Contulit in uolucrem: cuius modo nomen habebat.

METAMOR.

Hic labor, hæc requiem multorum pugna dierum
 A tulit: & positis pars utraq; substitit armis.
 Dumq; uigil phrygios seruat custodia muros:
 Et uigil argolicas seruat custodia fossas:
 Festa dies aderat: qua Cygni uictor Achilles
 Pallada martatae placabat sanguine uacca.
 Cuius ut imposuit profecta calentibus aris:
 Et dijs acceptus penetravit in æthera nidor:
 Sacra tulere suam, pars est data cætera mensis.
 Discubere toris proceres: & corpora tosta
 Carne replent: uinoq; leuant curasq;, sitimq;.
 Non illos citharæ, non illos carmina uocum,
 Longaq; multisoni delectat tibia Buxi:
 Sed noctem sermone trahunt: uirtusq; loquendi
 Materia est: pugnas referunt hostisq;, suasq;.
 Inq; uices adita, atq; exhausta pericula sæpe
 Commemorare iuuat: qd. n. loqueretur Achilles?
 Aut quid apud magnū potius loquerentur Achille?
 Proxima præcipue domito uictoria Cygno
 In sermone fuit. uisum mirabile cunctis:
 Quod iuuenis corpus nullo penetrabile tello,
 Inuictumq; à uulnere erat: ferrumq; terebat:
 Hoc ipse Æacides, hoc mirabantur Achiui:
 Cum sic Nestor ait. uestro fuit unicus æuo
 Contemptor ferri, nulloq; forabilis ictu
 Cygnus: at ipse olim patientem uulnera mille
 Corpore non læso Perrhabum Cæneanidi:
 Cænea Perrhabum: qui factis inclytus Othryi
 Incoluit: quoq; id mirum magis esset in illo:
 Fæmina natus erat. mostri nouitate mouentur

Quisquis adest: narretq; rogant: quos inter Achilles
 Dic age (nam cunctis eadem est audire uoluntas)
 O facunde senex cui prudentia nostri,
 Quis fuerit Cæneus: cur in contraria uersus:
 Qua tibi militia, cuius certamine pugnae
 Cognitus: à quo sit uictus, si uictus ab ullo est.
 Tum senior, quamuis obstet mihi longa uetustas:
 Multaq; me fugiant primis spectata sub annis:
 Plura tamen memini: nec quæ magis hæreat, ulla
 Pectore res nostro est inter belliq;, domusq;
 Afta tot. ac si quem ponit spatiosa senectus
 Spectatorem operum multorum reddere: uixi
 Annos bis centum nunc tertia uiuitur ætas.
 Clara decore fuit proles Elateia Cænis
 Thessalidum uirgo pulcherrima, perq; propinquas
 Perq; tuas urbes (tibi enim popularis Achille)
 Multorum frustra uotis optata procorum.
 Tentasset Peleus thalamos quoq; forsitan illos:
 Sed iam aut contigerant illi connubia matris,
 Aut fuerant promissa tuæ. nec Cænis in ullos
 Denupsit thalamos: secretaq; littora carpens
 Aequorei uim passa Dei est: ita fama ferebat.
 Vtq; nouæ ueneris Neptunus gaudia capit:
 Sint tua uota licet (dixit) secuta repulsæ:
 Elige quid uoueas: eadem hoc quoq; fama ferebat.
 Magnum Cænis ait, facit hæc iniuria uotum
 Tale pati iam posse nihil: da foemina ne sum:
 Omnia præstiteris. grauiore nouissima dixit
 Verba sono: poteratq; uiri uox illa uideri:
 Sicut erat nam iam uoto Deus æquoris altæ

Annuerat: dederatq; super: ne saucius ullis
Vulneribus fieri, ferro ue occumbere posset.
Muere laetus abir: studijsq; uirilibus auium
Exigit Atracides: peneiaq; arua pererrat.
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus:
Nubigenasq; feros, positus ex ordine mensis,
Arboribus tecto discumbere iusserat antro:
Hamoniij proceres aderant: aderamus & ipsi:
Festaq; confusa resonabat regia turba.
Ecce canunt Hymenaeon: & ignibus atria fumant
Cinctaq; adest uirgo matrumq; nurrumq; caterua
Praesignis facie, felicem diximus illa
Coniuget Pirithoum: quod penè sefellimus omen,
Nam tibi saeuorum saeuissime centaurorum
Euryte quam uino pectus, tam uirgine uisa
Ardet: & ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euersae turbant conuiuia mensae:
Raptaturq; comis per uim noua nupta prehensis.
Eurytus Hippodamen, alij, quam qsq; probabat,
Aut poterat, rapiunt: captaq; erat urbis imago.
Femineo clamore sonat domus, ocyus omnes
Surgimus: & primus, quae te uecordia Theseus
Euryte pulsat? ait, qui me uiuente laceffas
Pirithoum, uiolesq; duos ignarus in uno. (ros.
Ne ue ea magnanimus frustra memorauerit He
Sum mouet instantes: raptamq; furentibus aufert.
Ille nihil contra: neq; enim defendere uerbis
Talia facta potest: sed uindicis ora proteruis
Insequitur manibus: generosaq; pectora pulsat.
Forte fuit iusta signis extantibus asper

Antiquus crater: quem uastum, uastior ipse
 Sustulit Aegides: aduersaq; misit in ora.
 Sanguinis ille globos pariter, cerebrumq; , meruq;
 Vulnere, & ore uomens, madida resupinus arena
 Calcitrat. ardescunt germani caede bimembres:
 Certatimq; omnes uno ore arma, arma loquuntur.
 Vina dabant animos: & prima pocula pugna
 Missa uolant: fragilesq; cadi, curuq; lebetes,
 Res epulis quondam, tum bello, & caedibus aptæ.
 Primus Ophionides amycus penetralia donis
 Haud finuit spoliare suis, & primus ab æde
 Lampadibus densum rapuit finale coruscis:
 Elatumq; alte, ueluti qui candida tauri
 Rumpere sacra molitur colla securi:
 Illisit fronti lapithæ Celadontis: & ossa
 Non agnoscendo confusa reliquit in ore.
 Exiliere oculi: disiectisq; ossibus oris
 Asta retronaris, medioq; est fixa palato.
 Hunc pede conuulso mensæ Pelles acernæ
 Stramit humi Belates deiecto in pectora mento:
 Cumq; atromistos spumantem sanguine dentes,
 Vulnere tartareas geminato misit ad umbras.
 Proximus ut steterat: spectans altaria uultu
 Fumida terribili, cur non (ait) utimur istis?
 Cumq; suis Gryneus immanem sustulit aram
 Ignibus: & medium Lapitharum iecit in agmen:
 Oppressitq; duos Brotean, & Orion. Orio
 Matererat Mycale: quam deduxisse canendo
 Sæpe reluctantis constabat cornua Lunæ
 Non impune ferēs, teli modo copia demur:

METAMOR.

Dixerat Exadius: teliq; habet instar, in alta
Quæ fuerant pinu, uotini cornua cerui.
Figitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo:
Eruiturq; oculos: quorum pars cornibus hæret:
Pars fluit in barbam: concretaq; sanguine pendet.
Ecce rapit medijs flagrantem Rhœtus ab aris
Primitiuum torrem: dextraq; à parte Charaxi
Tempora perfringit fuluo protecta capillo.
Correpti rapida, ueluti seges arida, flamma
Arserunt crines: & uulnere sanguis inustus
Terribilem stridore sonum dedit: ut dare ferrum
Igne rubens plerumq; solet: quod forcipe curua
Cum faber eduxit, lacubus demittit: at illud
Stridet & in tepida submersum sibilat unda.
Saucius hirsutis avidum de crimibus ignem
Excutit: inq; humeros limen tellure reuulsum
Tollit onus plaustris: quod ne permittat in hostem,
Ipsa facit grauitas. socium quoq; saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore Cometen.
Gaudia nec retinet Rhœtus: sic comprecor inquit
Cætera sit fortis castrorum turba tuorum:
Semicremoq; nouat repetitum stipite uulnus:
Terq; quaterq; graui iuncturas uerticis ictu
Rupit: & in liquido sederunt ossa cerebro.
Victor ad Euagrum, Corinamq; Dryatâq; transit.
Equibus ut prima tectus lanugine malas
Procubuit Corinus: puero quæ gloria fuso
Parta tibi est Euagrus ait? nec dicere Rhœtus
Plura sinit: rutilasq; ferox in aperta loquentis
Condidit ora uiri, perq; os in pectora flammâ.

T e quoq; saue Drya circum caput igne rotato
 I nsequitur: sed non in te quoq; constitit idem
 E xitus: assidue successu cedis ouantem,
 Qua iuncta est humero ceruix, sude figis obusta.
 I ngemuit, duroq; sudem uix osse reuellit
 R hœtus: & ipse suo madefactus sanguine fugit.
 F ugit & Orneus, Lycabasq; & saucius armo
 D exteriori Medon, & cum Pisenore Thaumias,
 Quiq; pedum nuper certamine uicerat omnes
 Mermeros, accepto tum uulnere tardius ibat.
 E t Pholus, et Melaneus, et Abas prædator apron:
 Quiq; suis frustra bellum dissuaserat augur
 A stylos: ille etiam metuenti uulnera Nesso,
 N e fuge, ad herculeos (inquit) seruaberis arcus.
 A t nō Eurynomus, Lycidasq; & Aræus, et ibrens
 E ffigere necem: quos omnes dextra Dryantis
 P erculit aduersos. aduersum tu quoq; quamuis
 T erga fugæ dederas uulnus Caneæ tulisti.
 N am graue respiciens inter duolumina ferrum
 Quæ naris fronti committitur, accipis, imæ.
 I n tanto fremitu cunctis sine fine iacebat
 S opitus uenis, & inexperrectus Aphidas:
 L anguentiq; manu carchesia mista tenebat,
 F usus in ossæ uillosis pellibus ursæ,
 Quæ procul ut uidit frustra nulla arma mouentem:
 I nferit amento digitos: miscendaq; dixit
 C um styge uinabibes phorbas: nec plura locutus,
 I n iuuenem torsit iaculum: ferrataq; collo
 F raximus (ut casu iacuit resupinus) adacta est.
 M ors caruit sensu: plenoq; è guttore fluxit

METAMOR.

Inq; toros, inq; ipsa niger carchesia sanguis.
Vidi ego Petram conantem euellere terræ
Glandiferâ quercum: quam dñ cõplexibus ambit:
Et quatit huc, illuc: labesecta; robora pulsat:
Lancea Pirithoi costis immissa Petræi
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi cecidisse Lycum uirtute ferebant:
Pirithoi uirtute Chromin: sed uterq; minorem
Victor titulum q̄ Dictys, Helopsq; dederunt.
Fixus Helops iaculo est: quod peruia tēpora fecit:
Et missum à dextra læuam penetravit ad aurem.
Dictys ab ancipiti delapsus acumine montis
Dum fugit instantem trepidans Ixione natum:
Decidit in præceps: & pondere corporis ornum
Ingentem fregit: suaq; induit ilia fractæ.
Vltor adest Phareus: saxumq; è monte reuulsum
Mittere conatur: mittentem stipite querno
Occupat Aegides: cubitiq; ingentia fregit
Ossa: nec ulterius dare corpus inutile leto
Aut uacat, aut curat: tergoq; Bianoris alii
Insilit, haud solito quenquam portare nisi ipsum:
Opposuitq; genu costis: prensamq; sinistra
Cæsariem retinens, uultum minitantiaq; ora
Robore nodoso, præduraq; tempora fregit.
Robore Nedymnum, iaculatoremq; Lyceum,
Sternit, & immissa protectum pectora barba
Mippason, & summis extantem Riphea syluis,
Tereaq; hæmonijs qui prensos montibus urfos
Ferre domum uiuos, indignantesq; solebat.
Haud tulit utentem pugnae successibus ultra

Thesæa Demoleon: solidoq; reuellere dūmo
Annosam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit: præfractam misit in hostem.
Sed procul à telo Thesæus ueniente recessit
Pallados admonitu (credi sic ipse uolebat)
Non tamen arbor iners cecidit: nam Grantoris alti
Abscidit iugulo pectusq; humerumq; sinistrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris Achille:
Quem Dolopum rector bello superatus Amyntor
Aecidæ dederat pacis pignusq; , fidemq;
Hunc procul ut fcedo disiectum uulnere Peleus,
Vidit: at inferias iuuenum gratissime Grantor
Accipe ait: ualidoq; in Demoleonta lacerto
Fraxineam misit mentis quoq; uiribus hastam.
Quæ laterum cratem perrupit: & ossibus hærens
Intremuit. trahit ille manu sine cuspide lignum:
Id quoq; uix sequitur: cuspis pulmone retenta est.
Ipse dolor uires animo dabat: æger in hostem
Erigitur: pedibusq; uirum proculcat equinis.
Excipit ille ictus galea, clypeoq; sonanti:
Defensatq; humeros: prætentatq; sustinet arma.
Perq; armos uno duo pectora perforat ictu.
An te tamen leto dederat Phlegraon, & Hylen
Eminus: Hiphinorum collato Marte Claninq;
Additur his Dorylas: qui tempora tecta gerebat
Pelle lupi, sæuiq; uicem præstantia teli
Cornua dura bonum: nullo rubefacta cruore.
Hic ego (nam uires animus dabat) aspice dixi
Qantum concedant nostro tua cornua ferro:
Et iaculum torfi: quod cum uitate nequiret:

METAMOR.

O pposit dextram passuræ uulnera fronti.
A ffixa est cum fronte manus. sit clamor: at illum
Hærentem Peleus, & acerbo uulnere uictum
 (Stabat enim propior) mediam ferit ense sub aluū.
Prosiliit: terraq; ferox sua uiscera traxit:
Traçtaq; calcavit: calcataq; rupit: & illis
Crura quoq; impediit: & inani concidit aluo.
Nec te pugnanti tua Cyllare forma redemit:
 (Si modo naturæ formam concedimus illi)
Barba erat incipiens: barbæ color aureus: aureaq;
Ex humeris medios coma dependebat in armos:
Gratus in ore uigor: ceruix, humeriq;, manusq;
Pectoraq; artificum laudatis proxima signis:
Et quacunq; uir est. nec equi mendosa sub illo
Deteriorq; uiro facies. da colla, caputq;
Castore dignus erit: sic tergum sessile, sic sunt
Pectora celsa toris: totus pice nigrior atra:
Candida cauda tamē, color ē quoq; cruribus albus.
Multæ illum petiere sua de gente: sed una
Abstulit Hylonome: qua nulla decentior inter
Semiferas altis habitauit fœmina syluis.
Hæc & blanditijs, & amando, & amare fatēdo,
Cyllaron una tenet: cultus quoq; quantus in illis
Esse potest membris: ut sit coma pectine leuis:
Vt modo rore maris modo se uiola'ue, rosa'ue
Implicet: interdum canentia lilia gestet:
Bisq; die lapsis pagasa uertice syluæ
Fontibus ora lauet: bis flumine corpora tingat:
Nec nisi quæ deceant, electarumq; ferarum
Aut humero, aut lateri prætendat uellera læuo.

P ar amor est illis: errant in montibus unâ:
A ntra simul subeunt. & tum lapitheia testa
I ntrarant pariter: pariter fera bella gerebant.
A uctor in incerto est: iaculum de parte sinistra
V enit: & inferius quâ collo pectora subsunt
C yllare te fixit. paruo cor uulnere laesum
C orpore cum toto post tela educta refrixit.
P roinus Hylonome morientes excipit artus:
I mpositaq; manu uulnus fouet: oraq; ad ora
A dmouet: atq; anima fugienti obsistere tentat.
V t uidet extinctum: dictis, quæ clamor ad aures
A rguat ire meas, telo quod inhæserat illi
I ncubuit moriensq; suum complexa marium est.
A nte oculos stat & ille meos: qui sena leonum
V inxerat inter se connexis uellera nodis
P hecomes, hominemq; simul protectus, equumq;
C odice qui misso, quem uix iuga bina mouerent
I uncta: Phonoleniden à summo uertice fregit.
F racta uolubilitas capitis latissima: perq; os
P erq; canas nares, oculosq;, auresq;, cerebrum
M olle fluit: ueluti concretum uimine querno
L ac solet: ut ne liquor rari sub pondere cribri
M anat: & exprimit per densa foramina spissus.
A st ego, dum parat hic armis nudare iacentem:
 (Scit tuus hoc genitor) gladium spoliantis inima
I lia demisi. Chthonius quoq;, Teleboasq;
E nse iacent nostro: ramum prior ille bifurcum
G esserat: hic iaculum. iaculo mihi uulnera fecit:
 (Signa uides) apparet adhuc uetus inde cicatrix.
T wnc ego debueram capienda ad pergamma mitti.

METAMOR.

Tunc poteram magni si non superare, morari
Hectoris arma meis: illo sed tempore nullus,
Aut puer Hector erat: nunc me mea deficit ætas.
Quid tibi uictorem gemini Periphanta Pyren?
Ampica quid referam? qui quadrupedantis Oëcli
Fixit in aduerso cornum sine cuspide uultu.
Vecte Peletronius Macareus in pectus adalfo
Strauit Erigdupum: memini & uenabula condi
Inguine Nessai manibus coniecta Cymeli.
Nec tu credideris tantum tecinisse futura
Ampyciden Mopsum: Mopso iaculante biformis
Occubuit: frustraq; loqui tentauit Odites,
Ad mentum lingua, mentoq; ad guttura fixo.
Quinq; neci Cæneus dederat, Stiphelūq;, Bromūq;
Animachūq;, Helimūq;, se curiferūq; Pyracmon.
Vulnera non memini: numerum, nomenq; notauit.
Prouolat emathij spolijs armatus Alæsi,
Quem dederat leto membris & corpore Latreus
Maximus: huic ætas inter iuuenemq; senemq;.
Vis iuuenilis erat: uariabant tempora cani.
Qui clypeo, gladioq;, macedoniaq; sarissa
Conspicuus, faciemq;, obuersus in agmen utrunq;
Armaq; concussit: certumq; equitauit in orbem:
Verbaq; tot fudit uacuas animosus in auras.
Et te Cæni feram? nam tu mihi fœmina semper,
Tu mihi Cænis eris: nec te natalis origo
Commonuit: mentemq; subit quo præmia facto
Quaq; uiri falsam speciem mercede pararis.
Vel quid nata uide, uel quid sis passa: columq;
Icape cum calathis: & stamina pollice torque:

Bella relinque uiris. iactantū talia Caneus
Extentum cursu missa latus eriat hasta,
 Quā uir equo commissus erat, furit ille dolore:
Nudaq; Phylei iuuenis ferit ora sarissa.
Non secus hæc resilit, q̄ tecti à culmine grando:
Aut si quis paruo feriat caua tympana saxo.
Comminus aggreditur: lateriq; recondere duro
Luctatur gladium: gladio loca peruia non sunt.
Haud tamen effugies: medio iugulaberis ense:
 Quandoq̄ de mucro est hebes, inqt: et in latus ensem
Obliquat: longaq; amplectitur ilia dextra.
Plaga facit gemitus ut corpore marmoris ic̄ti:
Frastraq; dissilijt percusso lamina collo.
Vt satis illesos miranti præbuit artus:
Nunc age ait Caneus nostro tua corpora ferro
Tentemus: capuloq; tenuis demisit in armos
Ensem fatiferum: cacamq; in uiscera mouit,
Versauitq; manum: uulnusq; in uulnere fecit.
Ecce ruunt uasto rapidi clamore bimembres:
Telaq; in hunc omnes unum mittuntq; feruntq;
Tela retusa cadunt: manet imperfossus ab omni
Inq; cruentatus Caneus Elatrus ic̄tu.
Fecerat attonitos noua res: heu dedecus ingens
Monychus exclamat: populus superamur ab uno
Vixq; uiro. quanq̄ ille uir est: nos segnibus actis
 Quod fuit ille, sumus. quid mēbra īmani profunt?
 Quid gemina uires? Et quod fortissima rerum
In nobis duplex natura animalia iunxit?
Nec nos matre dea, nec nos Ixione natos
Essere or: qui tantus erat, Iunonis ut altæ

METAMOR.

Spem caperet: nos semimari superamur ab hoste.
Saxa, trabesq; super, totosq; inuoluite montes:
Viacemq; animam missis elidite syluis:
Sylua premat fauces: & erit pro uulnere pondus:
Dixit: & insanis deiectam uiribus austru
Forte trabem nactus ualidum coniecit in hostem:
Exemplumq; fuit: paruoq; in tempore nudus
Arboris Othrys erat: nec habebat pelion umbras.
Obrutus immani cumulo sub pondere Cæneus
Aestuauit arboreo: coniectaq; robora duris
Fert humeris. sed enim postq; super ora, caputq;
Creuit onus: nec habet quas ducat spiritus auræ:
Deficit interdum modo se super aëra frustra
Tollere conatur: iactasq; euoluere syluas:
Interdumq; mouet: ueluti quam cernimus (ecce)
Ardua si terræ quatantur motibus Idæ.
Exitus in dubio est: alij sub inania corpus
Tartara detrusum sylvarum mole ferebant.
Abnuit Ampycides: medioq; ex aggere fuluis
Vidit auem pennis liquidas exire sub auræ:
Quæ mihi tunc primum, tunc est conspecta supremæ.
Hanc ubi lustrantem leni sua castra uolatu
Mopsus: & ingenti circum clamore sonantem
Aspexit: pariterq; animo est oculisq; secutus:
Osalue dixit lapithææ gloria gentis
Maxime uir quondam, sed auis nunc unica, Cæneus.
Credita res auctore suo est: dolor addidit iram:
Oppressumq; ægre tulimus tot ab hostibus unum:
Nec prius abstinimus ferro exercere dolorem:
Quam data pars leto: partem fuga, noxq; remouit.

Hæc inter

Hæc inter Lapithas & semihomines Centauros
 Pælia Telepolemus Pylio referente, dolorem
 Pæteriti Alcideæ tacito non pertulit ore:
 Atq; ait, Herculeæ mirum est obliuia laudis
 Acta tibi senior: certe mihi sæpe referre
 Nubigenas domitos à se pater ipse solebat.
 Tristis ad hæc Pylius, quid me meminisse malorum
 Cogis? & obductus annis rescindere luctus?
 Inq; tuum genitorem odium, offensasq; fateri?
 Ille quidem maiora fide quoq; gessit: & orbem
 Impleuit meritis: quod mallem posse negare:
 Sed neq; Deiphobum: nec Polydantanta, nec ipsum
 Hæciora laudamus: quis enim laudauerit hostem?
 Ille tuus genitor Messenia mœnia quondam
 Stravit: & immeritas urbes Elinq; Pyliumq;
 Diruit: inq; meos ferrum, flammâsq; penates
 Impulit: utq; alios tæceam, quos ille peremit:
 Bis sex Neleida fuimus conspecta iuventus:
 Bis sex herculeis ceciderunt, me minus uno.
 Viribus atq; alios uinci potuisse ferendum est:
 Mira Periclymeni mors est: cui posse figuras
 Sumere quas uellet, rursusq; reponere sumptas,
 Neptunus dederat, Nelei sanguinis auctor,
 Hic ubi nequicquam est formas uariatus in omnes:
 Vertitur in faciem uolucris: quæ fulmina curuis
 Ferre solet pedibus diuum gratissima regi.
 Viribus usus auis pennis, rostroq; redunco
 Hamatisq; uiri lanauerat unguibus ora.
 Tendit in hanc nimium certos Tirynthius arcus:
 Atq; inter nubes sublimia membra ferentem,

METAMOR.

Pendentemq; ferit lateri qua iungitur ala:
Nec graue uulnus erat: sed rupti uulnere nerua
Deficiunt: motumq; negant, uiresq; uolandi.
Decidit in terram non concipientibus auris
Infirmiss pennis: Et qua leuis haeserat ala
Corporis affixi pressa est gravitate sagitta:
Perq; latus summum iugulo est exacta sinistro
Num uideor debere tui praeconia rebus
Herculis o Rhodiae ductor pulcherrime classis?
Ne tamen ulterius q; fortia facta silendo
Vliscar fratres: solida est mihi gratia tecum.
Haec postq; dulci Neleius edidit ore:
A sermone senis repetito munere bacchi
Surrexere toris: nox est data caetera somno.
At deus aequoreas qui cuspide temperat undas,
In uolucrum corpus nati Cygneida uersum
Mente dolet patria: se uimq; perosus Achillem
Exercet memores plus q; ciuilibus iras.
Iamq; ferè tracto duo per quinquennia bello
Talibus intonsum compellat smynthea dictis.
O mihi de fratris longe gratissime natis,
Irrita qui mecum posuisti moenia Troiae:
Ecquid, ubi has iam iam casuras aspicias arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia caesa doles? ecquid (ne persequar omnes)
Hectoris umbra subit circum sua per gama tractis?
Cum tamen ille ferox, belloq; cruentior ipso
Viuat adhuc operis nostri populator Achilles.
Det mihi se: saxo triplici qui cuspide possim
Sentiat, at quoniam concurrere comminus hostis

N on datur: occulta nec opinum perde sagitta.
 A nnuat: atq; animo pariter patruiq; suoq;
 D elius indulgens nebula uelatus in agmen
 P eruenit iliacum: mediaq; in cæde uirorum
 R ara per ignotos spargentem cernit achiuos
 T ela Parin: fassusq; deum, quid spicula perdis
 S anguine plebis (ait) siqua est tibi cura tuorum:
 V ertere in Æaciden: cæsosq; ulciscere fratres.
 D ixit: & ostendens sternentem troica ferro
 C orpora Peliden, arcus obuerit in illum:
 C ertaq; letifera direxit spicula dextra.
 Q uo priamus gaudere senex post Hectora posset,
 H oc fuit: ille igitur tantorum uictor Achille
 V. iētus es à timido graiæ raptore marita.
 A t si scæmineo fuerat tibi Marte cadendum:
 T hermodontica malles cecidisse bipenni.
 I am timor ille Phrygum, decus, & tutela pelagū
 N ominis Æacides, caput insuperabile bello,
 A rserat: armarat deus idem, idemq; cremarat.
 I am cinis est: & de tam magno restat Achille
 N escio qd, paruam quod non bene cōpleat urnā.
 A t uiuit, totum quæ gloria compleat orbem.
 H æc illi mensura uiro respondet: & hæc est
 P ar tibi pelide: nec inania tartara sentit.
 I psetiam, ut cuius fuerit cognoscere posses:
 B ella mouet clypeus: deq; armis arma feruntur.
 N on ea Tytides, non audet Oileus Ajax,
 N on minor Atrides non bello maior, & auo,
 P oscere: non alij. soli Telamone creato
 L aërtaq; fuit, tantæ fiducia laudis.

METAMOR.

A se Tantalides onus, inuidiamq; remouit:
Argolicosq; duces medijs considerare castris
Iussit: & arbitrium litis traiecit in omnes.

CAR. VIVIANI Collensis in. XIII. Meta.

Argumentum.

A eacide arma petunt Aiax, & dirus Vlysses.
Quiq; aliena nequit, in se sua corripit arma,
Ardentem Troiam regina & fata suorum
Placantemq; umbras natam deplorat Achillis,
Fitq; canis dirum polymestoris ultra furorem.
Memnonides propria genitori morte parentant.
Tendit in Italiam fato Cytheraeus heros.
Cui Cedes, Anius memorat casusq; suorum.
Atq; alijs clypeum caelatum casibus offert.
Horridus ipse etiam sentit Poliphemus anorem,
Riualemq; necat liquidas qui transit in undas
Claucus amat, sequiturq; suae miracula praeda.

P. OVI. NASO. METAMOR/
PHOSEOS. LIB. XIII.

Onsedere duces, & vulgi stan
te corona

c Surgit ad hos clypei dominus
septuplicis Aïax.

Viq; erat impatiens ira, sigeia
toruo

Littora respexit classemq; in littore, uultu:

Intendensq; manus, Agimus pro Iuppiter, inquit

Ante rates causam: & mecum confertur Vlysses.

At non Hectoreis dubitauit cedere flammis:

Quas ego sustinui: quas hac à classe fugauit.

Tutus est igitur fictis contendere uerbis,

Quàm pugnare manu. sed nec mihi dicere promptū,

Nec facere est isti: quantumq; ego Marte feroci,

Inq; acie ualeo: tantum ualet iste loquendo.

Nec memoranda tamen uobis mea facta Pelasgi

Esse reor (uidistis enim) sua narret Vlysses:

Quæ sine teste gerit: quorum nox conscia sola est.

Premia magna peti fateor: sed demit honorem

Æmulus Aiaci. non est tenuisse superbum

(Sit licet hoc ingens) quicquid sperauit Vlysses.

Iste tulit pretium iam nunc certaminis huius:

Qui cum uictus erit, mecum certasse feretur.

Atq; ego, si Virtus in me dubitabilis esset:

Nobilitate potens essem Telamone creatus:

Mœnia qui fori troiana sub hercule caput:

Littoraq; intravit pagasa colcha carina.

METAMOR.

A eacus huic pater est, qui iura silentibus illis
R eddit, ubi Æolidē saxum graue sisyphon urget.
A eacon agnoscit summus, prolemq; fatetur
I uppiter esse suam sic à Ioue tertius Ajax.
N ec tamen hæc series in causam profit Achivi,
S i mihi cum magno non est communis Achille.
F rater erat: fraterna peto, quid sanguine cretus
S isyphio, furisq; & fraude simillimus illi,
I nferis æacidis alienæ nomina gentis?
A n q; in arma prior, nulloq; sub indice ueni,
A rma neganda mihi? potiorq; uidebitur illis,
V ltima qui cepit, detraxitq; furore
M ilitiam ficto: donec solertior isto,
E t sibi inutilior, timidi commenta retexit
N aupliades animi, uitataq; traxit ad arma.
O ptima nunc sumat, qui sanere noluit ulla:
N os inhonorati, & donis patrielibus orbi,
O btulimus quia nos ad prima pericula, simus.
A tq; utinam, aut uerus furor ille, aut creditus esset:
N ec comes hic phrygias unquam uenisset ad arcus
H ortator scelerum, non te Pœantia proles
E xpositum Lemnos nostro cum crimine haberet.
Q ui nunc (ut memorant) syluestribus abditus antris,
S axa moues gemini: laertiadaq; precaris
Q uæ meruit, quæ (si dij sunt) non uana precaris.
E t nunc ille eadem nobis iuratus in arma
 (Heu pars una ducum) quo successore sagittæ
H erculis unantur: fractus morboq; fameq;
V elaturq; aliturq; auibus, uolucresq; petendæ
D ebita troianis exercet spicula fatis.

Ille tamen uiuit, quia non comitatur Vlyssēm.
Vellet & infelix Palamedes esse relictus,
Viueret, aut certe letum sine crimine haberet.
Quem male conuicti nimium memor iste furoris,
Prodere rem danauim finxit, fictumq; probauit
Crimen, & ostendit quod iam præfoderat aurum.
Ergo aut exilio uires subduxit achiuis,
Aut nece: sic pugnat, sic est metuendus Vlysses.
Quilibet eloquio fidum quoq; Nestora uincat,
Haud tamen efficiet desertum ut Nestora crimen
Effer rear nullum: qui cum imploraret Vlyssēm
Vulnere tardus equi, fessusq; senilibus annis,
Proditus à socio est. non hæc mihi crimina fingi.
Scit bene Tyrides, qui nomine sæpe uocatum
Corripuit, trepidoq; fugam exprobrauit amico.
Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.
En eget auxilio, qui non tulit, utq; reliquit,
Sic linqvendus erat, legem sibi dixerat ipse.
Conclamat socios, adsum, uideoq; trementem
Pallentemq; metu, & trepidantem morte futura.
Opposui molem clypei: textiq; iacentem,
Seruaniq; animam (minimū est hoc laudis) inertē.
Si perstas certare: locum redeamus ad illum,
Redde hostes, uulnusq; tuum, solitumq; timorem,
Post clypeumq; late, & mecum contende sub illo.
At postquam eripui, cui standi uulnera uires
Non dederant, nullo tardatus uulnere fugit.
Hector adest, secumq; deos in prælia ducit,
Quaq; ruit, non tu tantum terreris Vlysse,
Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.

METAMOR.

Hunc ego sanguinea successu cedis ouantem
E minus ingenti resuspinum pondere fudi.
Hunc ego poscentem cum quo concurreret, unus
Sustinui sortemq; meam uouistis Achiui:
Et uestra ualuere preces, si quaritis huius
Fortunam pugnae: non sum superatus ab illo.
Ecce ferunt troes ferrumq;, ignesq;, Iouemq;
In Danaas classes: ubi tunc facundus Vlysses?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem uestri reditus, date pro tot nauibus arma.
Quod si uera licet mihi dicere: queritur istis,
Quam mihi maior honor: coiunctaq; gloria nostra e:
Atq; Ajax armis, non Aiaci arma petuntur.
Conferat his Ithacus Rhesum, imbellemq; Dolona,
Priamidenq; Helenum rapta cum Pallade captu.
Luce nihil gestum, nihil est Diomede remoto.
Si semel ista datis meritis tam uilibus arma:
Diuidite: & pars sit maior Diomedis in illis.
Quo tamen haec Ithaco? q; clam, qui semper inermis
Rem gerit: & furtis incautum decipit hostem.
Ipsē nitor galeae claro radiantis ab auro
Insidias prodet: manifestabitq; latentem.
Sed neq; Dulichius sub Achillis casside uertex
Pondere tanta feret: nec non onerosa, grauisq;
Pelias hasta potest imbellibus esse laceris.
Nec clypeus uasti calatus imagine mundi
Conueniet timida, nataq; ad furta sinistra.
Debilitaturum quid te petis improbe munus?
Quod tibi si populi donauerit error Achiui:
Cui spolieris erit: non cur metuaris ab hoste.

Et fuga, qua sola cunctos timidissime uincis:
 Tarda futura tibi est gestamina tanta trahenti.
 Adde quod iste tuus tam raro praeli passus
 Integer est clypeus: nostro, qui tela ferendo
 Mille patet plagis, nouus est successor habendus.
 Deniq; quid uerbis opus est? spectemur agendo.
 Arma uiri fortis medios mittantur in hostes:
 Inde iubete peti: & referentem ornate relatis.
 Fimerat Telamone sauis: uulgiq; secutum
 Ultima murmur erat. donec Laertius heros
 Astitit: atq; oculos paulum tellure moratos
 Sustulit ad proceres: expectatoq; resoluit
 Ora sono: neq; abest facundis gratia dictis.
 Si mea cum uestris ualuisent uota Pelasgi:
 Non foret ambiguus tanti certaminis hares:
 Tuq; uis armis, nos te poteremur Achille:
 Quem quoniam non aequa mihi, uobisq; negarunt
 Fata (manuq; simul ueluti lachrymantia terfit
 Lumina) quis magno melius succedet Achilli?
 Quam per quem magnus Danaïs successit Achilles?
 Huic modone profit, quod ut est, hebes esse uidentur:
 Ne ue mihi noceat, quod uobis semper achini
 Profuit ingenium: meaq; hac facundia (si qua est),
 Quae nunc pro domino, pro uobis saepe locuta est,
 Inuidia careat: bona nec sua quisq; recuset.
 Nam genus, & proamos, & quae non fecimus ipsi,
 Vix ea nostra uoco. sed enim quia rettulit Aiax
 Esse Iouis pronepos: nostri quoq; sanguinis auctor
 Iuppiter est: totidemq; gradus distamus ab illo.
 Nam mihi Laertes pater est, Arceſius illi

Iuppiter huic: neq; in his quisq; damnatus, & exul.
Est quoq; per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas: deus est in utroq; parente.
Sed neq; materno q; sum generosior ortu:
Nec mihi q; pater est fraterni sanguinis insens:
Proposita arma peto: meritis expendite causam,
Dummodo quod fratres Telamon, Peleusq; fuerunt,
Aiacis meritum non sit: nec sanguinis ordo,
Sed uirtutis honor spolijs quaerantur in istis.
Aut si proximitas, primusq; requiritur haeres:
Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi.
Quis locus Aiaci? Phthiam haec Scyron'ue ferantur.
Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli:
Non petit ille tamen. num si petat, auferat illa?
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur:
Plura quidem feci quam quae comprehendere dictis
Impromptu mihi sit, rerum tamen ordine ducar.
Praescia uenturi genitrix Nereia leti
Dissimulat cultu natam, & deceperat omnes,
In quibus Aiacem sumptae fallacia uestis.
Arma ego fœmineis animum motura uirilem
Mercibus inserui: neq; adhuc proiecerat Heros
Virgineos habitus: cum parmam, hastamq; tenenti
Nate dea (dixi): tibi se peritura reseruant
Pergama, quid dubitas ingentem euertere Troiam?
Iniciaq; manuum: fortemq; ad fortia misi.
Ergo opera illius mea sunt, ego Telephon hasta
Pugnantes domui: uictum, orantemq; refeci.
Quod Thebae cecidere, meum est: me credite Lesbon,
Me Tenadon, Chrysenq;, et Cillan Apollinis urbes,

È t̄ Syron cepisse: mea concussa putate
 P rocubuisse solo Lyrnessia mœnia dextra.
 V t̄q; alios taceam, qui sæuum perdere posset,
 H ectora nempe dedi: per me iacet inclytus Hector.
 I llis hæc armis, quibus est inuentus Achilles,
 A rma peto: uiuo dederam, post fata reposco.
 V t̄ dolor unius danaos peruenit ad omnes;
 A ulidaq; Euboicam complerunt mille carinae:
 E xpectata diu, nulla aut contraria classi
 F lamina sunt, duraq; iubent Agamœnona sortes
 I mmeritam sæua natam mactare Diana.
 D enegat hoc genitor: diuisq; irascitur ipsis:
 A t̄q; in rege tamen, pater est, ego mite parentis
 I ngenium uerbis ad publica commoda uerti.
 N unc equidem fateor: fassoq; ignoscat Atrides,
 D ifficilem tenui sub iniquo iudice causam.
 H unc tamen utilitas populi, fraterq; datiq;
 S umma mouet sceptri: laudē ut cū sanguine p̄f̄ct.
 M ittor & ad matrem, quæ non hortanda, sed astu
 D ecipienda fuit, quò si Telamonius isset,
 O rba suis essent etiam nunc lintea uentis.
 M ittor & iliacas audax orator ad arces,
 V isaq; & intrata est altæ mihi curia Troia:
 P lenaq; adhuc erat illa uiris: interritus egi
 Q uam mihi mandarat communis græcia causam:
 A ccusoq; Parim, prædamq;, Helenamq; reposco:
 E t moueo Priamum: Priamoq; Antenora in̄c̄tum.
 A t Paris, & fratres, & qui rapuere sub illo,
 V ix tenuere manus (scis hæc Menelae) nefandas:
 P rimaq; lux nostri tecum fuit illa pericli,

METAMOR.

Longæ referre mora est, quæ consilioq; manq;
Viliter feci spatiosi tempore belli.
Post acies primas, urbis se moenibus hostes
Continuere diu: nec aperti copia maris
Vlla fuit: decimo denum pugnavimus anno.
Quid facis interea, qui nil nisi prælia nosti?
Quis tuus usus erat? nam si mea facta requiris:
Hostibus insidior: fossas munimine cingo:
Consolor socios: ut longi tædia belli
Mente ferant placida: doceo quò simus alendi,
Armandiq; modo: mittor quò postulat usus.
Ecce Iovis monitu deceptus imagine somni
Rex iubet incepti curam dimittere belli.
Ille potest auctore suam defendere uocem:
Non sinat hoc Ajax: delendaq; per gama poscat:
Quodq; potest, pugnet: cur non remoratur inros?
Cur non arma capit? det quod uaga turba sequatur.
Non erat hoc nimium, nunq; nisi magna loquenti.
Quid, q; & ipse fugit? uidi: puduitq; uidere:
Cum tu ter ga dares: inhonestaq; uela parares.
Nec mora, quid facitis? quæ uos dementia, dixi,
Concitat ò socii captam dimittere Troiam?
Quid ue domum fertis decimo nisi dedecus anno?
Talibus atq; alijs, in quæ dolor ipse diserum
Fecerat: auersos profuga de classe reduxi.
Conuocat Atrides socios terrore pauentes,
Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quicquam
Audet: & ausus erat reges incessere dictis
Therstes, etiam per me haud impune proteruus.
Erigor, & trepidos ciues exhortor in hostes,

Amissamq; mea uirtutem uoce reposco.
 Tempore ab hoc quodcunq; potest fecisse uideri
 Fortiter iste, meum est, qui dantem terga retraxi.
 Deniq; de danais quis te laudat' ue petit' ue?
 At sua Tyides mecum communicat acta:
 Me probat: & socio semper confidit vlysse.
 Est aliquid de tot graiorum millibus, unum
 A Diomede legi, nec me fors ire iubebat:
 Sed tamen & spreto noctisq; hostisq; periclo
 A usiam eadem qua nos, phrygia de gente Dolona
 Interimo, non ante tamen, quam cuncta coegi
 Prodere. & edidici quid perfida Troia pararet.
 Omnia cognoram, nec quid specularer habebam:
 Et iam promissa poteram cum laude reuerſi,
 Haud contentus eo, perij tentoria Rhesi,
 Inq; suis ipsum castris, comitesq; peremi:
 Atq; ita captiuo uictor, uotisq; poſitus,
 Ingredior curru lætos imitante triumphos.
 Cuius equos pretium pro nocte poposcerat hostis:
 Arma negate mihi: fueritq; benignior Aiax.
 Quid Lycij referam Sarpedonis agmina ferro
 Deuastata meo? cum multo sanguine fudi
 Cæranon, Iphitidenq;, Alastoraq;, Chromiumq;,
 Alcandrumq;, Haliumq;, Noemonaq;, Pritanumq;,
 Exitioq; dedi cum Chersidamante Thoona,
 Et Charopem, satisq; immitibus Ennomon actum,
 Quiq; minus celebres nostra sub mœnibus urbis
 Procubuerere manu, sunt & mihi uulnera cives
 Ipso pulchra loco, nec uanis credite uerbis.
 Aspiciate en (uestemq; manu diduxit) & hæc sunt

METAMOR.

Pectora semper (ait) uestris exercita rebus
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in socios: & habet sine uulnere corpus.
Quid tamen hoc refert: si se pro classe pelasga
Arma tulisse refert contra troasq; Iouemq;
Consiteorq; tulit: neq; enim bene facta maligne
Detrectare meum est: modo ne communia solus
Occupet: atq; aliquem uobis quoq; reddat honorem
Reppulit actorides sub imagine tutus Achillis
Troas ab arsuris cum defensore carinis.
Ausum etiam hecforeis solum concurrere telis
Se putat, oblitus regisq; ducisq; mei;
Nonus in officio, & praelatus munere sortis.
Sed tamen euentus uestre fortissime pugnae
Quis fuit? Hector abit uiolatus uulnere nullo
Me miserum quanto cogor meminisse dolore
Temporis illius: quo grauium murus Achilles
Procubuit: nec me lachrymae, luctusq; timorq;
Tardarunt: quin corpus humo sublimè referrent
His humeris: his inq; humeris, ego corpus Achillis
Et simul arma tuli: quae nunc quoq; ferre laboro.
Sunt mihi quae ualeant in Talia pondera uires:
Est animus certe uestros sensurus honores.
Scilicet iccirco pro nato caerulea mater
Ambitiosa suo fuit: ut caelestia dona
Artis opus tantae, rudis & sine pectore miles
Indueret? neq; enim clypei calamina norit,
Oceanum, & terras, cumq; alto sydera caelo,
Pleiadasq; Hyadasq; immunèq; aequoris Arctò,
Diuersasq; urbes, nitidumq; Orionis enses.

P oſulat, ut capiat quæ non intelligit arma.
 Quid? q̄ me duri fugientem munera belli
 A rguis incepto ſeruum acceſſiſſe labori?
 N ec ſe magnanimo maledicere ſentit Achilli?
 S i ſimul aſſe uocas crimen: ſimulauimus ambo.
 S i mora pro culpa eſt: ego ſum maturior illo.
 M e pia detinuit coniux: pia mater Achillem:
 P rimaq; ſunt illis data tempora: cætera uobis.
 H aud timeam, ſi iam nequeam defendere crimen
 C um tanto commune uiro. depreſſus Vlyſſis
 I ngenio tamen ille: at non Aiæcis Vlyſſes.
 N e' ue in me ſtolidæ conuitia fundere lingua
 A dmiremur eum: uobis quoq; digna pudore
 O bycit. an falſo Palamedem crimine turpe eſt
 A ccuſaſſe mihi? uobis dæmnariſſe decorum?
 S ed neq; Naupliades facinus defendere tantum
 T amq; patens ualuit: nec uos auditiſtis in illo
 C rimina: uidiſtis: pretioq; obiecta patebant.
 N ee Pæantiaden, q̄ habet uulcania Lennoſ,
 E ſſe reus merui: factum defendite ueſtrum:
 (Conſenſiſtis enim) nec me ſuaſiſſe negabo:
 V t ſe ſubtraheret belliq; uiæq; labori:
 T entaretq; feros requie lenire dolores.
 P aruit: & uiuit non hæc ſententia tantum
 F ida, ſed & felix, cum ſit ſatis eſſe fidelem.
 Q uem quoniam uates delēda ad pergamam poſcunt:
 N e mandate mihi: melius Telamonius ibit:
 E loquioq; uirum morbis, iraq; furentem
 M olliet: aut aliqua perducet callidus arte.
 A nteretro Simois fluet: & ſine frondibus Idæ

METAMOR.

Stabit: & auxilium promittet achæia troiæ:
Quam cessante meo pro uestris pectore rebus
Aiacis stolidi danais solertia profuit.
Sis licet infestus socijs, regiq; , mihiq;
Dure philoctete: licet execrere, meumq;
Deuoveas sine fine caput: cupiasq; dolenti
Me tibi forte dari: nostrumq; haurire cruorem:
Vtq; tui mihi, sic fiat tibi copia nostri:
Te tamen aggrediar: mecumq; reducere nitar.
Tamq; tuis potiar (faueat fortuna) sagittis:
Quam sum dardanio, quem cæpi, uate potitus.
Quam responsa deum, troianaq; fata retexi:
Quam rapui phrygiæ signum penetrale Mineruæ
Hostibus è medijs: & se mihi comparat Aïax.
Nempe capi Troiam prohibebant fata sine illo:
Foris ubi est Aïax? ubi sunt ingentia magni
Verba uiri? cur hic meuit? cur audet Vlysses
Ire per excubias? & se committere nocti?
Perq; feros enses, non tantum mœnia Troiæ,
Verum etiam summas arces intrare? suaq;
Eriperè ade deum? raptamq; afferre per hostes?
Quæ nisi fecissem: frustra Telamone creatus
Gestasset læua taurorum tergora septem.
Illa nocte mihi Troiæ uictoria parta est:
Pergama tunc uici: cum uinci posse coëgi.
Desine Tytiden uultuq; & murmure nobis
Ostentare meum: pars est sua laudis in illo.
Nec tu, cum sociâ clypeum pro classe tenebas:
Solus eras: tibi turba comes, mihi contigit unus.
Qui nisi pugnacem sciret sapiente minorem
Esse: nec

Effe: nec indomitæ deberi præmia dextræ:
 Ipse quoq; hæc peteret: peteret moderatior Ajax,
 Eurypylusq; ferox, claroq; Andromone natus:
 Nec minus Idomeneus, patriaq; creatus eadem
 Meriones: peteret maioris frater Atridæ.
 Quippe manu fortes, nec sunt tibi Marte secundi:
 Consilijs cessere meis, tibi dextera bello
 Utilis: ingenium est, quod eget moderamine nostro.
 Tu vires sine mente geris: mihi cura futuri est
 Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
 Eligit Atrides, tu tantum corpore prodes:
 Nos animo: quantoq; ratem qui temperat, anteit
 Remigis officium: quanto dux milite maior:
 Tantum ego te supero, nec non in corpore nostro
 Pectora sint potiora manu: vigor omnis in illis.
 At uos o proceres uigili date præmia uestro:
 Proq; tot annorum curis, quas anxius egi.
 Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris.
 Iam labor in fine est obstantia fata remouit:
 Altaq; posse capi faciendopergama capi.
 Per spes nunc socias, casuraq; mœnia troum,
 Perq; deos oro, quos hosti nuper ademi:
 Per siquid superest, quod sit sapienter agendum:
 Siquid adhuc audax, ex præcipitiq; petendum est:
 Si Troiæ fatis aliquid restare putatis:
 Este mei memores: aut si mihi non datis arma:
 Huic date: & ostendit signum fatale Mineruæ.
 Mota manus procerum est: & quid facundia posset,
 Tunc pauit: fortisq; uiri tulit arma disertus.
 Hectora qui solus, qui ferrum, ignes, Iouemq;

METAMOR.

Sustinuit toties: unam non sustinet iram:
Inmissumq; uirum uicit dolor. arripit ensē:
Et meus hic certe est: an & hunc sibi poscit Vlysses?
Hoc (ait) utendum est in me mihi: quiq; cruore
Sæpe Phrygū maduit: domini nunc cæde madebit:
Ne quisq; Aiacem possit superare, nisi Ajax.
Dixit: & in pectus tum demum uulnera passura
Qua patuit ferro, letalem condidit ensē.
Nec ualere manus infixum educere telum:
Expulit ipse cruor: rubefacta q; sanguine tellus
Purpureum uiridi genuit de cespite florem:
Qui prius Oebalio fuerat de uulnere natus.
Littera communis medijs pueroq; uiroq;
Inscripta est folijs hæc nominis, illa querela.
Victor ad Hypsipyles patriam, clariq; Thoantis
Et ueterum terras infames cæde uirorum,
Vela dat: ut referat Tirynthia tela sagittas.
Que postq; ad graios domino comitante reuexit:
Imposita estq; fero tandem manus ultima bello:
Troia simul, Priamusq; cadunt. Priameia coniux
Perdidit infelix hominis post omnia formam:
Externasq; nouo latratu terruit auras.
Longus in angustum qua clauditur bellepontus
Ilion ardebat: neq; adhuc confederat ignis:
Exiguūq; senis Priami Iouis ara cruorem
Combiberat: tractisq; comis anstisia Phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
Dardanidas matres patriorum signa deorum
Dum licet amplexas, succensa q; templa tenentes
Inuidiosa trahunt uictores præmia Graij.

M ittitur Astyanax illis de turribus: unde
 P ugnantem pro se, proauitaq; regna uentem
 S æpe uidere patrem monstratum à matre solebat.
 I amq; uiam suadet boreas flammq; secundo
 C arbasa mota sonant: iubet uti nauita uentis.
 T roia uale, rapimur, clamant: dant oscula terræ
 T roades: & patriæ fumantia tecta relinquunt.
 V ltimâ conscendit classem (miserabile uisu)
 I n medijs Hecube natorum inuenta sepulchris.
 P renstantem tumulos, atq; ossibus oscula dantem
 D ulichie traxere manus: tamen unius hausit,
 I nq; sinu cineres secum tulit Hectoris haustos.
 H ectoris in tumulo canum de uertice crinem
 I nferias inopes, crinem, lachrymasq; reliquit.
 E st, ubi Troia fuit, phrygiæ contraria tellus
 B istonijs habitata uiris. Polymestoris illic
 R egia diues erat: cui te commisit alendum
 C lam Polydore pater Phrygijsq; remouit ab armis,
 C onsilium sapiens: sceleris nisi præuia, magnas
 A diecisset opes, animi irritamen auari.
 V t cecidit fortuna Phrygum: capit impius ensen
 R ex thracum: iuguloq; sui demisit alumni:
 E t tanq; tolli cum corpore crimina possent:
 E xanimem scopulo subiectas misit in undas.
 L ittore threicio classem religarat Atrides:
 D um mare pacatum, dum uentus amicior esset.
 H ic subito, quantus cum uiueret, esse solebat
 E xit humo late rupta: similisq; minanti
 T emporis illius uultum referebat Achilles:
 Q uo ferus iniusto petijt Agamemnona ferro.

METAMOR.

Immemoresq; mei disceditis (inquit) Achivi?
Obrutaq; est mecum uirtutis gratia nostrae?
Ne facite: utq; meū non sit sine honore sepulchrum:
Placet Achilleos maestata Polyxena manes.
Dixit: & immitti socijs parentibus umbra
Rapta sinu matris, quam iam propè sola fouebat:
Fortis, & infelix, & plusq; fœmina uirgo
Ducitur ad tumulum: diroq; sit hostia busto.
Quæ memor ipsa sui, postq; crudelibus aris
Admota est: sensitq; sibi fera sacra parari:
Vtq; Neptolemium stantem, ferrumq; tenentem,
Vtq; suo uidit figentem lumina uultu:
Vtere iandudum generoso sanguine dixit:
Nulla mora est: aut tu iugulo, uel pectore telum
Conde meo: iugulumq; simul, pectusq; retexit.
Scilicet haud ulli seruire Polyxena uellem.
Haud per tale sacrum numen placabit is ullum.
Mors tantum uellem matrem mea fallere posset:
Mater obest: minuitq; necis mihi gaudia: quamuis
Non mea mors illi, uerum sua uita gemenda est.
Vos modo, ne stygios ad eam non libera manes:
Este procul: si iusta peto: tactuq; uiriles
Virgineo remouete manus. acceptior illi,
Quisquis is est, quem cæde mea placare paratis:
Liber erit sanguis. si quos tamen ultima nostri
Verba mouent oris: Priami uos filia regis
Nunc captiua rogat, genitrici corpus inemptum
R'eddite: ne' ne auro redimat ius triste sepulchri:
Sed lachrymis. tunc cum poterat redimebat et auro.
Dixerat: at populus lachrymas, quas illa tenebat,

Non tenet: ipse etiam flens, inuitusq; sacerdos
 Perabita coniecto rupit præcordia ferro.
 Illa super terram defecto poplite labens,
 Pertulit intrepidus ad fata nouissima uultus.
 Tunc quoq; cura fuit partes ualere tegendas:
 Cum caderet: castiq; decus seruare pudoris.
 Troades excipiunt: deploratosq; recensent
 Pyramidas: & quid dederit domus una cruoris.
 Teq; gemunt uirgo, teq; ò modo regia coniux,
 Regia dicta parens, Asiae florentis imago,
 Nunc etiam prædæ mala fors: quam uictor Ulysses
 Esse suam nollet: nisi q; tamen Hector a partu
 Ederat: dominum matri uix repperit Hector.
 Quæ corpus complexa animæ tam forcis inane,
 Quas tones patriæ dederat natisq; uiroq;
 Huic quoq; dat lachrymas, lachrymas in uulnere fuit
 Osculaq; ore tegit: consuetaq; pectora plangit: (dit:
 Carinemq; suam concreto in sanguine uerrens,
 Plura quidem, sed & hac laniato pectore dixit.
 Nata tuæ (quid enim superest?) dolor ultime matris
 Nata iaces: uideoq; meum tua uulnera pectus.
 Et ne perdiderim quenq; sine cæde meorum:
 Tu quoq; uulnus habes: at te quia fœmina, rebar
 A ferro uitam: cecidisti & fœmina ferro.
 Totq; tuos idem fratres: te perdidit idem
 Exitium Troiæ, nostriq; orbator Achilles.
 At postq; cecidit Paridis, Phœbiq; sagittis:
 Nunc certe dixi, non est metuendus Achilles.
 Nunc quoq; mihi metuendus erat: cinis ipse sepulcra
 In genus hoc sauit: tumulo quoq; sensimus hostem.

A eacide fecunda fui iacet ilion ingens:
 E uentuq; graui finita est publica clades.
 S ed finita tamen, soli mihi per gama restant:
 I n cursuq; meus dolor est. modo maxima rerum
 T ot generis, natisq; potens, nurbusq; uiroq;
 N unc trahor exul, inops, tu nulis auulsa meorum,
 P enelope manus, quæ me data pensa trabentem
 M atribus ostendens ithacis, hæc Hæctoris illa est
 C lara parens, hæc est (dicet) Priameia coniux.
 P ostq; tot amissos tu nunc, quæ sola leuabas
 M aternos luctus, hostilia busta piasti.
 I nferias hosti peperit. quò ferrea resto?
 Quid' ue moror? quo me seruas dannosa senectus?
 Quo dij crudeles, nisi uti noua funera cernam,
 V iuacem differis animum? quis posse putaret
 F elicem Priantum post diruta per gama dici?
 F elix morte sua est: nec te mea nata peremptam
 A spicit: Et uitam pariter, regnumq; reliquit.
 A tputo funeribus dotabere regia uirgo:
 C ondeturq; tuum monumentis corpus amitis.
 N on hæc est fortuna domus: tibi munera matris
 C ontinent fletus, peregrinaq; hamstus arena.
 O mnia perdidimus: superest cur uiuere tempus
 I n breue sustineam, proles gratissima matri
 N unc solus, quondam minimus de stirpe uirili
 H as datus Ismario regi Polydorus in oras.
 Quid moror interea crudelia uulnera lymphis
 A bluere? Et sparsos immitti sanguine uultus?
 D ixit: Et ad litus passu procedit anili
 A lbentes lacerata comas, date Troades urnam.

Dixerat infelix: liquidas hauriret ut undas.
Aspicit eiectum Polydori in littore corpus:
Facta q̄; treicij's ingentia uulnera telis.
Troades exclamant: obmutuit illa dolore
Et pariter uocem, lachrymas q̄; introsus obortas
Deuorat ipse dolor: duro q̄; simillima saxo
Torpet: & aduersa figit modo lumina terra:
Interdum toruos extollit ad aethera uultus:
Nunc positi spectat uultum, nunc uulnera nati,
Vulnera praecipue: seq̄; armat, & instruit ira.
Qua simul exarsit: tanq̄ regina maneret:
Vlscisci statuit: poena q̄; in imagine tota est.
Vt q̄; furit canulo lactente orbata Leena:
Signa q̄; naeta pedum sequitur, quē nō uidet, hostē.
Sic Hecube, postq̄ cum luctu miscuit iram:
Non oblita animorum, annorum oblita suorum,
Vadit ad artificem dirae Polymestora caedis:
Colloquium q̄; petit: nam se monstrare relictum
Velle latens illi quod nato redderet aurum.
Credidit Odrysius: praeda q̄; assuetus amore,
In secreta uenit: tum blando callidus ore
Tolle moras (Hecube) dixit: da munera nato:
Omnem fore illius quod das, quod & ante dedisti
Per superos iuro. spectat truculenta loquentem,
Falsa q̄; iurantem: umida q̄; exarsuat ira.
Atq̄; ita correpto, captiuarum agmina matrum
Inuocat: & digitos in perfida lumina condit:
Expilat q̄; genis oculos: facit ira potentem.
Immergit q̄; manus: foedata q̄; sanguine fonti
Nō lumen (neq̄; enim superest) loca luminis haurit.

METAMOR.

C lade sui thracum gens irritata tyranni.
T roada telorum, lapidumq; incessere iactu
C cepit: at hæc missum rauco cum murmure saxum
M orsibus insequitur: rictuq; ad uerba parato
L atrauit conata loqui. locus extat: & ex re
N omen habet: ueterumq; diu memor illa malorum,
T um quoq; Sithonios ululauit mœsta per agros.
I llius Troasq; suos, hostesq; pelasgos,
I llius fortuna deos quoq; mouerat omnes:
S ic omnes, ut & ipsa Iouis coniuxq; sororq;
E uentus Hecubam meruisse ne gauerit illos.
N on uacat Auroræ, quâquã ijs dem fauerat armis:
C ladibus, & casu Troiæq; Hecubæq; moueri.
C ura deam propior, luctusq; domesticus angit,
M emnonis amissi: phrygijs quem luthæa campis,
V idit Achillea pereuntem cuspide matet.
V idit: & ille color, quo matutina rubescunt
T empora: palluerat: latuitq; in nubibus æther.
A t non impositos supremis ignibus arnis
S ustinuit spectare parens: sed crine soluto,
S icut erat, magni genibus procumbere non est
D edignata Iouis: lachrimisq; has addere uoces.
O mnibus inferior, quas sustinet aureus æther,
 (Nam mihi sunt totum rarissima templa per orbem)
D iua tamen, ueni: non ut delubra, diesq;
D es mihi sacrificos, caluerasq; ignibus aras:
S i tamen aspicias quantum tibi fœmina præstem:
T um cum luce noua noctis consinia seruo:
P remia danda putes. sed non e a cura: neq; hic est
N unc status Auroræ: meritos ut poscat honores.

Memnonis orba mei, uenio: qui fortia frustra
Pro patruo tulit arma suo: primisq; sub annis
Occidit à forti (sic diuoluistis) Achille.
Daprecor huic aliquem solatia mortis honorem
Summe deum rector: maternaq; uulnera leni.
Iuppiter annuerat: cum Memnonis arduus alto
Corruit igne rogas: nigriq; uolumina fumi
Inficere diem: ueluti cum flumina natas
Exhalant nebulas: nec Sol admittitur infra.
Atra fauilla uolat: glomerataq; corpus in unum
Densatur: faciemq; capit: sumitq; colorem,
Atq; animum ex igni: leuitas sua præbuit alas.
Et primo similis uolucris, mox uera uolucris
Insonuit pennis: pariter sonuere sorores
Innumera: quibus est eadem natalis origo.
Terq; rogam lustrant, & consonus exit in auras
Ter plangor, quarto seducunt castra uolatu.
Tunc duo diuersa populi de parte feroces
Bella gerunt: rostrisq; & aduncis unguibus iras
Exercent: alasq;, aduersaq; pectora iactant,
Inferiaq; cadunt cineri cognata sepulto
Corpora: seq; uiro forti meminere creatas.
Prapetibus subitis nomen facit auctor, ab illo
Memnonides dictæ cum Sol duodena peregit
Signa: parentali moritura more rebellant.
Ergo alijs latrasse Dymantida flebile uisum est:
Luctibus est Aurora suis intenta: piaseq;
Nunc quoq; dat lachrymas: & toto rorat in orbe.
Non tamen euersam Troiæ cum mœnibus esse
Spè quoq; fata sinunt. Sacra, et sacra altera patreni

METAMOR.

Fert humeris uenerabile onus cythereius Heros:
De tantis opibus prædam pius eligit illam,
Ascaniumq; suum: profugaq; per æquora classe
Fertur ab Antandro: scelerataq; littora Thracum
Et polydoreo manantem sanguine terram
Linquit: & utilibus uentis, æstuq; secundo
Intrat Apollineam socijs comitantibus urbem
Hunc Anius, quo rege homines, antistite Phæbus
Rite colebatur: temploq; , domoq; , recepit:
Vrbemq; ostendit, delubraq; , nota, duasq;
Latona quondam stirpes pariente retentas.
Thure dato flammis, uinoq; , in thura profuso,
Cæsariumq; , boum fibris de more crematis,
Regia tecta peunt: positisq; , tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt cerealia baccho.
Tum pius Anchises, o Phœbi lecte sacerdos
Fallor? an & natum, cum primū hæc mœnia uidi:
Bisq; , duas natas, quantum reminiscor, habebas?
Huic Anius niueis circumdata tempora uittis
Concutiens, & tristis, ait. non falleris Heros
Maxime: uidisti natorum quinque parentem
Quem nūc (tanta homines rerū inconstantia uersat)
Penè uides orbium: quod enim mihi filius absens
Auxilium? quem dicta suo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locumq; , & regna tenentē.
Delius augurium dedit huic: dedit altera Liber
Fœmineæ stirpi uoto maiora, fideq;
Munera: nam tactū natarum cuncta mearum
In segetem, laticemq; , meri, baccamq; , Mineruæ
Transformabantur: diuesq; , erat usus in illis.

Hoc ubi cognouit troiæ populator Atrides:
 (Ne non ex aliqua uestram sensisse procellam
 Nos quoq; parte putes) armorum uiribus usu:
Abstrahit inuitas gremio genitoris: alantq;
Imperat argolicam cœlesti munere gentem.
Effugiunt quò quæq; potest: Eubœa duabus,
Et totidem natis Andros fraterna petita est.
Miles adest: & ni dedantur, bella minatur.
Vista memi pietas consortia corpora pœnæ
Dedidit: & timido posses ignoscere fratri:
Non hic Aeneas, non quid defenderet Andron
Mector erat: per quos decimum durastis in annum.
Iamq; parabantur captiuis uincla lacertis:
Illæ tollentes etiamnum libera cœlo
Brachia, Bacche pater ser opem (dixere) tulitq;
Muneris auctor opem (si miro perdere more
Ferre uocatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint, potui scire, aut nunc dicere possum.
Summa mali nota est. pennas sumpsere: tuæq;
Coniugis in uolucres niueas abiere columbas.
Talibus, atq; alijs postquam conuiuia dictis
Implerunt: mensa somnum petiere remota:
Cumq; die surgunt: adeuntq; oracula Phœbi.
Qui petere antiquam matrem: cognataq; iussit
Littora. prosequitur rex: & dat munus ituris:
Anchisæ sceptrum, chlamydē pharetramq; nepos,
Craterem Aeneæ, quem quondam miserat illi
Hospes ab aonijs Therses: Ismenius oris.
Miserat hunc illi Therses: fabricauerat Alcon
Myleus: & longo cœlauerat arguimento.

METAMOR.

V rbs erat: & septem posses ostendere portas,
H æ pro nomine erant, & quæ foret illa, docebant.
A nte urbem exequiæ tumuliq; ignesq; rogiq;
E ffusæq; comas, & apertæ pectora matres
S ignificant luctum: Nymphæ quoq; flere uidentur:
S iccatosq; queri fontes. sine frondibus arbor
N udariget: lambunt arenia saxa capellæ.
E cce facit medijs natas ab Orione Thebis,
H anc non scæmineum iugulo dare pectus aperto:
I llam demisso per fortia pectora telo
P ro populo cecidisse suo: pulchrisq; per urbem
F uneribus ferri, celebriq; in parte cremari.
T um de uirginea geminos exire fauilla,
N e genus intereat, iuuenes, quos fama Coronas
N ominat: & cineri materno ducere pompam.
H ætenuis antiquo signis fulgentibus ære
S ummus inaurato crater erat asper achanto.
N ec leuiora datis Troiani dona remittunt:
D antq; sacerdoti custodem thuris accerram,
D ant pateram, claramq; amro, gemmisq; coronâ.
I nde recordati Teucros à sanguine Teucris
D ucere principium, Cretam tenere, lociq;
F erre diu nequiere iouem: centumq; relictis
V rbibus, ausonios optant contingere portus.
S æuithyems: iactatq; uiros: Strophadumq; receptos
P ortibus infidis exterruit ales Aello.
E t iam Dulichios portus, Ithacamq;, Samumq;
N eritasq; domos regnum fallacis Vlyssæi,
P rætererant uecti, certatam lite deorum
A mbraciam, uersiq; uident sub imagine saxum

Iudicis, aethiaco quae nunc ab Apolline nota est.
Vocaleniq; sua terram Dodonida quercu,
Chaoniosq; sinus, ubi nati rege Molosso
Impia subiectis fugere incendia pennis.
Proxima Phaeacum felicibus obsita pomis
Rura petunt, Epiros ab his, regnataq; nati
Butrothos phrygio, simulataq; Troia tenetur.
Inde futurorum certi, quae cuncta fideli
Priamides Helenus monitu praedixerat, intrant
Sicaniam. tribus haec excurrit in aequora linguis.
E quibus imbriferos est uersa Pachynos ad austros:
Mollibus expositum Zephyris Lilybaon: ad Arctos
Aequoris expertes, spectat boreamq; Peloros.
Hanc subeunt Teucris, & remis, aestuq; secundo
Sub noctem potitur Zancleae classis arena.
Scylla laeuis dextrum, laeuum irrequieta Charybdis
Instant: uorat haec raptas, reuomitq; carinas,
Illa feris atram cambus succingitur aluum
Virginis ora gerens. & (si non omnia uates
Ficta reliquerunt) aliquo quoq; tempore uirgo.
Hanc multi petiere proci, quibus illa repulsis
Ad pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis,
Ibat: & elusos inuenum narrabat amores.
Quam dum pestendos praebet Galatea capillos,
Talibus alloquitur referens suspiria dictis.
Te tamen o uirgo genus haud immitte uirorum
Expetit, utq; facis, potes his impune negare.
At mihi, cui Nereus pater est: quam caerulea Doris
Enixa est, quae sum urba quoq; tuta sororum,
Non nisi per luctus licuit Cyclopi amoris

METAMOR.

E ffringere: & lachrymæ nocē impediere loquentis,
 Quas ubi marmoreo deterfit pollice uirgo:
 E t solata deam est: refer ò carissima (dixit)
 N e ue tui causam tege, sum tibi fida, doloris.
 N ereis his contra refecuta Crateide natam est.
 A cis erat Fauno, Nymphaq; Simethide cretus,
 M agna quidem patrisq; sui, matrisq; uoluptas,
 N ostrata tamen maior, nam me sibi iunxerat uni
 P ulcher, & octonis iterum natalibus actis
 S ignarat teneras dubia lanugine malas.
 H unc ego: me Cyclops nullo cum sine petebat.
 N ec si quæseris odium Cyclopis, amor ue
 A cidis in nobis fuerit præstantior: edam.
 P ar utrunq; fuit pro quanta potentia regni
 E st Venus alma tui nempe ille immitis, & ipse
 H orrendus syluis, & uisus ab hospite nullo
 I mpune, & magni cum dijs contemptor Olympi,
 Quid sit amor sentit: nostriq; cupidine captus
 V ritur oblitus pecorum, antroiumq; suorum.
 I amq; tibi formæ, iamq; est tibi cura placendi:
 I am rigidospectis astris Polyphenie capillos:
 I am libet hirsutam tibi falce recidere barbam:
 E t spectare feros in aqua, & componere uultus.
 C ædis amor, ferit asq; sitisq; immensa cruoris
 C essant: & tutæ ueniunt, abeuntq; carinæ.
 T elemus interea siculum delatus in æquor
 T elemus Eurymides, quem nulla sefellerat ales:
 T erribilem polyphemon adit: lumenq; quod unum
 F ronte geris media, rapiet tibi (dixit) Vlysses.
 R isit: & ó uatum stolidissime falleris (inquit)

Altera iam rapuit. sic frustra uera monentem
Spernit: & aut gradiens ingenti littora passie
Degrauat: aut fessus sub opaca reuertitur antra,
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis: utrunq; latus circumfluit æquoris unda.
Huc ferus ascendit Cyclops: mediúsq; resedit.
Lanigeræ pecudes nullo ducente secutæ.
Cui postq; pinus baculi quæ præbuit usum:
Ante pedes posita est antennis apta ferendis:
Sumptaq; arundinibus cõpacta est fistula centum:
Senserunt toti pastoria sibila montes:
Senserunt undæ. latitans ego rupe, meiq;
Acidis in gremio residens procul auribus hansi,
Talia dicta meis, auditaq; mente notant.
Candidior folio niuei Galatea Ligustri,
Floridior prato, longa procerior Alno,
Splendidior nitro, tenero lasciuior hædo,
Leniior assiduo detritis æquore conchis,
Solibus hybernis, æstiuæ gratior umbra,
Nobilior pomis, Platano conspectior alta,
Lucidior Glacie, manna dulcior Vua,
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto,
Et si non fugias, rignuo formosior Horto.
Sæuior indomitis eadem Galatea Iuencis
Durior annosa Quercu, fallacior undis,
Lentior & salicis uirgis, & uitibus albis,
His immobilior scopulis, uiolentior amne,
Laudato pavone superbior, acrior igni,
Asperior Tribulis, sæta truculentior Vrsa,
Surdior æquoribus, calcato imminior Hydro,

METAMOR.

Et quod præcipue (si possem) demere uellem,
Non tantum Ceruo claris latratibus actò,
Verum etiam Ventis, uolucrisq; fugacior Aura,
At bene si noris, pigeat fugisse: morasq;
Ipsa tuas damnes: & meretinare labores.
Sunt mihi pars montis uiuo pendentia saxo
Antra: quibus nec sol medio sentitur in æstu:
Nec sentitur hyems: sunt poma gramantia ramos
Sunt auro similes longis in uiribus uua:
Sunt & purpurea: tibi & has seruamus, & illas.
Ipsa tuis manibus syluestri nata sub umbra
Mollia Fraga leges: ipsa autumnalia Corna,
Pruna; non solum nigro liuentia succo,
Verum etiam generosa, nouasq; inuitantia cæras.
Nec tibi Castaneæ me coniuge, nec tibi deerunt
Arbutei fœtus. omnis tibi seruiet arbor.
Hoc pecus oë meum est: multæ quoq; uallibus errât:
Multas sylua tegit: multæ stabulantur in antris.
Nec (si forte roges) possem tibi dicere quot sunt:
Pæuperis est numerare pecus. de laudibus harum
Nil mihi credideris: præsens potes ipsa uidere:
Vt uix circumeant dissentium cruribus uber.
Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus Agni:
Sunt quod par ætas alijs in ouilibus hædi.
Lac mihi semper adest niuem: pars inde bibenda
Seruat: partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi delitiæ faciles, uulgataq; tantum
Munera contingent, Dama, leporesq; capræq;
Parq; columbarum, demptusq; cacumine nidus:
Inueni geminos, qui tecum ludere possint:
Inter se

I nter se similes, uix ut dignoscere possis,
 V illosæ catulos in summis montibus Visa:
 I nueni: & dixi domina seruabimus istos.
 I am modo cœruleo nitidum caput exere ponto:
 I am Galatea ueni: nec munera despice nostra.
 C erte ego me noui: liquidæq; in imagine uidi
 N uper aqua: placuitq; mihi mea forma uidenti.
 A spice sum quantus: non est hoc corpore maior
 I uppiter in cœlo (nam uos narrare soletis
 N escio quem regnare Iouem) coma plurima toruos
 P rominet in uultus humerosq; ut lucus obumbrat.
 N ec mea q; rigidis horrent densissima setis
 C orpora: turpe puta: turpis sine frondibus arbor:
 T urpis Equus: nisi colla iubæ flauentia uelent.
 P luma tegit uolucres: Quibus sua lana decori est:
 B arba uiros: hirtæq; decent in corpore setæ.
 V num est in media lumen mihi fronte: sed instar
 I ngentis clypei: quid? non hæc omnia magno
 S ol uidet è cœlo? solis tamen unicus orbis.
 A dde, q; in uestro genitor meus æquore regnat:
 H unc tibi do socerum: tantum miserere, precesq;
 S upplicis exaudi: tibi enim succumbimus uni:
 Quiq; Iouem, & cœlū sperno, & penetrabile fulmē,
 N erei te ueneror: tua fulmine sauior ira est.
 A tq; ego contemptus essem patientior huius:
 S i fugeres omnes. sed cur cyclope repulso
 A cin amas? præfersq; meis amplexibus A cin?
 I lle tamen placeatq; sibi, placeatq; licebit
 Q uod nollem, Galatea tibi: modo copia deur:
 S entiet esse mihi tanto pro corpore uires.

Ouid. Meta.

Z

METAMOR.

Viscera uina traham: diuulsaq; membra p agros,
Perq; tuas spargam (sic se tibi misceat) undas.
Vror enim: laesusq; exaestuat acrius ignis:
Cumq; suis uideor translata uiribus Aetnam
Pectore ferre meo: nec tu Galatea moueris.
Talia nequicq; questus (nam cuncta uidebam)
Surgit: Et ut Taurus uacca furibundus adempta
Stare nequit: syluaq;, Et notis salibus errat.
Cum ferus ignaros, nec quicq; tale timentes
Me uidet, atq; Acim: uideoq; exclamat: Et ista
Vltima sit (faciam) ueneris concordia uestra.
Tantaq; uox, quantam Cyclops iratus habere
Debuit: illa fuit. clamore perhorruit Aetna.
Ast ego uicino pauesacta sub aequore mergor.
Terga fuga dederat conuersa Simethius Heros:
Et fer openi Galatea (precor) mihi, ferte parentes,
Dixerat: Et uestris periturum admittite regnis.
Insequitur Cyclops: partemq; e monte reuulsam
Mittit: Et extremus quamuis peruenit ad illum
Angulus e saxo: totum tamen obruit Acim.
At nos, quod fieri solum per fata licebat:
Fecimus: ut uires assumeret Acis auitas.
Punicus de mole cruor manabat: Et intra
Temporis exiguum rubor euanescere coepit:
Fitq; color primo turbati fluminis imbre:
Purgaturq; mora. tum moles tacta debiscit:
Viaq; per rimas, proceraq; surgit arundo:
Osq; cauum saxi sonat exultantibus undis:
Miraq; res, subito media tenus extitit aluo
Incinctus iuuenis flexis noua cornua cannis.

Qui, nisi q̄ maior: q̄ toto cœrulus ore est.
 A cis erat: & sic quoq; erat tamen Acis in amnens
 Versus: & antiquum tenuerunt flumina nomen.
 Desierat Galatea loqui: cœtuq; soluto
 Discedunt: placidisq; natant Nereides undis.
 Sylla redit: neq; enim medio se credere ponto
 Audet: & aut bibula sine uestibus errat arena:
 Aut, ubi lassata est: seductos nacta recessus
 Gurgitis inclusa sua membra refrigerat unda.
 Ecce fretum scindens alti nouus incola ponti
 Nuper in Euboica uersis Anthedone membris
 Glaucus adest: uisq; cupidine uirginis ardet:
 Et quacunq; putat fugientem posse morari,
 Verba refert: fugit illa tamen: uel oxq; timore
 Peruenit in summum positi propè littora montis.
 Ante fretum est in gens apicem collectus in unum
 Longa sub arboribus conuexus in æquora uertex.
 Constitit hic: & tuta loco monstrum ne deus ne
 Ille sit ignorans, admiraturq; colorem,
 Casariemq; humeros, subiecta q; terga tegentem,
 Vlima q; excipiat quod tortilis in guina piscis.
 Sensit: & immitens, quæ stabat proxima, moli
 Non ego prodigium, nec sum fera bellua uirgo,
 Sed deus, inqt, aquæ: nec maius in æquore Proteus
 Ius habet, & Triton, Athamantidesq; Palæmon.
 Ante tamen mortalis eram: sed scilicet altis
 Deditus æquoribus, tantum exercebar in illis.
 Nam modo ducebam ducentia retia pisces:
 Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.
 Sunt uiridi prato confinia littora, quorum

Altera pars undis, pars altera cingitur herbis.
Quas neq; cornigerae morsu laesere iuuenca:
Nec placidae carpsistis oves, hirtae ue capellae.
Non apis inde uilit collectos sedula flores:
Non data sunt capiti genialia ferta: nec unquam
Falciferae secuere manus. ego primus in illo
Cespite confedi: dum lina madentia sicco.
Vtq; recenserem captiuos ordine pisces:
In super exposui, quos aut in retia casus,
Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res similis ficta: sed quid mihi fingere prodest?
Gramine contacto coepit mea praeda moueri:
Et motare latus: terraq; ut in aequore niti.
Dumq; moror: mirorq; simul: fugit omnis in undas
Turba suas: dominumq; nouum, litusq; relinquit.
Obstupui, dubiusq; diu quae causa requiro:
Num Deus haec aliquis, num succus fecerit herbae.
Quae tamen has inq; uires habet herba? manuq;
Pabula decerpsi: decerptaq; dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura succos:
Cum subito trepidare intus praecordia sensi:
Alteriusq; rapi natura pectus amore:
Nec potui restare diu: repetendaq; nunq;
Terra uale dixi: corpusq; sub aequore mersi.
Di maris exceptum socio dignantur honore:
Vtq; mihi quaecunq; feram mortalia demant,
Oceanum, Tethynq; rogant. ego lustror ab illis:
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus iubeor supponere centum,
Nec mora: diuersis lapsi de partibus amnes,

Totaq; uertuntur supra caput æquora nostrum:
 Hactenus acta tibi possum memoranda referre:
 Hactenus & memini: nec mens mea cætera sensit.
 Quæ postquam redyt: alium me corpore toto,
 Ac fueram nuper, nec eundem mente, recipi.
 Hanc ego tum primum uiridi ferrugine barbam,
 Cæsariemq; meam, quam longa per æquora uerros:
 Ingentesq; humeros, & cærulea brachia uidi,
 Cæcraq; pinnigero curuata nouissima pisce.
 Quid tameu hæc species? quid dijs placuisse marinis?
 Quid iuuat esse deum? si tu non tangeris istis?
 Talia dicentem, dicturum & plura, reliquit
 Scylla deum, furit ille, irritatusq; repulsa
 Prodigirosa petit Titanidos atria Circes.

CAR. V I V I A N I Collensis in .XIII. Meta:

Argumentum.

Glaucus adit Circen, quæ se pronubibus herbæ
 Frustra offert, scyllamq; feris agit æmula monstris,
 Diuersa Æneas it per discrimina rerum,
 Dulichiusq; Heros. Picas comitesq;, Canensq;
 Titidæ socij, pastor, Phrygiæq; Carinæ,
 Et pater Æneas mutauit & Ardea formam.
 Pomonæ uersa Vertumnus imagine narrat
 Ut sit Anaxarete saxum, quod mente gerebat.
 Romulus æternæ molitur mœnia Romæ,
 Atq; abit in patrios post facta Heroica diuos,
 Dum patriam lymphæ defensusauere calentes.
 Iungitur angusto coniux dea facta Quirino.

P. OVI. NASO. METAMOR-
PHOSEOS. LIB XIII.

Amq; giganteis iniectam faucibus
Ætnam,

Aruaq; Cyclopium, quid rastra,
quid usus aratri

Nescia, nec quicq; iunctis debenti
tia bobus,

Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum:

Liquerat & Zanclen, aduersa q; mœnia Rhegi,

Namifraguq; fretum, gemino quod littore pressum

Ausonia, siculaq; tenet confinia terræ.

Inde manu magna tyrrhena per æquora uectus,

Herbiferos adiit colles, atq; atria Glaucus

Sole satæ Circes uariarum plena ferarum.

Quam simul aspexit: dicta acceptaq; salute

Diuæ dei miserere, precor: nam sola leuare

Tu potes hunc dixit (uidear modo dignus) amorē.

Quanta sit herbarum Titani potentia nulli

Quam mihi cognitius: qui sum mutatus ab illis.

Næ ue mei non nota tibi sit causa furoris:

Littore in Italico Messenia mœnia contra

Sylla mihi uisa est. pudor est promissa, precesq;

Blasphemasq; meas, contemptaq; uerba referre.

At tu, siue aliquod regnum est in carmine: carmen

Ore moue sacro: siue expugnantior herba est:

Vtere tentatis operosæ uiribus herbae.

Nec medeare mihi, sanesq; hæc uulnera mando:

Hoc mihi nil opus est: partem ferat illa caloris.

At Circe (neq; enim flammis habet aptius ulla
Talibus ingenium: seu causa est huius in ipsa:
Seu Venus indicio facit hoc offensa paterno)
Talia uerba refert. melius sequerere uolentem,
Optantemq; eadem, pariliq; cupidine captam.
Dignus eras ultro poteras certeq; rogari:
Et si spem dederis (mibi crede) rogaberis ultro.
Ne dubites: adsitq; tuæ fiducia formæ.
En ego cum dea sim: nitidi cum filia Solis:
Carmine cum tantū, tantū quoq; gramine possim:
Vt tua sim, uoueo: spernentem sperne: sequenti
Redde uices: unoq; duas ulciscere facto.
Talia tentanti, prius (inquit) in æquore frondes,
Glaucus, & in summis nascentur montibus algæ:
Sospite quàm Scylla nostri mutantur amores.
Indignata dea est: & lædere quatenus ipsum
Non poterat, nec uellet, amans: irascitur illi,
Quæ sibi prælata est: Venerisq; offensa repulsa,
Protinus horrendis infamia pabula succis
Conterit: & tritis hecateia carmina miscet.
Cerulaq; induitur uelamina: perq; ferarum
Agmen adulantum media procedit ab aula:
Oppositumq; petens contra Zancleia saxa
Region, ingreditur feruentes æstibus undas:
In quibus, ut solida posuit uestigia terra:
Summaq; decurrit pedibus super æquora siccis.
Paruus erat gurges curuos sinuatus in arcus,
Grata quies Scyllæ: quò se referebat ab æstu
Et maris, & cæli: medio cum plurimus orbe
Splerat: & minimas à uertice fecerat umbras.

METAMOR.

Hunc dea præuiniat: portentificisq; uenenis
Inquinat: hic pressos laïces radice nocenti
Spargit: & obscurum uerborum ambage nouorū
Ter nouies carmen magico demurmurat ore.
Scylla uenit: mediaq; tenus descenderat alio:
Cum sua fœdari latrantibus in guina monstris
Aspicit: ac primo credens non corporis illas
Esse sui partes, refugitq; abigitq; timetq;
Ora proterua canum, sed quos fugit, attrahit unā.
Et corpus quærens femorum, crurumq; pedumq;
Cerberæos rictus pro partibus inuenit illis.
Statq; canum rabies: subiecta q; terga fararum
Inguibus truncis, uteroq; extante coerces.
Fleuit amans Glaucus: nimiumq; hostiliter usæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco mansit: cumq; est data copia primum
In Circes odium, scijis spoliavit Vlyssē.
Mox eadem Teucas fuerat mensura carinas:
Ni prius in scopulū, qui nunc quoq; saxeus extat:
Transformata foret: scopulum quoq; nauita uitat.
Hunc ubi Troiana remis, auidamq; charybdiū
Euicere rates: cum iam propè litus adessent
Ausonium: libycas uento referuntur ad oras.
Excipit Ænean illic animoq; domoq;
Non bene dissidium phrygiū latura mariti
Sidonis: inq; pyra sacri sub imagine facta
Incubuit ferro: deceptaq; decipit omnes.
Rursus arenosa fugiens noua mœnia terræ
Ad sedes Erycis, fidumq; relatus Acasten,
Sacrificat: tumulumq; sui genitoris honorat.

Quasq; rates Iris Iunonia penè cremat at,
 Soluit: & Hippotada regnum, terrasq; calenti
 Sulfure fumantes, Acheloidumq; elinquit
 Sirenum scopulos: orbataq; praeside pinus
 Inarimen, Prochytenq; legit, steriliq; locatas
 Colle Pythecusas habitantium nomine dictas.
 Quippe deū genitor fraudem, & periuria quondā
 Cercopum exosus, gemitisq; admissa dolosa
 Indefirme uiros animal mutauit: ut ijdem
 Dissimiles homini possent, similesq; uideri.
 Membraq; contraxit: naresq; à fronte remissas
 Contudit: & rugis perarauit anilibus ora:
 Totaq; uelatos flauenti corpora uillo
 Misit in has sedes: nec non prius abstulit usum
 Verborum, & nata dira in periuria lingua
 Posse queri tantum rauco stridore reliquit.
 Has ubi praterijt: & parthenopeia dextra
 Mœnia deseruit: laua de parte canori
 Aeolida tumulum, & loca fœta palustribus undis
 Littora Cumarum, uiuacisq; antra Sibyllæ
 Intrat: & ut manes adeat per auerna paternos
 Orat. at illa diu uultum tellure moratum
 Erexit: tandemq; deo furibunda recepto;
 Magna petis dixit, uir factis maxime, cuius
 Dextera per ferrum, pietas spectata per ignes.
 Pone tamen Troiane metum: potiere petitis:
 Elysiacq; domos, & regna nouissima mundi
 Me duce cognosces, simulachraq; cara parentis.
 Inuia uirtuti nulla est uia. dixit: & auro
 Fulgentem ramum sylua Iunonis auernæ

METAMOR.

Monstravit: iussitq; suo diuellere trunco.
 Paruit Æneas: & formidabilis orci
 Vidit opes, atavosq; suos, umbramq; senilem
 Magnanimi Anchisæ: didicit quoq; iura locorum:
 Quæq; nouis essent adeuunda pericula bellis.
 Inde ferens lassos aduerso tramite passus
 Cum duce cumæa fallit sermone laborem.
 Dumq; iter horrendū p opaca crepuscula carpit:
 Seu dea tu præsens, seu dijs gratissima, dixit
 Numinis instar eris semper mihi: meq; fatebor
 Muneris esse tui: quæ me loca mortis adire,
 Quæ loca me uisæ uoluisti euadere mortis.
 Pro quibus aerias meritis euectus ad auras,
 Templam tibi statuam: tribuam tibi thuris honores.
 Respicit hunc uates: & suspiratibus haustis,
 Nec dea sum, dixit: nec sacri thuris honore
 Humanum dignare caput. ne nescius erres,
 Lux æterna mihi, carituraq; sine dabatur:
 Si mea uirginitas Phœbo patuisset amanti.
 Dum tamen hanc sperat: dū præcorrūpere donis
 Me cupit: elige (ait) uirgo cumæa, quid optes:
 Optas ponere tuis. ego pulueris hausti
 Ostendens cumulum, quot haberet corpora puluis,
 Tot mihi natales contingere uana rogavi.
 Excidit ut peterem iuuenes quoq; protinus annos.
 Hos tamen ille mihi dabat, æternamq; iuuentam,
 Si uenerem paterer. contempto munere Phœbi
 Innuba permaneo: sed iam felicior ætas
 Erga dedit, rrenuloq; gradu uenit ægra senectus.
 Quæ patienda diu est: nam iam mihi sæcula septem

Acta uides: superest, numeros ut pulueris æquem:
Tercentum messes, tercentum musta uidere.
Tempus erit, cum de tanto me corpore paruum
Longa dies faciet: consumptaq; membra senecta,
Ad minimum redigentur onus, nec amata uidebor,
Nec placuisse deo: Phœbus quoq; forsitan ipse
Vel non agnoscet: uel dilexisse negabit.
Vsque adeo mutata ferar: nulliq; uidenda,
Voce tamen noscâr: uocem mihi fata relinquent.
Talia conuexum per iter inemorante Sibylla,
Sedibus Euboicam stygijs emergit in urbem
Troius Æneas, sacrisq; ex more litatis,
Littora adit non dum nutricis habentia nomen.
Hic quoq; substiterat post tædia longa laborum
Nerinus Macareus comes experientis Vlyssæi:
Desertum quondam medijs in rupibus Ætnæ
Noscit Achemeniden, improuisoq; repertum
Viuere miratus, quis te casus'ue, deus'ue
Seruat Achemenide? cur (inqt) barbara graium
Prora uehit? petitur uestra quæ terra carina?
Talia quærenti iam non hirsutus amictu,
Iam suus, & spinis conserto tegmine nullis
Fatur Acheminides, iterum Polyphemon, & illos
Aspiciam fluidos humano sanguine rictus,
Hæc mihi, ni, potiôr domus est, Ithaciq; carina:
Si minus Æneam ueneror genitore, nec unquam
Esse satis potero (præstem licet omnia) gratus.
Quod loquor, & spiro, cælumq; & lumina solis
Aspicio (possum'ne ingratus & immemor esse?
Ille dedit: quod non anima hæc Cyclopis in ora

Venit: & ut lumen iam nunc uitale relinquam:
Vt tumulo, aut certe non illa condar in aluo.
Quid mihi tunc animi, nisi si timor abstulit omnem
Sensum, animūq; fuit? cum uos petere alta relictus
Aequora conspexi. uolui inclamare: sed hosti
Prodere me timui: uestra quoq; clamor Vlyssis
Penè rati nocuit. uidi cum monte reuulsum
Immanem scopulum medias permisit in undas.
Vidi iterum ueluti tormenti uiribus acta
Vasta giganteo iaculantem saxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctus'ue lapis'ue carinam
Pertinui, iam me non esse oblitus in illa.
Vt uero fuga uos ab acerba morte reduxit:
Ille quidē totam gemitibus obambulat Aetnā,
Praetentatq; manu syluas: & luminis orbis
Rupibus incurSAT: fœdataq; brachia tabo
In mare protendens gentem execratur achiuam.
Atq; ait, ò si quis referat mihi casus Vlysses,
Aut aliquem ex socijs, in quem me aſcuiat ira:
Viſcera cuius edam: cuius uiuentia dextra
Membra mea laniem: cuius mihi sanguis imundet
Guttur, & elisi trepident sub dentibus artus,
Quam nullū, aut leue sit damnū mihi lucis adēpta?
Hæc, & plura ferox, me luridus occupat horror
Spectantem uuluis etiaminum cade madentes,
Crudelesq; manus, & inanem luminis orbem,
Membraq; & humano concretam sanguine barbā
Mors erat ante oculos, minimum tamen ipsa doloris
Et iam prensurum, iam nunc mea uiscera rebar
In sua mersurum, mentiūq; hærebat imago

Temporis illius: quo uidi bina meorum
Ter quater affligi sociorum corpora terræ.
Cum super ipse iacens hirsuti more leonis
Visceræq; & carnes, cumq; albis ossa medullis,
Semi animæq; artus auidam condebat in aluum,
Me tremor inuasit, stabam sine sanguine mæstus,
Mandentemq; uidens, eieftantemq; cruentas
Ore dapes, & frustra mero glomerata uomentem.
Talia fingebam misero mihi fata parari,
Perq; dies multos latitans, omnemq; tremiscens
Ad strepitum, mortemq; timens, cupiensq; moriri,
Glandæ famem pellens, & mista frondibus herba,
Solus, inops, expes leto pœnæq; relictus,
Hanc procul aspexi longo post tempore nauem:
Orauiq; fugam gestu, ad litus q; cucurri,
Et moui grauiumq; ratis troiana recepit.
Tu quoq; pande tuos comitum gratissime casus:
Et ducis, & turba, qua tecum est credita ponto.
A colon ille refert tusco regnare profundo,
A colon Hippotaden cohibentem carcere uentos:
Quos bouis inclusos tergo (memorable munus)
Dulichium sumpsisse ducem, statumq; secundo
Lucibus isse nouem, & terram aspexisse petitam.
Proxima post nonam cum se se aurora moueret:
Inuidia socios, prædæq; cupidine uictos
Esse ratos aurum, dempsisse ligamina uentis.
Cum quibus isse retro, per quas mō uenerat undas,
Aeoliq; ratem portus repetisse tyranni.
Inde Lami uetereni læstrygonis (inquit) in urbem
Veninus, Antiphates terra regnabat in illa.

METAMOR.

Miffus ad hunc ego sum numero comitante duorū
 Vixq; fuga quaefita falus, comitiq; mihiq;
 Tertius ē nobis Læstrygonis impia tinxit
 Ora cruore fuo: fugientibus inftat: & agmen
 Concitat Antiphates: coeunt: & saxa trabesq;
 Coniiciunt: merguntq; uiros: merguntq; carinas.
 Vna tamen, quæ nos, ipfiamq; uehebat Vlyffem
 Effugit: amiffa sociorum parte, dolentes
 Multaq; conquefti terris allabimur illis:
 Quas procul hinc cernis, procul hinc (mihicrede) ui
 Insula uifa mihicre: tuq; o iufiffime Troū (dēda est,
 Nate dea (neq; enim finito marte uocandus
 Hostis es Ænea) moneo fuge littora Circes.
 Nos quoq; Circeō religata in littore pinu
 Antiphates memores, immanfuetiq; Cyclopis
 Ire negabamus: & tefta ignota fubire.
 Sorte fumus lecti: fors me, fidumq; Polyten
 Eurylochumq; fimul, nimiq; Elpenora uini,
 Bisq; nouem socios Circeā ad mœnia mifit.
 Quæ fimul attingimus: ftetimusq; in limine tefti:
 Mlle Lupi, miftiq; Lupis Vrfiq;, leaq;
 Occurfu fecere mentem: fed nulla timenda,
 Nullaq; erat noftro factura in corpore uulnus.
 Quin etiam blandas mouere per aëra caudas:
 Noftraq; adulantes comitant uestigia: donec
 Excipiunt famulæ: perq; atria marmore tefta
 Ad dominam ducunt, pulchro fedet illa reffite
 Sublimi folio: pallamq; induta nitentem
 Insuper aurato circumuelatur amictu.
 Nereides, Nymphæq; fimul, quæ ueller a motis

N ulla trahunt digitis: nec fila sequentia ducunt:
 G ramina disponunt: sparsosq; sine ordine flores
 S ecernunt calathis, uarijsq; coloribus herbas.
 I psa quod hæ faciunt opus exigit: ipsa quis usus
 Quoq; sit in folio, quæ sit concordia mistis
 N onit: & aduertens pensas examinat herbas.
 H æc ubi nos uidit: dicta, acceptaq; salute
 D iffudit uultus: & reddidit omnia uocis
 N ec mora: misceri tostis iubet ordea grani,
 M ellaq; uimq; meri cum lacte coagula passo.
 Quiq; sub hac lateant furtim dulcedine, succos
 A djcit: accipimus sacra data pocula dextra.
 Quæ simul arenâ sitientes hausimus ore:
 E t tetigit uirga summos Dea dira capillos:
 E t pudet, & referam: setis horre scere cœpi:
 N ec iam posse loqui: pro uerbis edere rancum
 M urmur: & in terram toto procumbere uultu:
 O sq; meum sensi pando occalescere rostro:
 C olla timere toris: & quomodo pocula parte
 S umpta mihi fuerant: illa uestigia feci.
 C umq; eadem passis (tantum medicamina possunt)
 C laudor in antra, suis solum caruisse figura
 V idimus Eurylochum: solus data pocula fugit.
 Quæ nisi uitasset pecoris pars una fuisset,
 N unc quoq; setigeri, nec tantæ cladis ab illo
 C ertior, ad Circen ultor uenisset Vlysses.
 P acifer huic dederat florem Cyllenius album:
 M olyuocant superi: nigra radice tenetur.
 T utus eo, monitisq; simul cœlestibus intrat
 I lle domum Circes: & ad insidiosa uocatus

METAMOR.

Pocula, conantem uirga mulcere capillos
Reppulit: & stricto pauidam deteruit ense.
Inde fides, dextraq; data thalamoq; recepta
Coniugij dotem sociorum corpora poscit.
Spargimur ignota succis melioribus herbae:
Percutimurq; caput conuersa uerbera uirga:
Verbaq; dicuntur dictis contraria uerbis.
Quo magis illa canit: magis hoc tellure leuati
Erigimur: setaq; cadunt: bifidosq; relinquit
Rima pedes: redeunt humeri: & subiecta lacertis
Brachia sunt, flentem flentes amplectimur illum:
Heremusq; ducis collo: nec uerba locuti
Vlla priora sumus, q; nos testantia gratos.
Anua nos illic tenuit mora: multaq; praesens
Tempore tam longo uidi: multa auribus hausi.
Hoc quoq; cum multis, quod clam mihi rettulit una
Qatuor e famulis ad talia sacra paratis.
Cum duce nanq; meo Circe dum sola moratur:
Illa mihi niueo factum de marmore signum
Ostendit iuuenile, gerens in uertice Picum
Aede sacra positum, multisq; insigne coronis.
Quis foret, & quare sacra colerentur in aede,
Cur hanc ferret auem, quarenti, & scire uolenti
Accepe (ait) Matareu: dominaeq; potentia quae sit
Hinc quoq; disce, mea: tu dictis adijce mentem.
Picus in ausonijs proles saturnia terris
Rex fuit utilium bello studiosus equorum.
Forma uero, quam cernis erat: licet ipse decorem
Aspicias: ficta q; probes ab imagine ueram.
Par animus forma: nec adhuc spectasse tot annos
Quinquennem

Quinquennem poterat graia quater edere pugna.
 I lle suos Dryadas latius in montibus ortas
 V erterat in uultus: illum fontana petebant
 N umina Naiades, quas Albula, quasq; Numici
 Quas Amienis aquae, cursuq; breuissimus Almo,
 N ar'ue nilit praecipis, & opacae Farfarus undae,
 Quaeq; colunt scythicae stagnum nemorale Dianae,
 F initimosq; lacus. spretis tamen omnibus unam
 I lle colit Nympham: qua quondam in colle palati
 D icuntur ancipiti peperisse Venilia Iano.
 Haec ubi nubilibus primum maturuit annis:
 P reposito cunctis laurenti tradita Pico est,
 R ara quidem facie, sed rarior arte canendi,
 V nde Canens dicta est: syluas, & saxa moueri,
 E t mulcere feras, & flumina longa morari
 O re suo, uolucresq; uagas retinere solebat.
 Quae dum feminea modulatur carmina uoce:
 E xierat tecto laurentes Picus in agros
 I ndigenas fixurus apros: tergumq; premebat
 A cris equi: laenaq; hastilia bina ferebat
 P haeniceam fuluo chlamyde comprehensus ab auro.
 V enerat in syluas & filia solis easdem:
 V tq; nonas legeret fecundis collibus herbas:
 N omine dicta suo Cyrcæa reliquerat arua.
 Quae simulac inuenem uirgultis abdita uidit:
 O bstupuit: cecidere manu, quas legerat herbas:
 F lammaq; per totas uisa est errare medullas.
 V t primum ualido mentem collegit ab aestu:
 Quid cuperet fissura fuit: ne posset adire
 C ursus equi fecit, circumfususq; satelles.

Quid. Meta.

&

Non tamen effugies: uento rapiare licebit:
 Si modo me noui: si non euauit omnis
 Herbarum uirtus: & me mea carmina fallunt.
 Dixit: & effigiem nullo cum corpore falsi
 Finxit apri: præterq; oculos transcurrere regis
 Iussit: & in densam trabibus nemus ire uideri:
 Plurima quæ sylua est: & equo loca peruia nõ sunt.
 Haud mora: continuo prædæ petit inscius umbram
 Picus: equiq; celer spumantia terga reliquit:
 Spemq; sequens uanam, sylua pedes errat in alta.
 Concipit illa preces: & uerba præcantia dicit:
 Ignotosq; deos ignoto carmine adorat:
 Quo solet & niueæ uultum confundere Luna:
 Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.
 Tunc quoq; cantato densatur carmine cælum:
 Et nebulas exhalat humus: cæcisq; uagantur
 Linitibus comites: & abest custodia regi.
 Nacta locum, tempusq; per o tua lumina, dixit,
 Quæ me ac æperunt, perq; hæc pulcherrime formam,
 Quæ facit ut supplex tibi sim dea, consule nostris
 Ignibus: & socerum, qui præuidet omnia, Solẽ,
 Accipe: nec durus Titanida despice Circen.
 Dixerat: ille ferox ipsamq;, precesq; repellit:
 Et quæcunq; es ait, non sum tuus: altera captum
 Me tenet: & teneat per longum comprecor æuum.
 Nec uenere externa socialia fœdera lædam:
 Dum mihi Ianigenam seruabunt fata Canentem.
 Sæpe retentatis precibus titania frustra,
 Non impune ferēs: neq; (ait) reddere Canenti:
 Læsaq; quid faciat, quid amans, quid fœmina discēs

Rebus (ait) sed amans, et læsa, & fœmina, Circe est,
Tumbis ad occasus, bis se conuertit ad ortus:
Ter iuuenem baculo tetigit: tria carmina dixit:
Ille fugit: sed se solito uelocius ipse
Currere miratus, pennas in corpore uidit:
Seq; nouam subito latijs accedere syluis
Indignatus auem, duro fera robora rostro
Figit: & iratus longis dat uulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem:
Fibula quod fuerat, uestemq; momorderat aurum:
Pluma fit: & fuluo cernix præcingitur auro.
Nec quicq; antiquum Pico, nisi nomina, restat.
Interea comites clamato sæpe per agros
Nequicq; Pico, nullaq; in parte reperto,
Inueniunt Circen: nam iam tenuauerat auras:
Passaq; erat nebulas uentis, ac sole resolui:
Criminibusq; premunt ueris: regemq; reposcunt:
Vimq; ferunt: sæuisq; parant incessere telis.
Illa nocens spargit uirus, succosq; ueneni:
Et noctem, noctisq; deos Ereboq; Chaoq;
Conmocat: & longis hecaten ululatibus orat.
Exiluere loco (dictu mirabile) syluæ:
Ingemuitq; solum: uicinaq; palluit arbor:
Sarsaq; sanguineis rubuerunt pabula guttis:
Et lapides uisi mugitus edere raucos:
Et latrare canes: & humus serpentibus atris
Squalere: & tennes animæ uolitare uidentur.
Attonitum monstris uulgus pauet: illa pauentum
Ora uenenata tetigit mirantia uirga.
Cuius ab tactu uariarum monstra ferarum

METAMOR.

In iuuenes ueniunt: nulli sua mansit imago.
Presserat occiduis tarthesia littora Phœbus:
Et frustra coniux oculis, animoq; Canentis
Expectatus erat. famuli, populusq; per omnes
Discurrunt syluas: atq; obuia lumina portant.
Nec satis est Nymphæ flere: & lacerare capillos:
Et dare plangorem: facit hæc tamen omnia: scq;
Proripit: ac latos errat uesana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia solis
Lumina uiderunt inopem somniq; cibus
Periuga, per ualles, quæ fors ducebat, euntem,
Vlîmus aspexit fessam luctuq; uiaq;
Tybris, & ingelida ponentem corpora ripa.
Illuc cum lachrymis ipsos modulata dolores
Verba sono tenui mœrens fundebat: ut olim
Carmina iam moriens canit exequialia cygnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit: inq; leues paulatim euannit auræ.
Fama tamen signata loco est: quem rite Canentem
Nomine de Nymphæ ueteres dixere coloni.
Talia multa mihi longum narrata per annum,
Visaq; sunt: resides, & desuetudine tardi
Rursus inire fretum, rursus dare uela iubemur:
Ancipitesq; uias, & iter Titania uastum
Dixerat, & saui restare pericula ponti.
Perituum (fateor) nactusq; hoc litus, adhæsi.
Finierat Macareus: urnaq; Æneia nutrix
Condita, marmoreo tumulo breue carmen habebat.
Hic me Caietam notæ pietatis alumnus
Ereptam argolico, quo debuit igne, cremauit.

Soluitur herboſo religatus ab aggere funis:
Et procul infidias, infamataeque; relinquunt
Teſta deae: lucosque; petunt: ubi nubilus umbra
In mare cum fulua prorumpit Tybris arena.
Favni genaque; domo poſitur, nataque; laſini:
Non ſine Marte tamen. bellum cum gente feroci
Suſcipitur: pactaque; fuit pro coniuge Turnus.
Concurrit Laio Tyrrhenia tota: diuque;
Ardua ſollicitis uictoria quaeritur armis.
Auget uterque; ſuas externo robore uires:
Et multi Rumulos, multi troiana uentur
Caſtra: neque; Aeneas Euandri ad moenia fruſtra
At Venulus fruſtra profugi Dionedis ad urbem
Venerat ille quidem ſub Iapyge maxima Dauua
Moenia condiderat: dotaliaque; arua tenebat.
Sed Venulus Turni poſtque; mandata peregit:
Auxilium petijt: uires Aetolius heros
Excuſat: nec ſe aut ſoceri committere pugnae
Velle ſui populos: aut quos e gente ſuorum
Armet, habere ullos: ne ue haec commenta putetis.
 (Admonitu quanque; luſtus renouentur amari)
Perpetiar memorare tamen. poſtque; alta cremata eſt
Ilios: & Danaas pauerunt per gama flammis:
Nariuſque; heros a uirgine, uirgine rapta
Quam meruit poenam ſolus, digeſſit in omnes:
Sparginur: & uentis inimica per aquora rapta
Fulmina, noſtem, imbres, iram caeli que; maris que;
Perpetimur Danai, cumulumque; Caphare cladis.
Ne ue moret referens triſtes ex ordine caſus:
Craciama poſuit Priamo quoque; ſlenda uideri.

METAMOR.

M e tamen armiferæ seruatum cura Mīneruæ
 F luctibus eripuit: patrijs sed rursus ab agris
 P ellor: & antiquo memores de uulnere pœnas
 E xigit alma Venus: tantosq; per alta labores
 A equora sustinui: tantos terrestribus armis:
 V t mihi felices sint illi sæpe uocati:
 Quos communis hyenis, importunusq; Caphareus
 M ersit aquis: uellemq; horum pars una fuisse.
 V lūma iam passi comites, belloq; fretosq;
 D efficiunt: sinemq; rogant erroris. at Agmon
 F eruidus ingenio, tum uero, & cladibus asper,
 Quid superest, quod iam patientia nostra recuset,
 F erre uiri dixit? quid habet Cytherea, quod ultra
 (Velle puta) faciat? nam dum peiora timentur
 E st locus in uoto. fors autem ubi pessima rerum est:
 S ub pedibus timor est: securaq; summa malorum:
 A udiat ipsa, licet: & quod facit, oderit omneis
 S ub Diomede uiros: odium tamen illius omnes
 S pernimus: & magno stat magna potentia nobis:
 T alibus iratam Venerem, Pleuronius Agmon
 I nstimulat uerbis: ueteremq; resuscitat iram.
 D icta placent paucis: numeri maioris amici
 A gmona corripimus. cui respondere uolenti
 V ox pariter, uocisq; uia est tenuata: comaq;
 I n plumas abeunt: plumis quoq; colla teguntur,
 P ectoraq; & tergum: maiores brachia pennas
 A ccipiunt: cubitiq; leues sinuantur in alas.
 M agna pedis digitos, pars occupat: oraq; cornu
 I ndurata rigent: sinemq; in acumine ponunt.
 H unc Lycus, hūc Idas, & cū Rethenore, Nycteus

Hunc miratur Abas: & dum mirantur: eandem
Accipiunt faciem: numerusq; ex agmine maior
Subvolat: & remos plausis circumuolat alis.
Si uolucrum quæ sit dubiarum forma requiris:
Vt non cygnorum, sic albis proxima cygnis.
Vix equidem has sedes, & Iapygis arida Daunii
Arua gener teneo minima cum parte meorum.
Hactenus Oenides. Venulus calydonia regna,
Peuceiosq; sinus, Messapiaq; arua reliquit.
In quibus antra uidet: quæ multa nubila sylua,
Et leuibus guttis manantia, semicaper Pan
Nunc tenet: at quodã tenuerunt tempore Nymphæ
Appulus, hasilla pastor regione fugatas
Terruit: & primo subita formidine mouit.
Mox ubi mens redijt: & contempere sequentem:
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbathas pastor: saltuq; imitatus agresti
Addidit obscænis conuicia rustica dictis:
Nec prius obtulit: quàm guttura condidit arbor:
Arbor enim est: succoq; licet cognoscere mores.
Quipe notam lingua baccis Oleaster amaris
Exhibet: asperitas uerborum cessit in illas.
Hinc ubilegati rediere negata ferentes
Arma ætola sibi: Rutuli sine uiribus illis
Bella infausta gerunt: nullumq; ab utraq; cruoris
Parte datur. fert ecce uidas in pinea Turnus
Tecta faces: ignesq; timent, quibus unda pepercit.
Iamq; picem, & ceras, alimenta q; cætera flammæ
Mulciber urebat: perq; altum ad carbasa malum
Ibat: & incuruæ fumabant transtra carinæ.

Cum memor has pinus idæo uertice casas,
 S anctæ deum genitrix tinnitibus æthera pulsis
 A eris, & inflati compleui murmure buxi,
 P erq; leues domitis inuicta leonibus auras,
 I rrita sacrilega iactas incendia dextra
 T urne ait: eripiam: nec me patiente cremabit
 I gnis edax nemorum partes, & membra meorū.
 I ntonnit dicente dea: tonitruumq; secuti
 C um saliente graues ceciderunt grandine nimbi.
 A eraq; & tumidum subitis concursibus æquor
 A strai urbant, & exiit in prælia fratres:
 E quibus alma parens unius uiribus usa,
 S tuppea prærupit phrygiæ retinacula classis:
 F ertq; rates pronas: medioq; sub æquore mergit.
 R obore mollito, lignoq; in corpora uerso,
 I n capitum facies puppes mutantur adunca.
 I n digitos abeunt, & crura natanti remi:
 Quodq; sinus fuerat, latus est: medijsq; carina
 S ubdita nauigijs, spinae mutant in usum.
 L ina comæ molles, antennæ brachia sunt.
 C erulus ut fuerat, color est: quasq; ante timebant,
 I llas uirginis exercent lufibus undas.
 N aiades æquoreæ: durisq; in montibus ortæ,
 M olle fretum celebrant: nec eas sua tangit origo.
 N on tamen oblitæ quàm in multa pericula sæuo
 P ertulerint pelago, iactatis sæpe carinis
 S upposuere manus: nisi siqua uehebat Achinos.
 C ladis adhuc phrygiæ memores, odere Pelagos:
 N eritæq; ratis uiderunt fragmina lætis
 V ulibus: & lætis uidere rigescere puppem

Vultibus Alcinoi: saxumq; increfcere ligno,
Spes erat in Nymphas animata classe marinas
Poffe menti monftri R. utulum defifere bello:
Perftat: habetq; deos pars utraq;: quodq; deorum efl
Inftar, habent animos. nec iam dotalia regna,
Nec fceptrum foreri, nec te Lauinia uirgo,
Sed uiciffe petunt: deponendiq; pudore
Bella gerunt: tandemq; Venus uictricia nati
Arma uidet: Turnusq; cadit: cadit Ardea Turno
Soffite dicta potens. quam postq; barbarus enfis
Abfultit: & tepida pamerunt tetta fanilla:
Congerie e media tum primum cognita prapes
Subnolat: & cineres plaufis euerberat alis.
Et fonus, & macies, & pallor, et omnia, captam
Que deceant urbem, nomen quoq; manfit in illa
Vrbis: & ipfa fuis deplangunt Ardea pennis.
Iamq; deos omnes, ipfamq; Aeneia uirtus
Iunonem ueteres finire coegerat iras:
Cum bene fundatis opibus crescentis Iuli
Tempesiuus erat caelo Cythereius Heros:
Ambieratq; Venus superos: colloq; parentis
Circunfufa fui, nunquam mihi (dixerat) ullo
Tempore dure pater, nunc fimiffimus opto:
Aeneaq; meo, qui te de fanguine noftro
Fecit auum: quamuis paruum, des optime numen,
Dum modo des aliquid. fatis efl inamabile regnum
Afpexiffe femel: ftygios femel iffe per amnes.
Affenfere dei: nec coniux regia uultus
Immotos tenuit: placatoq; annuit ore.
Tum pater efl is (ait) caeleflti numine dignus:

METAMOR.

Quæq; petis, pro quoq; petis, cape nata quod optas. V
 Fanus erat: gaudet: gratesq; agit illa parenti: 2
 Perq; leues auras iunctis inuicta columbis 4
 Litus adit laurens: ubi tectus arundine serpit 9
 In freta flumineis uicina Numicius undis. 1
 Hunc iubet Aeneæ quæcumq; obnoxia morti, 14
 Abluere: & tacito deferre sub æquora cursu. 2
 Corniger exequitur Veneris mandata: suisq; 3
 Quicquid in Aeneâ fuerat mortale repurgat: 4
 Et respersit aquis pars optima restitit illi. 2
 Lustratum genitrix diuino corpus odore 4
 Vnxit, & ambrosia dulci cum nectare mista 5
 Contigit os, fecitq; deum: quem turba Quirini 2
 Nuncupat indigetem, temploq; arisq; recepit. 3
 Inde sub Ascaniij diuione binominis, Alba 4
 Resq; latina fuit, successit Syluius illi. 5
 Quo satus, antiquo tenuit repenta Latinus 1
 Nomina cum sceptro, clarus subit Alba Latino, 1
 Epinus ex illo, post hunc Capetusq;, Capysq;, 3
 Sed Capys ante fuit, regnum Tyberinus ab illis 4
 Cepit, & in thusci demersus fluminis undis 4
 Nomina fecit aquæ, de quo Remulusq;, feroxq; 3
 Acrota sunt geniti, Remulus maturior annis 4
 Fulmineo perijt imitator fulminis ictu. 4
 Fratrem suo sceptrum moderatior Acrota fortis 4
 Tradit Auentino, qui quo regnarat, eodem 4
 Monte iacet positus: tribuitq; uocabula monti. 4
 Iamq; palatinæ summam Proca gentis habebat. 4
 Rege sub hoc Pomona fuit, qua nulla latinas 1
 Inter Hamadryadas coluit solertius hortos, 4

Nec fuit arborei studiosior altera fetus,
 Vnde tenet nomen. non syluas illa, nec amnes,
 Rus amat, & ramos felicia poma ferentes,
 Nec iaculo grauis est, sed adunca dextera falce,
 Qua modoluxuriam premit, & spatiantia passim
 Brachia compefcit, fiffio modo cortice, lignum
 Inferit, & succos alieno præstat alumno,
 Nec sentare sitim patitur. bibulaq; recuruas
 Radicis fibras labentibus irrigat undis,
 Hic amor, hoc studium, Veneris quoq; nulla cupido est,
 Vim tamen agrestium metuens pomaria claudit
 Inuus, & accessus prohibet, refugitq; uiriles.
 Quid non & Satyri saltatibus apta iuuentus
 Fecere? & pinu præcincti cornua Panes?
 Siluanusq; suis semper iuuenilior annis?
 Quicq; deus fures uel falce, uel in guine terret?
 Ut poterentur ea. sed enim superabat amando
 Hos quoq; Vertumnus, neq; erat felicior illis.
 O quoties habim duri messoris aristas
 Corbe tulit, ueriq; fuit messoris imago.
 Tempora sæpe gerens sceno religata recenti
 Desectum poterat gramen uersare uideri.
 Sæpe manu stimulos rigida portabat, ut illum
 Irasses fossos modo disiuuixisse iuencos.
 Falce data, frondator erat, uitisq; putator.
 Induerat scalas, lecturum poma putares.
 Miles erat gladio, piscator arundine sumpta.
 Deniq; per multas adinum sibi sæpe figuras
 Repperit, ut caperet spectatæ gaudia formæ.
 Ille etiam picta redimimus tempora mittat

METAMOR.

Immittens baculo, positus per tempora canis
Assimulavit animum: cultosq; intravit in hortos:
Pomaq; mirata est. tantoq; potentior (inquit):
Omnibus es nymphis quas continet albula ripis,
Salve virginei flos intemerate pudoris
Paucaq; laudata dedit oscula: qualia nunquam
Vera dedisset anus: glebaq; incurva resedit
Suspiciens paucos autumnum pondereramos.
Vlmus erat contra speciosa nitentibus unis:
Quam socia postq; pariter cum vite probavit:
At si stare (ait) cœlebs sine palmitate truncus:
Nil præter frondes, quare peteretur, haberet.
Hæc quoq; quæ iuncta viuis requiescit in ulmo:
Si non iuncta foret: terra acclimata iaceret.
Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius:
Concubitusq; fugis: nec te coniungere curas.
Atq; utinam uelles. Helene non pluribus esset
Sollicitata procis: nec quæ Lapitheia mouit
Pralia: nec coniux timidi atq; audacis Vlyssæi.
Nunc quoq; cum fugias: auerserisq; petentes:
Mille uiri cupiunt, & semideiq; Deiq;
Et quæcunq; tenent albanos numina montes.
Sed tu si sapias: si te bene iungere: animumq;
Hanc audire uoles: quæ te plus omnibus illis,
Plus quàm credis, amo: uulgares reijce tedas:
Verumnumq; tori socium tibi delige: pro quo
Me quoq; pignus habe. neq; enim: sibi notior ille est:
Quam mihi, nec toto passim uagus errat in orbe:
Hæc loca magna colit: nec uti pars magna procorum,
Quam modo uidit, amat. tu primus, & ultimus illi

A rdor eris soliq; suos tibi deuonet annos.
 A dde q; est iuuenis: quod naturale decoris
 M unus habet: formasq; apte fingetur in omnes:
 E t quod erit iussus (iubeas licet omnia) fiet.
 Quid, q; amatis idem? quid quæ tibi poma coluntur,
 P rimus habet? lætaq; tenet tua munera dextra?
 S ed neq; iam factus desiderat arbore demptos:
 N ec quas hortus alit cum succis matibus herbas,
 N ec quicquã nisi te miserere ardentis: & ipsum
 Quod petit, ore meo præsentem crede precari.
 V ltioresq; deos, & pectora dura perosam
 I d aliam, memoremq; time Rhamnusia iram.
 Quoq; magis caueas (etenim mihi multa uetustas
 S cire dedit) referam tota notissima Cypro
 F acta, quibus flecti facile, & mitescere possis.
 V iderat à ueteris generosam sanguine Teucri
 I phis Anaxareten humili de stirpe creatus,
 V iderat, & totis perceperat, ossibus ignes,
 L uctatusq; diu, postquã ratione furorem
 V incere non ponit: supplex ad limina uenit,
 E t modo nutrici miserum confessus amorem,
 N e sibi dura foret, per spes orauit alumnæ,
 E t modo de multis blanditus cuiq; ministris,
 S ollicita petijt propensum uoce fauorem.
 S æpe ferenda dedit blandis sua uerba tabellis,
 I nterdum madidas lachrymarum rore coronas
 P ostibus intendit, posuitq; in limine duro
 M olle laus, tristisq; seræ conuitia fecit.
 S enior illa fredo surgente cadentibus hædis,
 D urior & ferro, quod Noricus excoquit ignis,
 E t saxo, quod adhuc uiuum radice tenetur,

METAMOR.

S pernit: & irridet: factisq; immitibus addit
 V erba supba ferox: & spe quoq; fraudat amante.
 N on tulit impatiens longi tormenta doloris
 I phis: & ante fores hæc uerba nouissima dixit.
 V incis Anaxarete: neq; erunt tibi tædia tandem
 V lla ferenda mei: latos molire triumphos:
 E t Pæana uoca: nitidaq; incingere lauro:
 V incis (ait) moriorq; libens. age ferrea gaude.
 C erte aliquid laudare mei cogèris: eritq;
 Q uo tibi sim gratus: meritumq; fatebere nostrum.
 N on tamen ante mihi curam excessisse inemento,
 Q uam uitam: geminaq; simul mihi luce carendū est.
 N ec tibi fama mei uentura est nuntia læti:
 I pse ego, ne dubites, adero: præsensq; uidebor:
 C orpore ut ex animi crudelia lumina pascas.
 S itamen ó superi mortalia facta uidetis
 E ste mei memores: nihil ultra lingua precari
 S ustinet: & longo facite ut narremur in æuo:
 E t quæ densistis uitæ, datæ tempora famæ.
 D ixit: & ad postes ornatos sæpe coronis
 H umentes oculos, & pallida brachia tollens,
 C um foribus laquei religaret uincula summis:
 H æc tibi ferta placent crudelis, & impia (dixit)
 I nseruitq; caput: sed tum quoq; uersus ad illam est:
 A tq; onus infelix elisa fauce pependit.
 I lla pedum motu, trepidantū, & multa timentū
 V isa dedisse sonum est, ad apertaq; ianua factum
 P rodidit. exclamant famuli: frustra q; leuatum
 (Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.
 A ccipit illa sinu: complexaq; frigida nati
 M embra sui, postq; miserarum uerba parentum

E didit: & matrum miserarum facta peregit:
F unera ducebat mediam lachrymosa per urbem:
L uridaq; arfuro portabat membra pheretro.
F orte uicæ uicina domus qua flebilis ibat
P ompa, fuit: duraq; sonus plangoris ad aures
V enit Anaxaretæ: quam iam Deus ultor agebat.
M ota tamen uideamus (ait) miserabile funus:
E t patulis inijt tectum sublimæ fenestris.
V ixq; bene impositam lecto prospexerat Iphim:
D iriguere oculi: calidusq; è corpore sanguis
I nducto pallore fugit: conataq; retro
F erre pedes, hæsit: conata auertere uultus,
H oc quoq; non potuit: paulatimq; occupat aruis
Q uod fuit in duro iam pridem pectore saxum.
N e ue ea ficta putes: dominæ sub imagine signum
S eruat adhuc Salamis: Veneris quoq; noie templum
P rospicientis habet. quorum memor o mea, lentos
P one (precor) fastus: & amanti iungere Nymphæ.
S ic tibi nec uernum nascentia frigus adurat
P oma: nec excutiant rapidi florentia uenti.
H æc ubi nequicq; formas deus aptus in omnes,
E didit: in iuuenem redijt: & anilia demit
I nstrumenta sibi: talisq; apparuit illi:
Q ualis ubi oppositas nitidissima solis imago
E uicit nubes: nullaq; obstante reluxit:
V imq; parat: sed ui non est opus: inq; si figura
C apta dei Nymphæ est: & mutua uulnera sensit.
P roximus ausonias iniusti miles Amuli
R exit opes: Numitorq; senex amissa nepotum
M unere regna capit: festisq; Parilibus urbis
M ænia conduuntur: Tatiusq; patresq; Sabini,

METAMOR.

B ellā gerunt: arcisq; uia Tarpeia reclusa
 D ignam animam poena congestis exiit armis.
 I nde sati Curibus tacitorum more luporum
 O re premunt uoces: & corpora uicta sopore
 I nuadunt: portasq; petunt: quas obijce firmo
 C lauserat Iliades. unam tamen ipsa reclusit,
 N ec strepitum uerso Saturnia cardine fecit.
 S ola Venus portae cecidisse repagula sensit:
 E t clausura fuit: nisi q; rescindere nunq;
 D is licet acta deum. Iano loca iuncta tenebant
 N aides ausoniae gelido rorantia fonte:
 H as rogat auxilium: nec Nymphae iusta petentem
 S ustinuere deam: uenasq;, & flumina fontis
 E licuere sui. non dum tamen inuia Iani
 O ra patentis erant: nec iter praecuserat unda.
 L urida supponunt foecundo sulfura fonti:
 I ncenduntq; cauas fumante bitumine uenas.
 V iribus his, alijsq; uapor penetravit ad ima
 F ontis: & alpino modo quae certare rigori
 A udebatis aquae, non ceditis ignibus ipsis.
 F lammissera gemini fumant aspergine postes:
 P ortaq; nequicq; rigidis promissa Sabinis
 F onte fuit praestructa nouo: dum martius arma
 I ndueret miles quae postq; Romulus ultro
 O btulit: & strata est tellus Romana Sabinis
 C orporibus, strata estq; suis: generiq; cruorem
 S anguine cum soceri permiscuit impius ensis:
 P ace tamen sisti bellum, nec me in ultima ferro
 D ecertare placet: Tatiumq; accedere regno.
 O cciderat Tatius: populisq; aequata duobus
 R omule iura dabas: posita cum casside Maiores
 Talibus

Talibus affatur, diuūmq; hominumq; parentem.
 Tempus adest genitor (quoniā fundamine magno
 Res romana ualet: & præsīde pendet ab uno)
 Præmia iam promissa mihi, dignoq; nepoti
 Soluere: & ablatam terris imponere cælo.
 Tu mihi concilio quondam præsente deorum
 (Nam memoro, memoriq; animo pia uerba notauī)
 Vnus erit, quem tu tolles in sydera cæli:
 Dixisti, rata sit uerborum summa tuorum.
 Annuit omnipotens: & nubibus aëra cecis
 Occuluit: tonitruq; & fulgure terruit orbem.
 Quæ sibi promissæ sensit data signa rapinæ:
 Innixusq; hastæ pressis temone cruento
 Impavidus conscendit equos Gradivus: & ictra
 Verberis increpuit: pronumq; per aëra lapsus
 Constitit in summo nemorosi colle palati:
 Reddentemq; suo non regia iura Quirini
 Abstulit Iliaden. corpus mortale per auras
 Dilapsam tenues: ut lata plumbea funda
 Missa solet medio glans intabescere cælo.
 Pulchra subit facies: & puluinaribus altis
 Dignior est: qualis trabeati forma Quirini.
 Flebat ut amissum coniux: cum regia Iuno
 Irin ad Hersiliam descendere limite curuo
 Imperat: & uacua sua sic mandata referre.
 O et de latio, o & degente sabina
 Præcipuum matrona decus, dignissima tanti
 Ante fuisse uiri coniux, nunc esse Quirini:
 Siste mos fletus: & si tibi cura uidendi
 Coniugis est: duce me lucum pete, colle Quirino
 Qui uiret: & templum romani regis obumbrat.

Ouid. Meta.

?

METAMOR.

Paret: & in terram pictos delapsa per arcus,
Hersiliam iussis compellat uocibus Iris.
Illa uerecundo uix tollens lumina uultu
O dea (nanq; mihi, nec quæ sis dicere promptum est:
Et liquet esse deam) duc ó, duc inquit: & offer
Coniugis ora mihi: quem si modo posse uidere
Fata semel dederint: coelum accipisse fatebor
Nec mora, romuleos cum uirgine *Thaumantæa*.
Ingreditur colles, ibi *Sydu*s ab æthere lapsum
Decidit in terras: à cuius lumine flagrans
Hersiliae crinis cum *Sydere* cessit in auras.
Hanc manibus notis romana conditor urbis
Excipit: & priscum pariter cum corpore nomen
Mutat: Orãq; uocat: quæ nunc dea iuncta *Quirino* est.

CAR. VIVIANI Collensis in .XV. Meta.

Argumentum.

Fama Numam e curibus paruis & paupere tecto
Mittit ad imperium, uersus cui forte relatum
Soluit *Alemoniden* ut calculus ater in album.
Inde docet *Samius* transformia corpora mundi
Perpetuasq; uices rerum causasq; latentes.
Aegeria in lachrymas extincto coniuge manat,
Cui sua *Thesides* enarrat fata, dolenti.
Sacra *Tages* aperit gleba satus ora futuris.
Regnã pio frustra promittunt cornua Cippo.
Ausonias purgat serpens *Epidaurius* auras.
Cæsaris ornatur felici *Sydere* coelum,
Et sonet *Augusti* latas pax aurea terras.

Veritur interea quis tantæ pon-
dera molis

q Sustineat: tantoq; queat succe-
dere regi.

Destinat imperio clarum præ-
nuntia veri

Fama Numam. non ille satis cognosse Sabinae
Gentis habet ritus: animo maiora capaci
Concipit: & quæ sit rerum natura requirit.
Huius amor curæ, patria, curibusq; relictis
Fecit, ut herculei penetraret ad hospitis urbem.
Graia quis Italicis auctor posuisset in oris
Mœnia querenti, sic è senioribus unus
Retulit indigenis, ueteris non inscius aui.
Dives ab oceano bobus Ioue natus Iberis
Littora felici tenuisse Lacinia cursu
Fertur: & armento teneras errante per herbas
Ipsè domum magni, nec inhospita tecta Crotonis
Intrasse: & requie longum releuasse laborem:
Atq; ita discedens auro dixisse nepotum
Hic locus urbis erit: promissaq; uera fuerunt.
Nam fuit, argolico generatus Alehone quidam
Mytilus, illius dijs acceptissimus aui
Hunc super incumbens pressum gravitate soporis
Cœuiger alloquitur, patrias age desere sedes:
Et pete diuersi lapidosas Æsaris undas:
Et nisi paruerit, multa ac metuenda minatur,
Post ea discedunt pariter, somnusq; deusq;

METAMOR.

Surgit Alemonides: tacitaq; recentia mente
Visa refert: pugnatq; diu sententia secum:
Numen abire iubet: prohibent discedere leges,
Pœnaq; mors posita est patriam mutare uolente.
Candidus oceano nitidum caput abdiderat sol:
Et caput extulerat densissima sydereum nox:
Visus adesse idem Deus est: eademq; monere:
Et nisi paruerit plura, & graviora minari.
Pertinuit: patriumq; simul transferre parabat
In sedes penetrare nouas. sit murmur in urbe:
Spretarumq; agitur legum reus: utq; peracta est
Causa prior: crimenq; patet sine teste probatum:
Squalidus ad superos tollens reus ora, manusq;
Ocuius cœlumbis sex fecere labores,
Fer precor (inquit) opē: nā tu mihi criminis auctor.
Mos erat antiquis, niueis, atrisq; lapillis
His damnare reos, illis absoluerè culpa.
Tunc quoq; sic lata est sententia tristis: & omnis
Calculus immitem dimititur ater in urnam.
Quæ simul effudit numerandos uersa lapillos:
Omnibus è nigro color est mutatus in album:
Candidaq; herculeo sententia numine facta
Soluit Alemonidem. grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ: uentisq; fauentibus æquor
Nauigat Ioniam: lacedæmoniumq; Tarentum
Pœterit, & Sybarum, Salentinumq; Neæthum,
Thurinosq; sinus, Temesēq; & Iapygis arua.
Vixq; pererratis quæ spectant littora, terris,
Inuenit Æserei fatalia fluminis ora:
Nec procul hinc tumulū, sub quo sacrata Crotonis
Ossa tegebat humus: iussa q; ibi mœnia terra

Condidit: & nomen tumulati traxit in urbem.
Talia constabat certa primordia fama
Essē loci, positaq; italīs in sinibus urbis.
Vir fuit hic ortu Samius: sed fugerat unā
Et Samon, & dominos: odioq; tyrannidis exul
Sponte erat: isq; licet cœli regione remotus,
Mente deos adiit: & quæ natura negabat
Visibus humanis: oculis ea pectoris hausit.
Cumq; animo, & uigili perspexerat omnia cura:
In medium discenda dabat: cœtusq; silentium,
Distatq; mirantium, magni primordia mundi,
Et rerum causas, & quid natura, docebat:
Quid deus, unde niues, quæ fulminis esset origo:
Iuppiter, an uenti discussa nube tonarent:
Quid quateret terras: quæ sidera lege mearent:
Et quodcunq; latet, primusq; animalia mensis
Arguit imponi: primus quoq; talibus ora
Docita quidem soluit, sed non & credita uerbis.
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora: sunt fruges: sunt deducuntur aramos
Pondere poma suo, tumidaq; in uitibus uua:
Sunt herbae dulces: sunt quæ mitescere flamma,
Molliriq; queant: nec uobis lacteus humor
Eripitur: nec mella thymi redolentia flore.
Prodiga diuitias, alimenta q; mitia tellus
Suggerit: atq; epulas sine cæde, et sanguine præbet.
Carne ferae sedant ieiunia: nec tamen omnes:
Quipe equus, et pecudes, armataq; gramine uiuunt:
At quibus ingenium est immansuetumq; serumq;
Armeniae tigres, iracundi q; leones,
Cumq; lupis, urfi dapibus cum sanguine gaudent.

METAMOR.

Heu quantum scelus est in viscera condī:
 Congestoq; avidum pinguescere corpore corpus
 Alteriusq; animantem animantis uiuere leto.
 Silicet in tantis opibus, quas optima matrum
 Terra creat: nil te nisi tristia mandere saeuo
 Vulnerē dente iuuat? ritusq; referre Cyclopu^m?
 Nec nisi perdidēris alium, placare uoracis
 Et male morati poteris ieiunia uentris?
 At uetus illa aetas, cui fecimus Aurea nomen:
 Fœtibus arboreis, & quas humus educat, herbis.
 Fortunata fuit: nec polluit ora cruore.
 Tunc & aues tutæ mouere per aera pennas:
 Et lepus impavidus medijs errauit in aruis:
 Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo.
 Cunctæ sine insidijs, nullamq; timentia fraudem,
 Plenaq; pacis erant. postq; non utilis auctor
 Victibus inuidit (quis quis fuit ille deorum)
 Corporeasq; dapes auidam demersit in aluum:
 Fœcat iter sceleri: primoq; è cæde ferarum
 Incaluisse potest maculatum sanguine ferrum.
 Idq; satis fuerat: nostrumq; petentia letum
 Corpore missa neci salua pietate fatemur:
 Sed quàm danda neci, tam non epulanda fuerunt.
 Longius inde nefas abiit: & prima putatur
 Hostia sus meruisse mori: quia semina pando
 Eruerit rostro: spemq; interceperit anni.
 Vite Caper, morsu Bacchi mactatus ad aras
 Dictur ultoris. nocuit sua culpa duobus.
 Quid meruistis oues placidum pecus, inq; uiendos
 Natum homines? pleno quæ fertis in ubere nectar:
 Mollia quæ nobis uestras uelamina lanas

Praberis:uita q̄; magis, quàm morte iuuatis.
Quid ueruerè boues, animal sine fraude, dolisq̄;
Innocuum, simplex, natum tolerare labores?
Immemor est demum, nec frugum munere dignus
Qui potuit curui dempto modo pondere aratri
Ruricolam mactare suum: qui trita labore
Illa, quibus toties durum renouauerat aruum:
Tot dederat messes: percussit colla securi.
Nec satis est, q̄; tale nefas committitur: ipsos
Inscribere deos sceleri: numenq̄; supernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenti.
Victima labe carens, & præstantissima forma,
 (Nam placuisse nocet) uitis insignis, & auro,
Sistitur ante aras: auditq̄; ignara precantem:
Imponiq̄; suæ uidet inter cornua fronti,
Quas coluit fruges: percussa q̄;, sanguine cultros
Insiccat in liquida præuisos fersitan unda.
Protinus ereptas uiuenti pectore fibras
Inspiciunt: mentesq̄; deum scrutantur in illis.
Vnde fames homini uetitorum tanta ciborum est?
Audens uesci genus ó mortale? quod oro
Ne facite: & monitis animos aduertite nostris:
Cumq̄; bouum dabitur cæsorum membra palato:
Mandere uos uestros scite, & sentite colonos.
Et quoniam Deus ora mouet, sequar ora mouentem
Rite deum, Delphosq̄; meos, ipsumq̄; recludam
Aethera, & angustæ referabo oracula mentis.
Magna, nec ingenijs inuestigata priorum,
Quæq̄; diu latuere, canam: iuuat ire per alta
Astra, iuuat terras, & inertî sede relicta,
Nube uehi, ualidiq̄; humeris insistere Atlantis:

METAMOR.

Palantesq; homines passim ac rationis egentes
Despectare procul: trepidosq; obitumq; timentes
Sic exhortari: seriemq; euoluere fati.
Ogenus attonitum gelidæ formidine mortis,
Quid styga, quid tenebras, et nomina uana timentis,
Materiem uatum, falsiq; pericula mundi?
Corpora siue rogus flamma, seu tabe uetustas
Abstulerit: mala posse pati non ulla putetis.
Morte carent animæ: semperq; priore relicta
Sede nouis domibus uiuunt: habitantq; receptæ.
Ipse ego (nam memini) troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram: cui pectore quodam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.
Cognoni clypeum leuæ gestamina nostræ
Nuper Abanteis templo Iunonis in argis.
Omnia mutantur: nihil interit errat, & illinc
Huc uenit, hinc illuc, & quoslibet occupat aruis.
Spiritus, eq; feris humana in corpora transit:
Inq; feras noster: nec tempore deperit ullo.
Vtq; nouis facilis signatur cera figuris:
Nec manet, ut fuerat: nec formam seruat eandem:
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semp eadē
Esse: sed in uarias doreo migrare figuras.
Ergo ne pietas sit uicta cupidine uentris:
Parcite (uaticinor) cognatas cæde nefanda
Exurbare animas: nec sanguine sanguis alatur.
Et quoniam magno feror æquore: plenaq; uentis
Vela dedi: nihil est toto quod perstet in orbe.
Cuncta fluunt: omnisq; uagans formata imago.
Ipse quoq; assiduo labuntur tempora motu,
Non secus, ac flumen: neq; enim consistere flumen,

Nec leuis hora potest: sed ut unda, impellitur unda
Vrgeturq; eadem ueniens, urgetq; priorem:
Tempora sic fugiunt pariter: pariterq; sequuntur:
Et noua sunt semp: nam quod fuit ante, relictū est:
Fitq; quod, haud fuerat: momentaq; cuncta nouantur
Cernis & emensas in lucem tendere noctes:
Et iubar hoc nitidum, nigra succedere nocti.
Nec color est idem caeli, cum lassa quiete
Cuncta iacent media: cumq; albo Lucifer exit
Clarus equo: rursusq; alius, cum praemia lucis
Tradendum phæbo Palantias insicit orbem.
Ipse dei clypeus, terra cum tollitur ima:
Mane rubet terraq; rubet, cum conditur ima.
Candidus in summo est: melior natura quod illic
Aetheris est: terraeq; procul contagia fugit.
Nec par, aut eadem nocturnae forma Dianae
Esse potest unquam: semperq; hodierna sequente
Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem.
Quid? non in species secedere quattuor annum
Aspicis, aetatis peragentem imitamina nostra?
Nam tener, & lactens, pueriq; simillimus auro
Vere nouo est: tunc herba nitens, et roboris expertus
Turget: & insolida est: & spe delectat agrestes:
Omnia tum florent: florumq; coloribus almus
Ludit ager: neq; adhuc uirtus in frondibus ulla est.
Transit in aetatem post uer, robustior annus:
Fitq; ualens iuuenis, neq; enim robustior aetas
Vlla, nec uberior: nec quamagis ardeat ulla est.
Excipit autumnusposito seruore iuuentae
Maturus, mitisq; inter iuuenemq;, senemq;
Temperie medius, sparsus quoq; tempora canis.

Inde semilis hyems tremulo uenit horrida passu,
Aut spoliata suos, aut quos habet, alba capillos.
Nostra quoq; ipsorum semper, requieq; sine ulla
Corpora uertuntur: nec quod fuimus ue, sumus ue,
Cras erimus fuit illa dies: qua semina tantum,
Spesq; hominū primo, materna habitauimus aluo.
Arāfices natura manus admonit, & angī
Corpora uisceribus dissentē condita matris
Noluit: eiq; domo uacuas emisit in auras.
Editus in lucem iacuit sine uiribus infans,
Mox quadrupes, rituq; tulit sua membra ferarum:
Paulatimq; tremens, & nondum poplite firmo
Constitit, adiutisq; aliquo conamine neruis:
Inde ualens, ueloxq; fuit: spatiumq; iuuentæ
Trānsit, & emeritis mediū quoq; temporis annis
Labitur occidua per iter decline senectæ.
Subruit hæc æui demoliturq; prioris
Robora, fletq; Milon senior, cum spectat inanes
Illos, qui fuerant solidarum more ferarum
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.
Flet quoq; ut in speculo rugas aspexit amiles
Tyndaris, & secum, cursit bis rapta, requirit.
Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa uenustas
Omnia destruitis, uitataq; dentibus æui
Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Hæc quoq; non perstant, quæ nos elementa uocamus
Quasq; uices peragant (animos adhibete) docebo.
Qattuor æternus genitalia corpora mundus
Coninet, ex illis duo sunt onerosa: suoq;
Pondere in inferius Tellus, atq; Vnda feruntur:
Et totidem grauitate carent: nullog; premente

A Ita petunt Aer, atq; Aere purior Ignis.
Quæ quanq; spatio distant: tamen omnia sunt
Ex ipsis: & in ipsa cadunt: resolutaq; tellus
In liquidas rarefcit aquas: tenuatur in auras,
Aerq; humor habet, dempto quoq; pondere rursus
In superos aer tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemq; retexitur ordo,
Ignis enim densum spissatus in aera transit,
Hinc in aquas, tellus glomerata cogitur unda,
Nec species sua cuiq; manet, rerumq; nouatrix
Ex alijs alias reparat natura figuras,
Nec perit in tanto quicquã (nubi credite) mundo,
Sed uariat, facienti q; nouat, nasci q; uocatur
Incipere esse aliud, quàm quod fuit ante, mori q;
Desinere illud idem, cum sint huc forsitan illa,
Hæc translata illuc, summa tamen omnia cõstant,
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim, sic ad ferrum uenisti is ab auro
Sæcula, sic toties uersa est fortuna locorum.
Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus,
Esse fremm, uidi factas ex aquore terras,
Et procul à pelago conchæ iacuere marinæ,
Et uetus inuenta est in montibus anchora summis,
Quodq; fuit campus, uallem decursus aquarum
Fecit, & eluue mons est deductus in æquor,
Eq; paludosa siccis humus aret arenis,
Quæq; sitim tulerant, stagnata paludibus hument.
Hic fontes natura novos emisit, at illic
Clausit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina profiliunt, aut excæcata residunt.
Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu,

Existit procul hinc: alioq; renascitur orbe.
Sic modo combibitur: tecto modo gurgite lapsus
Redditur argolicis in gens Erasinus in agris.
Emissum, capitisq; sui, ripæq; prioris,
Pœnituisse ferunt: alia nunc ire Caicum.
Nec non sicarias uoluens Amasœnus arenas
Nunc fluit: interdum suppressis fontibus aret.
Ante bibebatur: nunc quas contingere nolis
Fundit Anigrus aquas: postq; (nisi uatibus omnibus
Eripienda fides) illic lauere bimbres
Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.
Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus
Qui fuerat dulcis, salibus uitatur amaris?
Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosq;
Et phœnissa Tyros: quarum nunc insula nulla est.
Leucada continuam ueteres habuere coloni:
Nunc freta circumeunt. Zancle quoq; iuncta fuisse
Dicitur Italia: donec confinia pontus
Abstulit: & media tellurem reppulit unda.
Si quæras Helicen, & Burin Achaidas urbes:
Iuenies sub aquis: & adhuc ostendere nauæ
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.
Est propè pittheam tunulus Trœæna sine ullis
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tunulus: nam (res horrenda relatu)
Vis fera uentorum, cæcis inclusa cauernis
Expirare aliquà cupiens, luctataq; frustra
Liberiore frui cœlo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec peruia flatibus esset:
Extentam tumescit humum, ceu spiritus oris
Tendere uesciam solet, aut direpta bicornis

T erga capri tumor ille loca permansit, & alti
C ollis habet speciem: longoq; induruit auro.
P lurima cum subeant audita, aut cognita nobis,
P auca super refera. quid? non & lymphas figuras
D atq; capiq; nouas? medio tua corniger Hammon
V nda die gelida est, ortuq; obituq; calescit.
A dmotis Athamantis aquis accendere lignum
N arratur, minimos cum luna recessit in orbes.
F lumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
V iscera, quod tactis inducit marmorarebus.
C rathis & hinc Sybaris uestris conterminus oris
E lectro similes faciunt, auroq; capillos.
Quodq; magis mirum, sunt qui non corpora tantum,
V erum animos etiam ualeant mutare liquores.
C ui non audita est obscenae Salmacis unda?
A ethiopesq; lacus? quos si quis faucibus hausit,
A ut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.
C litorio quicumq; sitim de fonte leuauit,
V ina fugit: gaudetq; meris abstemius undis.
S eu uis est in aqua calido contraria uino,
S iue, quod Indigenae memorant, Amithaone natus,
P roetidas attonitas postq; per carmen, & herbas
E ripuit furijs, purgamina mentis in illas
M isit aquas. odiumq; meri permansit in undis.
H uic fluit effectu dispar Lyncestius amnis,
Quem quicumq; parum moderato gutture traxit,
H aud aliter titubat, quam si merauina bibisset.
E st lacus Arcadiae, (Pheneum dixere priores,)
A mbignis suspectus aquis, quas nocte timeto,
N octe nocent potae, sine noxa luce bibunnar.
S ic alias, aliasq; lacus, & flumina uires

Concipiunt: tempusq; fuit, quo nauit in undis:
Nunc sedet Ortygie, timuit concursibus Argo
Vndarum sparsas symplegadas elisarum:
Quæ nunc immota perstant: uentisq; resistunt.
Nec quæ sulfureis ardet fornacibus Ætna:
Igneæ semper etit: neq; enim fuit ignea semper.
Nam siue est animal Tellus: & uiuit: habetq;
Spiramenta locis flammam exhalantia multis:
Spirandi mutare uias, quotiesq; mouetur,
Has finire potest, illas aperire cauernas.
Sive leues imis uenti cohibentur in antris:
Saxaq; cum saxis, & habentem semina flammæ
Materiam iactant: ea concipit ictibus ignem:
Antra relinquuntur sedatis frigida uentis.
Sive bitumineæ rapiunt incendia uires:
Luteæue exiguis ardescunt sulfura fœnis:
Nempe ubi terra cibos, alimētaq; pinguis flammæ
Non dabit, absumptis per longam uiribus æuam:
Naturaq; suum nutrimentum decrit edaci:
Non feret illa famem: desertaq; deseret ignes.
Essē uiros fama est in hyperborea Pallene:
Qui soleant leuibus uelari corpora plumis:
Cum Tritoniacam nouies subiere paludem.
Haud equidem credo: sparsæ quoq; membra ueneno
Exercere artes Scythides memorantur easdem.
Siqua fides rebus tamen est addenda probatis:
Non ne uides quæcunq; mora, fluidoq; calore
Corpora tabuerint, in parua animalia uerti?
I quoq; delectos mactatos obrue tauros:
 (Cognita res uisu) de putri uiscere passim
Florilegæ nascuntur apes: quæ more parentum

Rura colunt: operiſq; fauent: in ſpemq; laborant.
Preſſus humo bellator equus crabronis origo eſt.
Concava littoreo ſi demas brachia cancro:
Cætera ſupponas terræ: de parte ſepulta
Scorpium exhibit: caudaq; minabatur unca.
Quæq; ſolent canis frondes intexere ſilis
Agreſtes tineæ, res obſeruata colonis,
Ferali mutant cum papillione figuram.
Semina limus habet uirides generantia ranas:
Et generat truncas pedibus: mox apta natando
Crura dat: utq; eadem ſint longis ſalibus apta:
Poſterior ſuperat partes meſura priores.
Nec canis partu quem reddidit uſa recenti,
Sed male uina caro eſt: lambendo mater in artus
Fingit: & in formam, quantam capit ipſa, reducit.
Non ne uides, quos cera tegit ſex angula fetus
Melliferarum apium, ſine membris corpora naſci:
Et ſerosq; pedes, ſerasq; aſſumere pennas?
Iunonis uolucrum, quæ cauda ſydera portat:
Armigerumq; Iouis, cythareadasq; columbas,
Et genus omne auium medijs è partibus oui
Ni ſciret fieri, quis naſci poſſe putaret?
Sunt qui cum claſſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro
Mutari credant humanas angue medullas.
Hæc tamen ex alijs generis primordia ducunt:
Vna eſt: quæ reparet, ſeq; ipſa reſeminet ales.
(Aſſyrii Phœnica uocant) nec fruge nec herbis,
Sed thuris lachrymis, & ſucco uiuit amomi.
Hæc ubi quinq; ſuæ compleuit ſæcula uitæ:
Ilicis in ramis, tremulæq; cacumina palmæ,
Vnguibus, & puro nidum ſibi conſtruit ore.

METAMOR.

Quo simul ac casias, & nardi lenis aristas,
 Quassaq; cum fulua substravit cinnama myrrha:
 Se super imponit: fuitq; in odoribus æuum.
 Inde ferunt, totidem qui uiuere debeat annos:
 Corpore de patrio paruum Phœnica renasci.
 Cùm dedit huic ætas uires: oneriq; ferendo est:
 Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ:
 Fertq; pius cunasq; suas, patriumq; sepulchrum:
 Perq; leues auras Hyperionis urbe positus
 Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.
 Si tamen est aliquid miræ nouitatis in istis:
 Alternare uices, & quæ modo fœmina tergo
 Passa marem est nunc esse marè miremur Hyænam.
 Id quoq;, quod uentis animal nutritur, & aura,
 Prohinc assimilata tetigit quoscunq; colores.
 Vistat racemifero lyncas dedit india baccho:
 È quibus (ut memorant) quicquid uesica remisit,
 Vertitur in lapides: & congelat aère tacto.
 Sic et coraliū quo primum contigit auras
 Tempore, durefcit: mollis fuit herba sub undis.
 Desinet ante dies: & in alto Phœbus anhelos
 Aequore tinget equos: q̄ consequar omnia dictis,
 In species translata nouas: sic omnia uerti
 Cernimus: atq; illas assumere robora gentes:
 Concidere has, sic magna fuit censuq; uirisq;
 Perq; decem potuit tantum dare sanguinis annos:
 Nunc humilis ueteres tantummodo Troia ruinas,
 Et pro diuitijs tumulos ostendit amorum.
 Lara fuit sparte: magnæ uiguere Mycenæ:
 Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces:
 Vile solumis parte est: alte cecidere Mycenæ:
 Oedipodionæ

O edipodionia quid sunt nisi nomina Theba?
Quid pandionia restant nisi nomen Athena?
Nunc quoque dardanium fama est consurgere Romam,
Appenninigenae quae proxima Tybridis undis
Mole sub ingentirerum fundamenta ponit.
Haec igitur formam crescendo mutat: & olim
Immensi caput orbis erit: sic dicere uates,
Faticinasque ferunt sortes: quantumque recordor
Dixerat Aeneae, cum res troiana labaret
Priamides Helenus flenti, dubioque salutis,
Nate dea, si nota satis praesaga nostra
Mentis habes: non tota cadet te sospite troia.
Flamma tibi, ferrumque dabunt iter: ibis: & una
Pergama rapta feres: donec troiaeque, tibi;
Externum patrio contingat amicus aruum.
Vrbem etiam cerno phrygios debere nepotes:
Quanta nec est, nec erit: nec uisa prioribus annis.
Hanc alij proceres per secula longa potentem,
Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli
Efficiet: quo cum tellus erit usa: fruuentur
Aetherae sedes: caelumque erit exitus illi.
Haec Helenum cecinisse penatigero Aeneae
Mente memor refero: cognataque moenia laetor
Crescere: & utiliter phrygibus uicisse pelagos:
Ne tamen oblitis ad metam tendere longe
Expatiemur equis: caelum, & quodcumque sub illo est,
Immutat formas, tellusque, & quicquid in illa est.
Nos quoque pars mundi (quoniam non corpora solum
Verum etiam uolucres animae sumus: inque ferinas
Possumus ire domos: pecudumque in pectora condi)
Corpora quae possunt animas habuisse parentum,

Quid. Meta.

¶

METAMOR.

A ut fratrum, aut aliquo iunctorum fœdere nobis,
A ut hominum certe, iuta esse & honesta sinamus:
N e'ue thyeſtæis cumulemus uiscera mentis.
Quam male conſueſcit: quàm ſe parat ille cruori
I mpius humano: uituli qui guttura cultro
R umpit: & immotas præbet mugitibus aures.
A ut quæ uagitus ſimiles puerilibus hædum
E dentem iugulare poteſt: aut alite ueſci,
C ui dedit ipſe cibus. quum eſt quod deſit in iſtis
A d plenum facinus? quàm tranſitus inde paratus?
B os aret: aut mortem ſenioribus imputet annis:
H orriſerum contra Borean ouis arma miniſtret:
V bera dent ſaturæ manibus preſſanda capellæ.
R etiã cum pedicis, laqueosq; artesq; dolofas
T ollite: nec uolucres uiſcata fallite uirga:
N ec formidantes ceruos includite pennis:
N ec cælate cibus uncos fallacibus hamos.
P erdite, ſiqua nocent: uerũ hæc quoq; perdite tantum:
O ra uacent epulis: alimenta q; miſera carpant.
T alibus atq; alijs inſtructo pectore dictis
I n patriam remeſſe ferunt: ultroq; petunt
A ccæpiſſe Numam populi latialis habenas.
C oniuge qui felix Nympba, ducibusq; Camœnis
S acrificos docuit riuus: gentemq; ferocè
A ſſuetam bello pacis traduxit ad artes.
Qui poſtq; ſenior regnumq; æuumq; peregit:
E xanthum latæq; nurus, populusq; patresq;
D eſſe uere Numam: nam coniux urbe relicta
V allis aricæ dænis latet abdita ſyluis:
S acra q; oreſtæa gemitu, queſuq; Diana
I mpedit, ab quoſies Nymphe nemorisq; lacusq;

Ne faceret, monuere: & consolantia uerba
 Dixerunt: quoties flenti Theseius heros
 Siste modum dixit: nec enim fortuna querenda
 Sola tua est: similes aliorum respice casus:
 Mitius ista ferēs: utinamq; exempla dolentem,
 Non me a te possent releuare: sed et mea possunt.
 Fando, aliquem Hippolytū uestras si contingit aures
 Credulitate patris, sceleratæ & fraude nouercæ
 Occubuisse neci: mirabere: uixq; probabo:
 Sed tamen ille ego sum: me Paphæcia quondam
 Tentatum frustra patrium temerare cubile
 Quod uoluit, finxit uoluisse: & crimine uerso
 Indicij ne metu magis, offensa ue repulsæ,
 Damnavit, meritumq; nihil pater eijcit urbe
 Hostiliq; caput prece detestatur euntis.
 Pittheiam profugo curru Trœçena petebam:
 Iamq; corinthiaci carpebam littora ponti:
 Cum mare surrexit: cumulusq; immanis aquarum
 In montis speciem curuari, & crescere uisus:
 Et dare mugitus: summoq; cacumine findi.
 Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis:
 Pectoribusq; tenuis molles erectus in auras,
 Naribus, & patulo partem maris euomit ore.
 Corda pauent comitum: mihi mens interrita mansit
 Exilijs contenta suis. tum colla feroces
 Ad freta conuertunt: arrectisq; auribus horrent
 Quadrupedes: monstriq; metu turbantur: & altis
 Precipitant currum scopulis: ego ducere uana
 Frena manu, spumis albenibus oblita, luctor:
 E t retro lentas tendo resupinus habenas.
 Nec uires tamen has, rabies superasset equorum:

METAMOR.

N irota, perpetuum, qua circumuertitur axem:
 S tipitis occurſu fracta, ac diſiecta fuiſſet.
 E xcitior curru: lorisq; tenentibus armis
 V iſcera uiua trahi: neruos in ſtirpe teneri:
 M embra rapi partim: partim reprenſa relinqui:
 O ſſa grauem dare fracta ſonum: ſeſſamq; uideres
 E xhalare animam: nullasq; in corpore partes
 N oſcere quas poſſes: unumq; erat omnia uulnus.
 N um potes, aut audes cladi componere noſtra
 Nympha tuam? uidi quoq; luce carentia regna:
 E t lacerum ſoui phlegethontide corpus in unda:
 N ec, niſi appollinea ualido medicamine proliſ,
 R eddita uita foret. quam poſtq; fortibus herbis,
 Atq; ope pæonia Dite indignante recæpi:
 T um mihi, ne præſens augerem muneris huius
 I midiam: denſas obiecit Cynthia nubes:
 V tq; forem tutus: poſſemq; impune uideri:
 A ddidit ætatem: nec cognoscenda reliquit
 O ra mihi: Cretenq; diu dubitauit habendam
 T raderet, an Delon: Delo, Creta'q; relictis
 H ic poſſit nomenq; ſimul, quod poſſit equorum
 A dmonuiſſe iubet deponere: quiq; fuiſti
 H ippolytus dixit nunc idem Virbius eſto.
 H oc nemus inde colo: de diſq; minoribus unus
 N umine ſub domina lateo: atq; aſſentior illi.
 N on tamen Ægeriæ lætus aliena leuare
 D amna ualent: montisq; iacens radicibus imis
 L iquitur in lachrymas: donec pietate dolentis
 M ota ſoror Phœbi gelidum de corpore fontem
 F ecit: & æternas artus tenuauit in undas.
 A t Nymphas tetigit nouares: & Amazonæ natus

Haud aliter stupuit: quàm cum tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aspexit in aruis,
S ponte sua primum, nulloq; agitante moueri:
Sumere mox hominis, terræq; amittere formam:
Oraq; uenturis aperire recentia fatis:
Indigenæ dixere Tagen: qui primus betruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.
Vtq; palatinis hærentem collibus olim,
Cum subito uidit frondescere Romulus hastam:
Quæ radice noua, non ferro stabat adacta:
Etiam non telum, sed lentæ uiminis arbor
Non expectatas dabat admirantibus umbras.
Aut sua fluminea cum uidit Cippus in unda
Cornua: uidit enim: falsamq; in imagine credens
Essè fidem: digitis ad frontem sæpe relatis
Quæ uidit, tetigit: nec iam sua lumina damnans
Resistit, ut uictor domito ueniebat ab hoste:
Ad cælumq; oculos, & eodem cornua tollens,
Quicquid (ait) superi monstro portenditur isto,
Seu letum est patriæ, letum populoq; Quirini,
Sive minax, mihi sit: uiridiq; è cespite factas
Placat odoratis herbosæ signibus aras:
Vinaq; dat pateris: mactatarumq; bidentum
Quid sibi significant trepidantia consulit exta.
Quæ simul aspexit tyrrhenæ gentis aruspex:
Magna quidem rerum molimina uidit in illis:
Non manifesta tamen cum uero suscitit acre
Apecudis fibris, ad Cippi cornua lumen:
Rex (ait) ò salue: tibi enim tibi Cippe, tuisq;
Hic locus, & latæ parebunt cornibus arces:
Tu modo rumpe moras: portasq; intrare patentes

A d propera: sic fata iubent: nanq; urbe recaptus
 R ex eris: & sceptro tutus potiere perenni.
 R etulit ille pedem: toruamq; à mœnibus urbis
 A uertens faciem, procul ah procul omina, dixit,
 T alia dij pellant. multoq; ego iustius auium
 E xul agam: q̄ me uideant capitoliare gem.
 D ixit: & extemplo populumq; grauemq; senatum
 C onuocat: ante tamen capias noua cornua fronde
 V elat: & aggeribus factis à milite forti
 I nsistit: priscoq; deos de more precatus,
 E st (ait) hic unus, quem uos nisi pellitis urbe,
 R ex erit: is qui sit, signo, non nomine dicam.
 C ornua fronte gerit: quem uobis indicat augur,
 S i Romam intrarit, famularia iura daturum.
 I lle quidem ponit portas irrupere apertas:
 S ed nos obstinimus: quis coniuñctior illo
 N emo mihi est: nos urbe uirum prohibete Quirites.
 V el si dignus erit, grauibus uincite cathenis.
 A ut finite meum fatalis morte tyranni.
 Qualia succinctis ubi trux insibilat Eurus:
 M urmura pinetis fiunt, aut qualia fluctus
 A equorei faciunt, si quis procul audiat illos:
 T ale sonat populus: sed per confusa fremētis
 V erba tamen uulgi uox eminet una, quis ille est:
 E t spectant frontes: prædicta q; cornua querunt.
 R ursus ad hos Cippus, quem poscitis (inquit) habetis:
 E t dempta capiti populo prohibente corona
 E xhibuit gemino præsignia tempora cornu.
 D emisere oculos omnes: gemitumq; dedere:
 A tq; illud meritis clarum (quis credere possit?)
 I nuiñ uidere caput: nec honore carere

Vlterius passis, festam imposuere coronam.
At proceres, quoniam muros intrare uetaris:
Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere:
Qantum depresso subiectis bubus aratro
Complecti posses ad finem lucis ab ortu:
Cornu aq; auratis miram referentia formam
Postibus insculpunt, longum mansura per æuum.
Pandite nunc nusq; præsentia numina uanum
 (Scitis enim: nec uos fallit spaciota uetustas)
Vnde Coronidem circumflua Tybridis alii
Infula romuleæ sacris adiecerit urbis.
Dira lues quondam latias uitiauerat auras:
Pallidaq; exanguisqualebant corpora morbo.
Funeribus fessi postq; mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum:
Auxilium cæleste petunt: mediamq; tenentis
Orbis humum Delphos adewnt oracula Phœbi:
Vtq; saluifera miseris succurrere rebus
Sorte uelit, tantaq; urbis mala finiat, orant.
Et locus, & laurus, & quas habet ipse pharetras,
Intremuere simul: cortinaq; reddidit imo
Hanc adyto uocem: pænesactaq; corpora mouit.
Quod petis hinc, propiore loco Romane petisses:
Et pete nunc propiore loco: nec Apolline uobis,
Quiminnat luctus, opus est: sed Apolline nato.
Ite bonis auibus, prolemq; accersite nostram.
Iussa dei prudens postq; accipere senatus:
Quam colat explorat iuuenis Phœbeius urbem:
Quiq; petant uentis epidauria littora mittunt.
Quæ simul incurua missi tetigere carina:
Consilium, gratiosq; patres adiere: darentq;

METAMOR.

O rauerere deum, qui præsens funera gentis
 F iniat ausonia, certantq; dicere sortes.
 D issidet, & uariat sententia: parsq; negandum
 N on putat auxilium: multi retinere, suamq;
 N on emittere opem, nec numina tradere suadent.
 D um dubitant, seram pepulere crepuscula lucem:
 V mbræq; telluris tenebras induxerat orbi.
 C um deus in somnis opifer consistere uisus
 A nte tuum Romane torum, sed qualis in æde
 E sse solet: baculumq; tenens a greste sinistra
 C æsariem longæ dextra deducere barba:
 E t placido tales emittere pectore uoces.
 P one meum, ueniã: simulachraq; nostra relinquam:
 H unc modo serpentem, baculû qui nexibus ambit:
 P erspice: & usq; nota: uisum ut cognoscere possis.
 V ertar in hunc: sed maior ero: tantusq; uidebor:
 I n quantum uerti cœlestia corpora debent.
 E xtemplo cum uoce deus, cum uoce, Deoq;
 S omnus abit: somniq; fugam lux alma secuta est.
 P osteras ydereos aurora fugauerat ignes:
 I ncerti quid agant proceres ad templa petiti
 P erueniunt operosa dei, quaq; ipse morari
 S ede uelit, signis cœlestibus indicet, orant.
 V ix bene desierant: cum cristis aureis altis
 I n serpente Deus prænuucia sibila misit,
 A duentiaq; suo signumq; arasq; foresq;
 M armoreumq; solium, fastigiaq; aureamouit:
 P ectoribusq; tenuis media sublimis in æde
 C onstitit: atq; oculos circumtulit igne micantes.
 T errita uerba pauet: cognouit numina castus
 E uim ætus uitta crines albente sacerdos:

En deus est: deus est: animis, linguisq; fauete,
Quisquis adest dixit: sis ó pulcherrime uisus
Vtiliter: populosq; iuues tua sacra colentes.
Quisquis adest, uisum ueneratur numen: & omnes
Verba sacerdotis referunt geminata, piúmq;
Æneadæ præstant & uoce, & mente fauorem.
Annuit his: motisq; Deus rata pignora cristis,
Et repetita dedit uibrata sibila lingua.
Tum gradibus nitidis elabitur: oraq; retro
Flectit: & antiquas abiturus respicit aras:
Assuetasq; domos, habitataq; templa salutat.
Inde per iniectis adopertam floribus ingens
Serpit humum: flectitq; sinus: mediamq; per urbem
Tendit, ad incuruo munitos aggere portus.
Restitit hic: agmenq; suum, turbaq; sequentis
Officium, placido uisus dimittere uultu,
Corpus in ausonia posuit rate. numinis illa
Sensit onus: pressaq; dei grauitate carina.
Æneadæ gaudent: casq; in littore tauro
Torta coronatæ soluum retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem: Deus eminet alte:
Impositaq; præmens puppim ceruice recuruam
Ceruleas despectat aquas: modicisq; per aquor
Ionum Zephyris sexte Pallantidos ortu
Italiã tenuit: præterq; Lacinia templa
Nobilitata dea, Scyllæaq; littora ferunt.
Linquit Iapygiam, læuisq; Amphrysia remis
Saxa fugit, dextra prærupta Ceraunia parte.
Romechiumq; legit, Caulonãq; Nariãamq;
Euincitq; fream, siciliq; angusta Pelori,
Hippotadãq; domos regis, Themesisq; metalla,

METAMOR.

L euosiamq; petit, tepidiq; rosaria Pesti:
I nde legit Capreas, promontoriumq; Mineruæ,
E t surrentinos generoso palmite colles,
H erculeamq; urbem, Stabiasq; & in otia natam
P arthenopen, & ab hac Cumeæ templa Sibyllæ.
H inc calidi fontes, lentisciferumq; tenetur
L internum, multamq; trahens sub gurgite arenam
V ulturnus, niueisq; frequens sinuessa colubris,
M inturnaq; graues, & quam tumulauit alumnus,
A ntiphataq; domus, Trachasq; obfessa palude.
E t tellus circæa, & spissi littoris Antium.
H uc ubi ueliferam nauæ aduertere carinam:
 (Asper enim iam pontus erat) Deus explicat orbis:
P erq; sinus crebros, & magna uolumina labens,
T emplaparentis inuit, flauum tangentia litus.
A equore placato patrias Epidaurius aras
L inquit: & hospitio inuicti sibi numinis usus
L ittoream tractu squamæ crepitantis arenam
S ulcat: & innixus moderamine nauis, in alta
P uppe caput posuit: donec Castrumq; sacrasq;
L auini sedes, tyberinaq; ad hostia uenit.
H uc omnes populi passim, matrumq; patrumq;
O buia turba ruit, quæq; ignes troica seruat
V esta mos, lætoq; deum clamore salutant.
Quæq; per aduersas nauis cæta ducitur undas,
T hura super ripas, aris ex ordine factis,
P arte ab utraq; sonant: & adorant aëra sumis:
I ctaq; coniectos incalfacit hostia cultros.
I amq; apud rerum, Romanam intrauerat urbem:
E rigitur serpens summoq; acclinia malo
C olla mouet: sedesq; sibi circumspicit aptas.

S cinditur in geminas partes circumfluis annis
 I nsula nomen habet: laterumq; à parte duorum
 P orrigit aequales media tellure lacertos.
 H uc se de latia pinu Phœbeius anguis
 C ontulit: & finem, specie cœleste resumpta,
 L uctibus imposuit: uenitq; salutarifer urbi.
 H ic tamen accessit delubris aduena no stri
 C æsar in urbe sua deus est: quem Marte, togâq;
 P ræcipuum, non bella magis finita triumphis,
 R esq; domi gesta, properataq; gloria rerum,
 I nsydus uertere nouum: stellamq; comantem:
 Quàm sua progenies, nec enim de Cæsaris actis
 V llum maius opus, quàm quod pater extitit huius.
 C ilicet aquoreos plus est domuisse Britannos:
 E riq; papyriferi septenslua flumina Nili
 I ctrices egisse rates: Numidasq; rebelles,
 E yniphiumq; Iubam, Mithridatesq; tumentem
 N ominibus Pontum, populo adiecisse Quirini:
 E t multos meruisse, aliquos egisse triumphos:
 Quàm tantum genuisse uirum: quo præside rerum
 H umano generi superi fauistis abunde.
 N e foret hic igitur mortali semine cretus:
 I lle deus faciendus erat: quod ut aurea uidit
 E neæ genitrix, uidit quoq; triste parari
 P ontifici letum: & coniurata arma moueri:
 E t cunctis (ut cuiq; erat obuia) diuis
 C ebat, quanta mihi mole parentur
 E : quantaq; caput cum fraude petatur,
 Q uod de dardanio solum mihi restat iulo.
 Q uolane semper ero iustis exercita curis?
 Quam modo tyridæ calydonia uulneret hasta:

METAMOR.

Nunc male defensæ confundant mœnia Troiæ;
 Quæ iudeam natum longis erroribus actum
 Iactariq; freto sedesq; intrare silentium,
 Bellaq; cum Turno gerere: aut (si uer a fatemur)
 Cum Iunone magis, quid nunc antiqua recordor
 Damna mei generis? timor hic meminisse priorum
 Non sinit: in me acui sceleratos cernitis enses:
 Quos prohibete precor facinusq; repellite: né ue
 Cæde sacerdotis flammæ extinguite Vestæ.
 Talia nequicq; toto Venus anxia cælo
 Verba iacit: superosq; mouet: qui rumpere quanq;
 Ferrea non possunt ueterum decreta sororum:
 Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
 Arma serunt inter nigras crepitantia nubes,
 Terribilesq; tubas, auditaq; cornua cælo
 Pæmonuisse nefas: Solis quoq; tristis imago
 Lurida sollicitis præbebat lumina terris.
 Sæpe faces uisa medijs ardere sub astris:
 Sæpe inter nimbos guttæ ce cidere cruenta.
 Cærulæ, & uultum ferrugine lucifer atra
 Sparsus erat: sparsi lunares sanguine currus.
 Tristia mille locis stygius dedit omina bubo:
 Mille locis lachrymauit ebur: cantusq; seruntur
 Auditi in sanctis: & uerba minantia lucis.
 Victimæ nulla licet: magnosq; instare tumultus
 Fibra mouet: & simq; caput reperitur in e
 Inq; foro, circumq; domos, & templa deori.
 Nunc nos ululasse canes: umbrasq; silentium
 E
 Nunc tamen insidias, uenturæq; uincere fata
 Pæmonitas ponere deum: strictiq; frum.

S
P
V
X
I
I
I

P allur.
A spice di
I
Quo
S
C

UNIVERSIDAD DE HUELVA
BIBLIOTECA



0000328193